[illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] festivo [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] facere ipsi domino [illegible] fidelitatis de
[illegible] iuramentum, [illegible] dare [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
D. Abas [illegible] [illegible] [illegible] de [illegible] [illegible]
legitime [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] fidelitatem iuramentum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible]

1100

1367, 12 gennajo. Albona. Quei di Albona approvano i patti stipulati col Marquardo del Patr. d'Aquileja.

Hica.

17

In Christi Nomine Amen. Anno Nativitatis Domini Millesimo Tricentesimo Sexagesimo Septimo; Ind. quinta, Die duodecimo Januarij. Actum Albonæ in Ecclesia Sanctæ Mariæ dicti Loci: Præsentibus Nobb. Viris Dnis Odorico Milite de Cucanea, Castrono de Savorgnano, Rizardo de Castello, Vuarnerio de Manzano, et Antonio Notario infrascripto, et alijs. Ibique ad instantiam, et requisitionem Nob. Viri Dni Nicolai de Maniaco, Rmi in Christo Patris, et Dni Dni Marquardi Sanctæ Sedis Aquileiensis Patriarchæ Maniscalci pro dicto Dno Patriarcha, eiusque Successoribus, et Ecclesia Aquileiensi recipientis, Dominicus Flanizza Judex dicti Loci, et Universitas dicti Loci ad sonum Campanæ iuxta morem suum hijs spetialiter congregati, matura deliberatione habita, Laudaverunt, ratificaverunt, et nomine dicti Communis approbaverunt in omnibus, et per totum quascumque Conventiones, pacta, et Capitula inter ipsum Dnum Patriarcham, et Lauricam, ipsiusque Nepotem dicti Loci, de voluntate quatuor pro dicto Comuni electorum die hodierno inita, et facta, scriptaque per D. Antonium, et me Notarium infrascriptum, seque, et dictam Comunitatem communiter, et divisim obligaverunt ad omnia, et singula in ipsis Capitulis, et pactis quomodolibet dinotata in omnibus, et per totum; Et si quo tempore contrafacerent, pacto expresso voluerunt pœnam incurrere, quæ dicto Dno Nro, et suis Successoribus videbitur pro voluntatis sibito opportuna etc.

Et Ego Nicolussius quondam Domini Zirbini de Utino Imperiali auctoritate Notarius

Not.s, & dicti Dni. Patris Scriba p(re)dictis interfui, & rogatus

S. N. cum infrascripto Antonio scripsi, & publicaui, meumq: Signum apposui consuetum &c.

Ego Antonius q. Guilli de Nasimpatibus de Imola Imp.li auctoritate Not.s, & d. Cois Albon. Scriba p(re)dictis omnibus

S. N. interfui, & rogatus m.u subscripsi, Signumq: meum apposui consuetum &c.

Exemplum utrasque cum omnibus in eo contentis ex alio consimili authentico in pergamena existente penes Nobb. Dnos Petrum Ant.m, et Fratres de Maniaco, ego Dominicus Brandolisius Not.s Maniacen. V. A. med.te aliena mihi fida manu sic veg. fid.r exemplari, et facta incontract.e cum originali concordare inueni, ideo me subscripsi, et solito Tabellionatus signo roboraui

Die 10. Iunij 1710. Indict.e 3.a –

1364, 21 Febbrajo Cividale. Il Gastaldo si offre di sottostare a punizione, se il Consiglio può provare che egli abbia fatto per danari fuggire un prigioniero.

Giovanni fu Guglielmo notajo di Cividale. Colleg. Portis, orig.

Anno 1364, ind. II, die XXI mensis Februarii in Civ. Austrie sub domo Comunis nova; presentibus providis viris Jacobo Bernardi, Jacobo Ribis, Rodulpho q. D. Johannis de Portis, Paulo q. Francisci, Egidio M.ri Johannis Phisici omnibus de Civitate predicta testibus et aliis.

D. Nassinguerra filius D. Henrici dicti Gezis habitans in Civitate predicta et Gastaldio Austrie predicte in pleno Consilio ibidem ad sonum campane ut moris est solempniter congregato, contentus fuit quod, si reperiri possit quod Gregorius Faber filius Varnerii de Porta Brossana Civitatis predicte per denarios fugerit de carcere ipsius D. Gastaldionis, Consilium et Comune Civitatis predicte eum punire possit, aliter autem et alio modo non.

di[illegible]
-se[illegible]
in[illegible]
er[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
dic[illegible]
[illegible]
et [illegible]
pr[illegible]
[illegible]
[illegible]
am[illegible]
on[illegible]
e[illegible]
[illegible]

1366, 8 marzo. Grado. ~~Il Patriarca~~ di Grado dichiara ai rappresentanti del Monastero di Belligna, del Capitolo e del Comune di Aquileja che le isole di Domina e di Centenaria appartengono al Patriarcato di Grado.

21

[MCCCLVI], in memor. VII. 83. R. Archiv. di Stato, Venezia.

[~~MCCCLVI~~ LXVI] die VIII intrante mense martii in Grado presentibus discretis viris presb. Laurentio primicerio ecclesie Gradensis, ser Alberto et ser Gerlo Gabo de Grado, Falcho et Francisco famulis infrascripti D. Patriarche ac Martino q. Stephani de Aquilegia et ser Nicolao Marango de Venetiis testibus rogatis et aliis.

Ibique coram reverendo in christo patre D. Dominico Dei gratia Patriarcha Gradense comparentibus et constitutis discretis viris fratre Martinus monachus monasterii de Belligna asserens se sindicum et procuratorem ac specialem ambaxatorem venerabilis patris .... Abbatis dicti monasterii pro se et dicto monasterio et presb. Gasparo Mansionarius ecclesie aquilegensis asserens se sindicus, procurator et ambaxator specialis DD. Decani, canonicorum et capituli Aquilegensis nec non Nicolaus Guilleloni et Henricus q. D. Pellegrini de Aquilegia asserentes se sindicos et procuratores ac speciales ambaxatores et nuncios potestatis, consilii et comunis civitatis Aquilegie, omnes predicti proposuerunt et dixerunt quod ipsi missi et destinati erant ex parte prefatorum dominorum suorum ad ipsum D. Patriarcham et quod ~~ipsi~~ scire volebant ab eodem si verum est illud quod ad aures dictorum

Dominorum suorum nuper pervenit, scilicet quod dictus D. Patriarcha intraverat tenutam et corporalem possessionem insularum Domine et Centenarie et si ipse D. Patriarcha acceperat dictam tenutam propria auctoritate vel cuius auctoritate et tunc dictus D. Patriarcha respondit ~~dictarum insularum~~

eisdem quod non intraverat nec acceperat tenutam dictarum insularum modo de novo quia non expedit intrari tenutam de re propria sicut est de dictis insulis, quarum tenutam et possessionem semper habuit ipse et sui predecessores nomine patriarchatus Gradensis tam nomine proprietatis quam possessionis et quod ipse volebat tenere et possidere dictas insulas Domine et Centenarie tamquam suas et iuris dicti patriarchatus Gradensis quia omnes insule ut habetur antiquas scripta et cronicas que sunt circumdate aquis salsis et littora sunt de iure dicti patriarchatus Grad.

Et hanc responsionem dedit dictus D. Patriarcha Gradensis dictis ~~sibi~~ se asserentibus ambaxatoribus et nuntiis presentibus testibus suprascriptis et me Gerardo de Bocha de Rena canonico gradense quod debeo si expediet de huiusmodi responsione dicti D. Patriarche facere publicum instrumentum.

1367 3 aprile: Ducale che quei di Portogruaro non dabbano pagare pe le bollette e fieno

1367, Littera Ducalis dominii supra gratia concessa hominibus Portusgruarii quod non debeant solvere aliquid pro bulletis et feno.

Comparuit noviter coram nobis quidam ambaxiator Comunis et hominum Portusgruarii, asserens quod homines sive qui portant mercationes de Venetiis Portumgruarium cum bulletis venetis, gravantur solvere unum soldum in Caprulis pro bulletis, que sibi fiunt ibidem et quod per formam partis infrascripte capte in Consilio de XL. MCCCXIII, die XVII decembris isti pro dictis bulletis nihil solvere debent, quare examinata dicta parte habemus quod iustum petant et ideo scribimus et mandamus vobis quatenus de dictis bulletis nihil tolli permittatis et ipsam partem servetis et servari inviolabiliter faciatis et ad futurorum memoriam faciatis in actis vestri regiminis registrari. Dixit insuper dictus ambaxiator quod aggravatur in solvendo unum soldum feni sui quod ipsi habeat in partibus de Montulli, quando mittunt ipsum sursum ad Terram Portusgruarii, unde scribimus vobis quod non permittatis eis fieri aliquam indebitam novitatem.

Tenor dicte partis talis est, videlicet: MCCCXIII, die XVII Decembris captum in Consilio de XL. Cum probatum sit quod consuetudo semper fuerit quod illi qui vadunt cum mercationibus et rebus Portumgruarium accipiunt bulletam in Caprulis a ponte et istud factum de bulletis fuerit alias suspensum et nunc dicta consuetudo sit aperte probata, capta fuit pars quod ipsa suspensio seu mandatum et quod captum fuit revocetur et reducatur factum ad primum statum scilicet quod teneantur accipere dictas bulletas, sed iniungatur in capitulario Potestatis Caprularum presentis et futurorum, quod de ipsis bulletis nihil tolli permittant aliquo modo et quod teneantur homines statim sicut venerint Caprulas omni hora de die et de nocte facere expediri.

Datum tertio aprilis, V indictione.

Dal vol. Ms. Statuta Terre Portusgruari p. 140 Bibl. Florio in Udine.

1v

Pirona 898

1367. 23 Aprile. Udine. I Consorti di Caporiacco accordano che Fradonio di Brazzacco abbia la sua parte di Signoria nel castello di Caporiacco da lui ereditata.

2.

A. D. MCCCLXVII. ind. VI. die XXIII mensis Aprilis. In Utino in Sulespin d. Christofori. Presentibus dominis Nicolusso q. d. Federici de Villalta, Meynardo q. d. Mardrincii dicti loci, Vecillo q. d. Rodulfi, Nicolao q. d. Ingalpretti et Jacobo q. d. Rizuli omnibus de Fagana testibus et aliis.

Cum lis et questio esset inter d. Lodoycum pro se et fratribus suis de Cavoryaco ex parte una et d. Fradonum de Bragaco superiori ex parte altera nomine et occasione segnorie et dominii tangentis dicto d. Fradono seu eius filio occasione hereditatis olim d. Vecilli de Cavoryaco, supra quibus occasione (sic) ipse ser Fradonus assignasset terminum sexta seu sfforcio a dictis dominis Lodoyco et fratribus occasione dicti Giriti, de quibus prefatus d. Lodoycus suo proprio nomine et Vorlicus q. d. Galacii de Cavoryaco per se et procuratores d. Luysi fratris ipsius d. Lodoyci, ut dicebat, et se obligantes quod predictus d. Luysius omnia infrascripta habebit firma non per circumvencionem aliquam vel errorem vel metum, sed de plena scientia et animo, de novo pactuerunt et concordes fuerunt insimul, quod predictus d. Fradonus et sui filii perpetualiter habeant et teneant atque possideant omnem signoriam et giritum in Cavoryaco et in eius pertinen=ciis per eundem modum et formam quod dictus ser Vecillus habebat, affirmantes sentencie late per dominos Nicolussium et Detalmum de Pers, prout patet in publico in publico instrumento sen=tencie notato manu mei Johannis notarii et omnes terminos per ipsum ser Fradonum sint cassi et vani et nullius valoris, promittentes dicte partes vicissim per se etc. unus alteri ad invicem om=nia et singula pacta habere firma etc. sub pena dupli de quo questio moveretur etc.

Not. Giovanni di Moruzzo. Arch. notar. Udine.

1367, 20 maggio. Cividale. Il nob. Doimo di Castello investe Asquino q. d. Brandolisio di Attems di feudi in Castello [illegible]

Gio. q. Guglielmo di Cividale not. (Copia antica nel Vol. 40 Arch. Frangipane).

A. D. MCCCLXVII, ind. V, die XX mensis maii, in Civ. Austrie super platea publica apud domum Communis Civitatis predicte, presentibus Philippo q. D. Joannis de Portis de Civitate, Federico q. D. . . . de Castello Porpeti, Preogna q. D. Francisci militis de Stroiavacha, Pertholdo q. D. Stephani de Manzano, Varglerio ? q. D. Philippi de Castellerio, Suitio q. D. Candid, Adalpreto notario et Vidrando fratribus q. Maynardi omnibus hiis tribus de Civitate predicta testibus et aliis.

Providus vir Asquinus q. D. Brandolisii de Attimis pro se et Thomasio eius fratre et Andrea eius nepote q. D. . . . sui fratris et Jacobo et Bartholomeo fratribus q. D. Francisachi de Attimis suis consanguineis et tamquam maior de domo accedens ad presentiam nobilis viri D. Doymi vel D. Odorici de Castello Porpeto tamquam maioris et senioris de domo sua de Castello, exposuit dicens et instanter petivit .s. prefatus D. Doymus tamquam maior de domo de Castello seu eum Asquinum tamquam maiorem et seniorem de domo sua de beat investire iure feudi de bonis infrascriptis, que bona quondam D. Brandolisius pater ipsius Asquini et illi de domo sua habuerunt et recognoverunt a dominis de domo de Castello Porpeti iure recti et legalis feudi. Qui D. Doymus tamquam maior de domo

ma pro se et fratribus suis et nepotibus et omnibus de domo sua de Castello prenominatum Asquinum tamquam maiorem de domo sua pro se et omnibus de domo sua recipientem de ipsis bonis infrascriptis iure recti et legalis feudi cum fimbria sue clamidis manu propria legitime investivit. Qui Asquinus prestitit pro se et illos de domo sua antescripto D. Doymo de dicto feudo fidelitatis debitum iuramentum quod vassallus suo Domino facere consueverit. Que quidem bona sunt hec sita in villa de Castello, videlicet, unus mansus rectus per Petrum et per Philippum; unus mansus rectus per Vidussium et per Vignudellum et unus mansus rectus per Franciscum et unus mansus rectus per Domeni q. Martini de dicta villa et unus medius mansus situs in Flumignano rectus per Martam de dicta villa. Cum omni meliori modo etc.

1369, 17 Settembre. San Vito. Beni feudali della nobile Famiglia de' Signori della Frattina. (manca l'investitura).

Hec sunt bona et iura que requirimus nobis investiri: In primis Fortalitium Prati Vicedomini cum bonis et possessionibus et confinibus per rectum pheudum cum garito usque ad sanguinem exclusive et in eodem gradu Fratinam cum suis fortalitiis, pertinentiis et confinibus per rectum pheudum cum eodem garito. Item Blessaiam cum suis pertinentiis et confinibus et Pratum Sedonii eodem gradu cum suis confinibus et pertinentiis per rectum feudum cum garito usque ad sanguinem emptum per nostros predecessores a Nobilibus de Blessaia, de qua possessione habemus antecessores nostri et nos ultra centum annos.

Item Villam hesam cum suis pertinentiis et confinibus per rectum pheudum cum garito usque ad sanguinem.

Item in Villa Chaonis cui spectat totum garitum Gastaldie Medune septem medios mansos et tres medios mansos pheudum habitantie Medune spectanti. Item in Azano sex medios mansos rectum pheudum et unum medium habitantie cum toto garito Gastaldie Sancti Viti: Item in la ..... mansos quatuor pheudum habitantie. Item in Basedo unum mansum pheudum et unum medium pheudum habitantie cum toto garito Gastaldie Sancti Viti. Item in Prato Maiori duos medios mansos feudum et unum alium feudum habitantie cum toto garito Gastaldie Sancti. Item in Blisiola tres medios mansos feudum de garito Gastaldie Medune. Item in Arono tres medios

---

feudum et unum medium feudum habitantie de garito Gastaldie Medune. Item in Ledragno quatuor medios mansos per rectum feudum de garito gastaldie Medune. Item in Ultrafossa quatuor mansi rectum feudum de garito Gastaldie Medune. Item in Lachaso guli tres mansi rectum feudum de garito Medune. Item in Herba secha prope Methunam medium mansum habitantie Medune et unum mansum rectum feudum de garito Medune. Item in Villa Methune duo medii mansi feudum habitantie. Item in Brisohis duos medios mansos rectum feudum. In Vilalta prope Comitatum Prate duos medios mansos feudum habitantie de garito Gastalde Methune. Item in la Rosa medium mansum proprium cum garito usque ad sanguinem. Item in Camino medium mansum proprium cum garito usque ad sanguinem. Item in dicto Camino adhuc duos medios mansos per rectum feudum cum garito usque ad sanguinem. Item in Vilota mansum unum et medium rectum feudum.

Item decima super aliquibus mansis in dicta Villa de garito Methune per rectum feudum. Item in Villa Cahoris decimam super aliquibus mansis rectum feudum. Item decimam totius Ville Taijeti de garito Gastaldie Sancti Viti per rectum feudum. Item in Spadacenta quartam partem mansi rectum feudum de garito Methune. Item in Fossamulano unum mansum rectum feudum.

Millesimo triecentesimo sexagesimo septimo, indictione quinta, die XVII Septembris in Castro Sancti Viti, presentibus DD. Jacobo de Purciliis, Nicolao, Bergonia et Johanne Tapotto de Sbrojavacha, Albertino de Spilimbergo, Nicolao de Ragonea, Pertoldo de Cernea, Francisco de Sancto Vito et aliis.

Copia normata non antica del notajo Nicolò Zardini di Udine nel Vol. Feudi Arch. Municip. di Udine.

19 Item

1367. 17. Settembre.

1 HÆc sunt Bona, & iura, quæ requirimus nobis inuestiri in primis fortilitium Prati visdomini cum bonis, & possessionibus, & confinibus per rectum fæudum cum garitu vsque ad sanguinem inclusiuè.

2 Et in eadem gradu Fratinam cum suis Fortalitijs pertinentijs, & confinibus per rectum fæudum cum eodem garitu.

3 Item Blesaiam cum suis pertinentijs, & confinibus.

4 Et Pratum Bedoium in eodem gradu cum suis pertinentijs & confinibus per rectum fæudum cum garitu vsque ad sanguinem emptum per nostros præcesores à Nobilibus de Blesaia de qua possessione habuerunt antecessores nostri, & nos vltra centum annos.

5 Item Villam Biesam cum suis pertinentijs & confinibus per rectum fæudum cum garitu vsque ad sanguinem.

6 Item in villa Caonis cui spectat totum garitum Gastaldię Mettunæ septem medios mansos, & tres medios mansos fæudum habitantiæ mettunæ spectanti.

7 Item in Azano sex medios mansos rectum fæudum, & vnum medium habitantiæ cum toto garitu Gastaldiæ S. Victi.

8 Item in la Mantoa mansos quatuor fæudum habitantiæ.

9 Item in Basedo vnum mansum fæudum, & vnum medium fæudum habitantiæ cum toto garitu S. Victi.

10 Item in PRATO MAIORI duos medios mansos fæudum, & vnum alium fæudum habitantiæ cum toto garitu Gastaldiæ Mettunæ.

11 Item in Cedrugno quatuor medios mansos per rectum fæudum de garitu Gastaldiæ Mettunæ.

12 Item in Vltra fossa quatuor mansi rectum fæudum de garitu Gastaldiæ Mettunæ.

13 Item in sacco de Cogolo tres mansi rectum fæudum de garitu Mettunæ.

14 Item in herba secca propè Mettunam medium mansum fæudum habitantiæ Mettunæ, & vnum mansum rectum fæudum de garitu Mettunæ.

15 Item in Villa Mettunæ duo medij mansi fæudum habitantiæ.

16 Item in Brischis duos medios mansos rectum fæudum.

17 In Villalta propè Comitatum Pratæ duos medios mansos fæudum habitantiæ, de garitu Gastaldiæ Mettunæ.

18 Item in la Rosa medium mansum proprium cum galitu vsque ad sanguinem.

19 Item

19 Item in Camino medium manſum proprium cum garitu vſque ad ſanguinem.
20 Item in dicto Camino duos adhuc medios manſos per rectum fæudum cum garitu vſque ad ſanguinem.
21 Item in Villota manſum vnum & dimidium rectum fæudum.
22 Item decimam ſuper aliquibus manſis in dicta villa de garitu Mettunæ per rectum fæudum
23 Item in villa Caonis decimam ſuper aliquibus manſis rectum fęudum.
24 Item decimam totius villæ Taieti de garitu Gaſtaldiæ S. Victi rectum fæudum.
25 Item in ſpadacinta quartam partem manſi rectum fæudum de garitu Mettunæ.
26 Item in Foſſamulano vnum manſum rectum fæudum.

Omiſſis.

a) 1367. 25 Settembre. Udine. Nob. Niculussio di Villalta vende al nob. Mainardo di Villalta la sua parte del castello, borgo, fratta e giurisdizione ed altri beni di Villalta.
Seguono altri due Atti della Massa datati nella detta vendita

77

Anno domini MCCCLXVII. ind. V. die sabati XXV mensis Septembris. Actum Utini domorum posteriorum nobilis viri iuvenis d. Federici q. d. Varnerii de Savorgnano. Presentibus nobili viro d. Pileo q. d. Federici de Murucio, ser Tomado dicto Tuotivo q. d. Rodulfi de Buya in Faganea habitante, ser Simone q. ser Johannis Zunuti de Utino et Nicolao q. m.ri Gregorii notarii de Utino testibus et aliis pluribus ad hec vocatis et rogatis.

Nobilis vir d. Niculussius q. d. Federici de Villalta precio et foro ducentum et sexaginta marcharum denariorum novorum aquilegensis monete, quod tot contentus et confessus ipse fuit manifestus se habuisse ac integre recepisse etc a Nobili viro d. Meynardo q. d. Mendrinsii de Villalta, dante et solvente pro se suisque heredibus et cui dare voluerit, renuncians exceptioni sibi non dati, soluti, habiti, traditi et numerati at integre numerati et in sua utilitate dicti precii non conversi tempore huius contractus et omni legum usus, auxilio iuris tam canonici quam civilis ei competenti vel competituro quomodolibet per se suosque heredes et successores, dedit, vendidit et tradidit eidem d. Meynardo ementi et recipienti et stipulanti pro se suisque heredibus vel cui ius suum dare voluerit, iure proprii totum ipsius d. Niculussi Castrum de Villalta de quo habet et possidet ad presentem diem et omnia sua burga (sic) eiusdem Castri et frata eiusdem Castri; item unum viridarium seu braydam sitam prope dictum burgum ipsius Castri, medietatem fossati ipsorum Castri et burgorum, fratte et viridarii seu brayde sibi contiguorum, hii dicuntur confines: a duabus partibus videlicet versus solis ortum et meridiem possidet d. Meynardus prefatus emptor, a duabus partibus sunt vie publice, ab alia est musilum de Villalta et iterum ab alia possidet d. Meynardus predictus apud frattam, item unam braydam cum cultisello et alneto contiguo eis sitam in tavella de Villalta in loco qui dicitur Sineti Climentis, cuius hii sunt confines:

ab uno latere possident homines et Comune de Martignaco et Ecclesiam predictam s. Clementi; ab alio est via publica; ab altero latere possidet Nicolussius q. d. Gabrielis; ab altero latere possidet filium olim Tombacii de Martignaco; ab altero latere possidet Boanit, item totam mam partem giriti et iurisdicionis Ville et Castri de Villalta, ad habendum, tenendum, possidendum, dandum, donandum, alienandum, permutandum, in solutum dandum, pro anima et corpore indicandum et quidquid sibi suisque heredibus etc. etc. Cum omnibus et singulis que in predictis continentur, confines vel alios si qui forent accessibus et egressibus (sic) suis liberis usque in vias publicas et cum omnibus et singulis que dicta bona vendita habent supra se, vel infra se in integrum, omnique iure, accione, usu seu requisicione, dominio, honore, comodo ipsius venditoris ex dictis bonis venditis ipsi bonis modo quolibet spectantibus vel pertinentibus, exceptis tamen masnatis quibuscumque, garitis et iurisdicionibus cuiuslibet alterius Ville preterquam Ville predicte de Villalta. Constituens quoque ipse d. Nicolussius venditor se possidere et quasi possidere ipsa bona vendita nomine dicti d. Meynardi emptoris, donec de eis possessionem acceperit etc. Promittens insuper idem d. Nicolussius venditor per se et suos heredes cum obligacione omnium suorum bonorum etc. eidem d. Meynardo emptori stipulanti etc. ullo tempore de ipsis bonis venditis iure seu partem ipsorum pertinenciis (sic) litem, questionem vel controversiam per se vel alium non facere vel movere nec ipsa bona vendita, iura et pertinencias eorum legitime in iure defendere etc. ac in solidum manutenere contra omnem personam, collegium, universitatem et predictam vendicionem ac omnia et singula supra scripta perpetuo firma et rata habere etc. Sub pena duplicis de quo questio moveretur minus quinque solidis veronensium parvulorum etc. stipulacione premissa, qua soluta vel non, predicta omnia et singula firma perdurent. Ceterum nuncius tenute datus et assignatus fuit per ipsum venditorem eidem emptori ser Tomadus dictus Tuoterus testis predictus, per ipsum d. Meynardum emptorem in tenutam et corporalem possessionem dictorum bonorum venditorum ponat et inducat

Not. Giovanni di Moruzzo. Arch notar. Udine.

6\. Condizioni, modo e tempo del pagamento del detto Castello di Villalta ed altri beni.

Item dictis die, loco et testibus. Cum nobilis vir d. Nicolussius q. d. Federici de Villalta vendiderit nobili viro d. Meynardo q. d. Hendriucii de Villalta totum suum Castrum de Villalta cum burgis, curtis, braydis et gaitis precio ducentarum et sexaginta marcharum denariorum novorum aquilegensis monete, quod totum precium fuit contentus et confessus habuisse et recepisse a predicto d. Meynardo prout suprascripto emptionis et venditionis instrumento plenius continetur, tamen ipse d. Nicolussius dictum precium nec aliquid pro eo non recepit prout ibidem scriptum et dictum d. Meynardum dicebantur, a parte quo circha ipse d. Meynardus confitens dicens ipsum per eum nec aliquis pro eo non dedisset neque solvisset per se suosque heredes cum obligatione omnium suorum bonorum presencium et futurorum etc. promisit et stetit dare et solvere eidem d. Nicolussio de Villalta stipulanti et recipienti pro se suisque heredibus triginta marcharum denariorum aquilegensis monete usque ad nativitatem domini nostri Jesu Christi proxime futuram et alias triginta marchas usque ad proximum festum Pentecostes et etiam dare et solvere eidem d. Nicolussio stipulanti ut supra, pro quolibet anno octo marchas et dimidiam den. aquil. monete in festo s. Marie de mense Augusti usque ad vitam suam ipsius d. Nicolussi dur. Nec non promisit et se obligavit eidem d. Nicolussio stipulanti ut supra ac vice dd. Pagani militis q. d. Hectoris et Federici q. d. Guarnerii de Savorgnano eorumque heredibus dare et solvere statim post mortem ipsius d. Nicolussi eisdem dd. Pagano et Federico de Savorgnano centum marchas denar. aquil. monete; in quibus ipse d. Nicolussius dicit se fore obligatus eisdem. Et hoc idem d. Meynardus promisit et stetit pro solucione totius precii dictorum bonorum per eum emptorum, renuncians exceptioni sibi per eum non facte promissionis et obligacionis et sic non debendi dicti precii tempore huius contractus, omnique alii legum usus et iuris auxilio et quolibet competenti vel competituro quo se a predictis vel aliquo predictorum possset defendere vel tueri et predictis omnibus et singulis idem d. Meynardus debitor per se suosque heredes ut supra satisfacere et respondere promisit in totum eidem creditori stipulanti et recipienti ut supra, specialiter in llt.no,

Civitatis, Aquilegie, Glemone Villalte, Vengoni (sic) et generaliter ubicumque locorum terrarum fori dictus creditor et prefati dd. Paganus et Federicus dictus centum marchas petierint ab eodem, fori privilegio non obstante cui experse renunciavit et huius debiti totius vel partis non probare finem remissionem, solucionem etc. nisi per hoc instrumentum incisum vel cancellatum etc. sub pena duarum marcharum denar. aquil. monete stipulatione premissa etc. qua soluta vel non, predicta omnia et singula, firma perdurent. Et de predictis omnibus etc. Idem d. Megnardus vocavit se convictum etc. cum omni melioramento etc.

c. Riserva fatta dal venditore del Castello di Villalta ai diritti del compratore:

Item insuper

Item insuper ibidem dictis die, loco et testibus. Cum nobilis vir d. Nicolussius q. d. Federici de Villalta vendiderit totum suum Castrum de Villalta, burgis, fratta, broylo ac certis braydis, alneto et collisello prout supra instrumento emptionis et venditionis continetur, nobili viro d. Megnardo q. d. Hendriacii de Villalta et idem d. Megnardus se obligaverit prout supra scriptis duobus proximis instrumentis continetur ad plenum. Nunc vero ipse d. Nicolussius et Megnardus ad talem pactum et concordium inter eos stipulacione solempni vallatum et affirmatum pervenerunt concorditer, videlicet, quod ipse d. Nicolussius de Villalta debeat et possit gaudere usufructuare et tenere ipsum Castrum et bona vendita usque ad vitam ipsius d. Nicolussi, non obstante vendicione per eum facta de ipsis bonis eidem d. Megnardo et quod si ipse d. Nicolussius de Villalta heredem seu heredes legitimos ex eo descendentes post eius mortem relinquerit, idem d. Megnardus absolutus de obligacione centum marcharum solvendarum dd. Pagano et Federico de Savorgnano eis satisffacto de sexaginta marchis denar. aquil. monete et de denariis quos de anno in annum dederit eidem d. Nicolussio ut supra proxime scripto instrumento et tenentibus et ei satisffacto de laborerio quod fecerit in et circha ipsa bona ei vendita iuxta extimacionem de ipso laborerio fienda per tres vel quatuor bonos homines teneatur et debeat

reddere et restituere ac promittere ipsa bona ei vendita eisdem heredibus seu heredi dicti d. Niclussi de Villalta de matrimonio de dicto d. Niclussio dependentibus non obstante penitus aliqua venditione de eis facta et quod ipse d. Meynardus, vivente ipso d. Niclussio possit et valeat laborare et edificare in et circha ipsum Castrum et bona vendita ac tenere et ponere suas custodias et vardas in ipso Castro vendito tempore guerre, dominio et possessione aliqua ipsius d. Niclussi non obstante. Renunciantes ipse partes exceptioni non factorum et vallatorum pactorum, doli, mali condicione sive causa in factum, actioni omnique alii legum iuris auxilio eis competenti vel competituro quomodolibet quo se contentis vel aliquo contentorum in prefatis instrumentis possit aliqualiter defendere vel tueri et quod si ipse d. Niclussius heredem seu heredes legitimos ex eo descendentes post eius mortem non dimiserit, ipsa bona vendita sint et esse debeant totaliter ipsius d. Meynardi, pactis aliquibus in contrarium non obstantibus. Que omnia et singula ipse partes promiserunt sibi invicem sollempnibus stipulacionibus intervenientibus, perpetuo firma etc. habere etc. sub pena dupli eius de quo questio moveretur, stipulacione etc. qua soluta vel non, predicta omnia et singula firma perdurent cum obligacione omnium utriusque partis bonorum etc.

Not. Giovanni di Moruzzo. Arch. notar. Udine.

1367. 27 Settembre. Cividale Accordo per un anno tra il Comune di Muggia e M.o Giacomo chirurgo q.m Pagno di Firenze abitante in Cividale.

Atti del notaio [illegible] Arch. not. Udine

+ D. 1367, ind. IV, die dominico XXVII mensis septembris actum in Civitate Austrie in Curia domorum habitationis circumspecti viri Dni Magistri Viviani Phisici habitantis in Civitate, presentibus ipso M.o Viviano, Thomasino q. Johannutti de Castro Utini, Johanne q. D. Gabrielis de Cremona testibus et aliis pluribus.

Providus et discretus vir D. Crescencius q. Bernardi de Mugla tamquam sindicus et procurator nec non sindacario et procuratorio nomine Nobilis et prudentis viri D. Olvardi de Mamincho honorabilis Potestatis Terre Mugle [illegible] providorum et discretorum virorum Dnorum Simone Radine, Phylotaxio q. Ser Facine et Georio Zinelli Judicibus suis et Officialibus pro se ipsis et successoribus et nomine antedicti comunis Terre Mugle cum [illegible] et Domini [illegible] canorum dicti comunis nec non Comunis et Consilii universitate Terre Mugle [illegible] quodam [illegible] instrumento scripto manu Johannis Bolda de Mugla imperiali auctoritate notarii sub presentibus millesimo et indictione die [illegible] contentis plene [illegible] continetur, habens specialiter in mandatis in dicto procuratorio ad inquirendum, salariandum et [illegible] quendam medicum cirogicum in arte cirogie expertum, idoneum et sufficientem, pro uno anno vel duos

11

cum pactis et conditionibus et oportunis ut in ipso procuratorio plene
apparet. Considerantes immensam circumspectionem industriam et
cautelam nec non debitam [illegible] titudinem [illegible] penti-
nentem ad artem girogealem hunc usque habitam, solempni et
[illegible] inquisitione prestabita a quamplaribus [illegible] viris
[illegible] peritis predictis [illegible] dominum Magistri Jacobi Girogei q.m
[illegible] Pagni Cyrothecarii de Florentia nunc habitantis in Civitate
[illegible] Doreis [illegible] vice et nomine predictorum Dominorum
[illegible], Judicum, Antianorum nec non hominum et Comunis Terre
Mugle eundem M. Jacobum Girogeum in [illegible], pactis et
condicionibus [illegible] annum unum proximum completum a die qua
intrabit Terram Mugle ad salarium et provisionem recepit.
Primo quidem quod homines, Consilium et Comune Terre Mugle
dare et solvere teneantur et debeant eidem M.o Jacobo per
unum annum nomine salarii et provisionis trecentum et sexdecim
libras veronensium parvorum [illegible] terminis infrascriptis et domum
unam ydoneam et sufficientem pro eius solita habitatione dicte
[illegible] Terre Mugle [illegible] expensis, videlicet
centum libras parvorum infra octo dies proximos exinde sequentes a die

qua intrabit dictam Terram Mugle causa habitandi et a dicta die incipiat currere annus et non ante, et a dicta die in capite trium mensium dare et solvere teneatur dictum Comune Terre Mugle dicto M.º Jacobo quinquaginta octo libras parvorum et in capite sex mensium medietatem centum et quinquaginta octo libras parvorum et finem anni totum residuum ... tarum trecentarum et sexdecim librarum parvorum.

Item quod prefatus M. ... teneatur et debeat mederi absque [illegible] ... cuilibet vicino habitanti in Terra seu Castro Mugle ... sine unguentis ... tamen, nisi si aliquis ... curialitate sibi aliquid vellet donare illud recipere possit et valeat sine ... aliqua contraditione dicti Comunis Mugle.

Item quod non audeat exire Terram Mugle causa medendi in aliquibus locis forensibus absque verbo vel licentia ... et comunis Mugle pro tribus vel quatuor diebus.

Item quod a forensibus ... in Terra seu Castro. ... (manca la fine, però probabilmente (come in altri consimili contratti è detto) si aggiungeva che i forastieri dovevano pagare le visite fatte dal Chirurgo condotto dal Comune.)

Pubbl.º dal D. V. Joppi nell'Archeografo Triestino 1877. Vol 5.

Notizie, geneal. di Maniago tratte dai Sig. Co. Mar... di Maniago, Arch. Not. Udine.

1367. Die 13 octobris in curia Nicolai fabri de Maniaco, praesentibus ... D. Montaldy de Maniaco coram Gaspardo eius fratre Gabeldiano Maniaci et me notario et testibus suprascriptis resignavit et refutavit universitatem Maniaci tam [illegible] quam [illegible] et taliter quod si quis ab eo aliquod petere vellet [illegible] ipsum facere coram D. Patriarcha vel Potestate Utini, cum ipse sit habitaturus illuc et vicinitatem ibidem iurare.

1367. 25 Ottobre. Gorizia. D. Candido d'Ragogna riceve a mutuo 200 fiorini d'oro dal C. Mainardo per fabbricare il nuovo Castello di Floravalle presso Madrisio.

31

Ego Candidus de Ragoma universis et singulis presentes inspecturis evidenter facio fore notum me habuisse ac integre recepisse a magnifico et potente viro domino Meinhardo comite Goricie et Tyrolis ducentos florenos boni auri et iusti ponderis in numerata et parata pecunia cum quibus florenis seu pecunia castrum dictum Florevall prope Madrisium, quod castrum Florevallum a prefato domino comite iure recti et legalis feudi recognosco et possideo, erigere et edificare debeo et per fidem meam promitto. In cuius rei testimonium presentes litteras fieri iussi meique appensione sigilli muniri. Datum Goricie anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo septimo, die vigesimo quinto, mensis Octubris, indicione quinta.

Da copia nel Cod. 447 dell'i. r. Archivio di Stato in Vienna.

I 13[illegible] [illegible]
[illegible]
II 1307 [illegible]
[illegible]

32

In Christi nomine amen. In causa vertente inter Comune et homines Terre Glemone seu Henricum Baldassii de Glemona dictorum hominum et Comunitatis Syndicum et Procuratorem ex una parte et homines et Comune Terre Venzoni seu Petrum Menisi ex altera, super Monte S. Agnetis, super reparationibus laperarum et super nemore de Ledis et supra territorio et iure ipsius territorii infra Glemonam et Venzonum et quod est infra dictas Terras Glemone ac Venzone et supra dependentibus ab eisdem prout et sicut in petitionibus et articulis per ipsas partes exhibitis et productis coram arbitris infrascriptis latius et plenius continetur et ego Obbonus de Cereta Decanus Civitatensis Comunis arbiter ad cognoscendum inter predictas partes de iure et de consuetudine una cum infrascriptis Venerabili et Nobilibus viris Dominis Raimundo de Paona Decano Utini et Simone milite de Valvasono arbitris electis per prefatos Comune et homines Terre Glemone seu dictum Henricum eorum procuratorem et Syndicum et D. Mainardo de Villalta et Francisco de Colloreto arbitris electis per prefatos Comune et homines Terre Venzoni seu dictum Petrum eorum Syndicum et procuratorem ibidem presentibus et dictis D. Raimundo de Paona decano et Simone de Valvasono arbitris dictorum hominum et Comunitatis Glemone presentibus et ad dictum assentientibus mihique supra infrascripta ferenda sententia et omnibus Capitulis in ea contentis plenum attribuentibus arbitrium, bailiam assensum pariter et consensum dictis vero D. Mainardo de Villalta

et Francisco de Colloreto arbitris pro parte dictorum Communis et hominum de Venzono electis ut supra protestantibus ibidem expresse de infrascripta ferenda sententia et omnibus in ea contentis vel latentibus assentire nititi et in quantum alter et faceret pro parte Communis et hominum Terre Venzoni, credite. Visis igitur et diligenter semel et pluries auditis et conspectis intellectis, discussis et mature examinatis omnibus et singulis petitionibus, articulis, responsionibus, allegationibus, propositionibus, oppositionibus infrascriptis et testibus ac aliis omnibus et singulis, que dicte partes dicere, alligare et proponere voluerunt tam oretenus quam in scriptis, insuper et omnibus et singulis actis et factis in ipsa causa seu causis, Christi nomine invocato de eius vultu recta procedunt in iudicio sedendo una cum consensu dictorum Arbitrorum Communis et hominum Terre Glemone consensu et mandato ut est dictum: arbitror, laudo, pronuncio, sententio et diffinio in his scriptis in hunc modum, videlicet quod ius et proprietas ac iurisdictio a Rivis albis versus Glemonam exeuntibus existentibus dictis Rivis albis infra Venzonum et Lapenas de quibus infra fit mentio sit et esse debeat ac spectare et pertinere Capitaneatui Terre Glemone et quod in dicto monte S. Agnetis homines et Comune Venzoni possint pacifice et quiete cum eorum armentis et animalibus in et supra dicto monte et collibus dicti montis in omni parte dum tamen non in descensu montis versus Glemonam ultra terminos per me et dictos omnes arbitros seu maiorem partem nostrum apponendos, quos apponendi nobis seu maiori parti nostrum reservo, pascolare communiter cum prefatis

Comune et hominibus de Glemona sine contradictione dictorum Comunis et hominum de Glemona seu cuiuslibet alterius persone sine preiudicio tamen proprietatis et iurisdictionis dicti montis spectantium ad capitaneatum de Glemone. — Item sententio, arbitror, diffinio et pronuntio quod in dicto monte veniendo de Vengono ascendendo versus Monasterium S. Agnetis ad partem videlicet sinistram dicte strate versus citra videlicet montem magnum et tramitem per quem itur ad dictum monasterium dict. Comune et homines de Vengono secare possint sine preiudicio proprietatis et iurisdictionis ut supra, infra tamen terminos per nos omnes ac maiorem partem nostrum apponendos de quibus nobis seu maiori parti nostrum in posterum apponendos reservo. Predicti vero Comune et homines de Glemona possint in et supra dicto monte pasculare, secare et buscare pro libito voluntatis, predictorum de Vengono contradictione non obstante. — Item arbitror, sententio et pronuntio predicti Comune et homines de Vengono possint pacifice et quiete sine preiudicio tamen proprietatis et iurisdictionis ut supra et sine contradictione dictorum de Glemona in nemore de Ledis quod est infra Terram Glemone et Terram Vengoni buscare, arbores facere et cuiuslibet generis lignamina incidere et exportare nec non et pasculare cum eorum armentis et animalibus communiter cum prefatis hominibus de Glemona, dum tamen non in preiudicium stabletiorum et pascuorum pro stableriis illorum de Glemona. Predicti vero de Glemona non possint stableria facere super pratis dictorum de Vengono, que nunc habent vel habere antiquitus consueverunt, aliter autem pro suo libito pasculare possint et buscare

prefati de Glemona ad quos de iure pertinere et spectare decerno reparare et aptare laperas supradictas possint et debeant: quas si infra duos dies postquam per illos de Venzono etiam per simplicem nuntium fuerint requisiti noluerint aut non potuerint reparare vel repararent et non bene, tunc predicti Comune et homines de Venzono possint sine contradictione dictorum de Glemona propter utilitatem publicam viatorum eas aptare et reparare sine preiudicio tamen proprietatis et iurisdictionis ad Capitaneatum Glemone spectantium: quibus declaro per hanc sententiam quod quamcumque etiam longam reparationem vel longi temporis continuationem non preiudicare. — Item si quis etiam extraneus ipsas laperas amore Dei et pietatis intuitu ipsas laperas reparare vellet, illud facere possit petita tamen licentia, quamvis non obtenta a prefatis Comunitate

\+ et hominibus de Glemona sine tamen preiudicio proprietatis ut supra. — —

Predictam autem sententiam, arbitror et diffinio ac pronuncio a partibus inviolabiliter observari sub pena in compromisso contenta totiens in singulis capitulis et clausulis huius sententie committenda et exigenda cum effectu per partem non observantem quotiens fuerit contrafactum: reservato nobis omnibus seu maiori parti nostrum arbitrio et potestate supradicta et quolibet predictorum interpretandi, declarandi et super ipsis pronunciandi quandocumque et quotiescumque nobis visum fuerit expedire, partes ipsas a condemnatione expensarum ex causa legitima absolventes.

Lecta, lata et in his scriptis pronunciata fuit Sententia supradicta per supradictum D. Ottobonum Decanum Civitatensem communem arbitrum inter dictas partes electum, de arbitrio, baylia, assensu, voluntate et consensu ac pleno mandato ibidem coram testibus infrascriptis et me notario subscripto sibi commissis et attributis in omnibus et singulis capitulis Sententiae supradictae per supradictos Dominos Raimundum Decanum Utini et Simonem de Valvesono arbitros pro parte dictorum Comunitatis et hominum de Glemona electos et Sententiam ipsam in omnibus approbantes: dictis DD. Mainardo de Villalta et Francisco de Colloreto arbitris pro parte dictorum Comunitatis et hominum de Venzono electis et statim ibidem protestantibus expresse prolationi ipsius Sententiae facte per dictum D. Decanum nullatenus in sui partem aliqua assentire ex ipsi contradicentibus expresse die veneris XII novembris, Utini in camera domorum habitationis Ser Johannis de Cavanis de Regio, presentibus Venerabili et providis viris D. Marino de Utino Presbitero, Petri de Carnea et Johanne filio dicti D. Francisci de Colloreto, Johanne de Cavanis predicto, Paulo q. D. Gubertini de Utino, Guillelmo Ranchoni qui fuit de [illegible], nunc habitante, Stephano Arel q. Francisci de Utino, Francisco notario q. Odorici de Utino, Nicolao notario q. Martini de Utino et Bartholomeo olim Johannis de Padua, de Utino, testibus et aliis pluribus rogatis et vocatis, sub anno Dominice Incarnationis MCCCLXVII, ind. V. In presentia discretorum virorum Petri Menissi Syndici et procuratoris Comunis et hominum dicte Terre Venzoni et Henrici Baldassij Syndici et Procuratoris Comunis et hominum dicte Terre Glemone ad diem hodiernam citatorum ad huiusmodi Sententiam audiendum. —

Et ego Nicolussius q. Dominici Ghirbini notarij de Utino, publicus imp. auct. notarius omnibus unum cum dictis testibus presens fui et rogatus fideliter publicavi et scripsi meisque signo et nomine appositis consuetis. —

13 ott. 18 nov. Fui nei banchi tra Venzone e il monte di S. Agnese oltre le lavare sotto Venzone. Il nunzio intima comparire gli arbitri dal com. di Venzone e venire ad assistere alla apposizione de' confini. Seguono altre due citazioni fatte nell' istesso giorno. —

[illegible]

In Christi nomine amen. Anno Nativitatis dominice MCCCLXVII, ind. V. die veneris XIX novembris apud hospitale S. Spiritus de Glemona presentibus presb. Bartholomeo q. Johannis de Padua (capellano in eccl. S. Marie majoris civ. Austrie) Bartholomeo et Nicolao famuli[illegible] D. Simonis de Valvasono, venerabiles viri D. Ottobonus decanus Civitatis et Raimundus de Padua decanus Utini nec non nobilis vir D. Simon de Valvasono arbitri supradicti in presentia supradicti Petri Merssi sindici et procuratoris predictorum hominum et Comunis Venzoni et predict. . . . . ac Henricus Baldassii sindici et procuratoris Comunis et hominum de Glemona expectatis nobilibus viris DD. Maynardo de Villalta et Francisco de Colloreto arbitris electis pro parte dictorum Comunis et hominum de Venzono in causa predicta, requisitis et monitis per prefatos DD. Ottobonum, Raimundum et Simonem, ut die hodierna esse deberent et convenire simul cum predictis arbitris supra rivisaltis supradictis ad ponendum et prefigendum seu terminos ponendum supra monte S. Agnetis et aliis contentis in sententia supradicta, ut de dicta requisitione et monitione factis per relationem ibidem nuncii supradicti et ceterorum predictorum arbitrorum scriptarum manu mei notarii subscripti

et non comparentibus nec venientibus prefatis Dominis Francisco et Baz
nardo usque ad horam vesperarum et post per horam iuxta tenorem sentencie
suprascripte per eos late assolvementis in hunc modum videlicet: quod
dicti de Vengono possint cum eorum animalibus pasculare supra monte
S. Agnetis versus Vengonum usque ad dormitorium monasterii S. Agnetis
et per tres passus ultra dictum dormitorium versus Glemonam et ab illo
loco supra versus montem magnum de Ledis eundo per prope manos
stablerii ad unam et per unam semitam per quam itur versus montem
qui vocatur . . . . . versus septentrionem, ut se dicti de Vengono pos
sint libere pasculare supradicto monte versus Vengonum dum
modo non transeant dictam semitam nec manos stablerii nec transeant
per tres passus ultra dormitorium supradictum, versus Glemonam.
Item incipiendo etiam ibi post dictum dormitorium et ultra per
tres passus et abinde recedendo et eundo recta linea supra ad montem
usque ad culmen seu cacumen dicti montis qui mons respicit versus
Tulmentum et Laperas et recedendo de dicto cacumine seu eminentia
dicti montis recta linea descendendo ad Tulmentum per prope quendam
magnum rivum qui est infra predictum montem S. Agnetis, in
quo rivo et prope dictum rivum voluit, designavit et terminavit
prefatus D. Otto bonus Decanus Civitatensis homines predictos de Vengono
posse pasculare et descendendo infra usque ad Laperas ad quendam magnum
pedronum ubi prope est quidem pontaculus de lignis quasi in medio
Laperarum, ut se dicti homines de Vengono possint et valeant cum eorum
animalibus pasculare usque ad dictum culmen, cacumen seu eminen
tiam dicti montis et in dicto et supra dicto cacumine et eminentia

dum tamen aliqualiter non declinando nec descensum aliquem faciendo de dicto cammino versus Glemonam, sed solum ad dictum caminum et ut supradictum est et versus Tulmentum infra dummodo non transeant dictum pedronum magnum qui est quasi in medio lapparum ut supradictum est. Prefati vero DD. Raymundus et Simon arbitri ut supra designarunt, voluerunt et terminarunt prefatos homines de Venzono ~~[illegible]~~ non debere in dicto rivo pasculare, sed solum usque ad dictum rivum exclusive, qui rivus est ut supradictum est infra predictum montem infra collem seu pedronum supradictum et quendam tumulum herbe viridis aurem supra dicto monte descendendo recte ad dictum pontuzzum de medio lapparum; declarantes ibidem dicti omnes tres arbitri quod per aliquam sententiam per eos latam nec per aliquam terminorum appositionem non intendunt nec volunt quod aliquod preiudicium generetur monasterio et monialibus S. Agnetis in eorum pratis, presis, cunibus et eorum quolibet proprio territorio que nunc possident et tenent, sed eorum ius salvum remaneat penes ipsum monasterium et moniales sine aliqua molestia [illegible] fienda per aliquam partium predictarum etc.

Et ego Nicolussius q. Dominici Giubini de Utino publicus Imp. Auct. notarius predictis omnibus interfui et rogatus scripsi. —

1435. 12 Sett. Udine. Il Conte Beachino di Porcia pel Com. di Gemona, Gaspare di Cergneu per quello di Venzone e Gio. Zuberto de Zuberti sopra arbitro, interpretano le Sentenze sulle questioni dai sp. Moli e monte di S. Agnese.

1435. 13 Feb. Venzon. Sentenza dei Consigli di Terra Ferma che conferma la predetta, salvo che in alcuni Capitoli. —

1464. 20 aprile. Udine. Sentenza del L. T. Mario di Gemona che determina i confini fra Gemona e Venzone:

1367. 17 Decembre. Pordenone. Ser Coradono di Montereale vende per 730 lire a Beato di Montereale alcuni mansi e garrito in Bariis.

Anno domini nostri Jesu Christi MCCCLXVII. ind. V. die XVII Decembris. In Portunaone in lobia domus Francisci de Porciliis, presentibus ser Pergolino, ser Francisco Popaiti, Francisco de Porciliis, Francisco notario filio q. Adoardi et Philippino hospite omnibus habitantibus in Portunaone, testibus et aliis.

Nobiles viri domini Bregonia filio q. d. Francisci militis de Stroglavacha et Nicolaus filius olim d. Duringi de Mels arbitri, arbitratores et amicabiles compositores litibus, que ~~litigiis~~ questionibus et controversiis (sic) que vertuntur inter dominos Pertoldum filium et heredem q. d. Federici de Murucio ex parte una et Pileum filium et heredem quondam dicti d. Federici de Murucio ex parte altera nomine et occasione bonorum olim dicti d. Federici et occasione dotium et iurium dominarum Htrudis uxoris ipsius d. Pertoldi et dominarum ~~olim~~ Nicolusse et Agnetis de Bregonia olim uxoris dicti d. Pilei et etiam de bonis divisis inter dictos et occasione bonorum venditorum per ipsos et occasione redditus bonorum et occasione certis ~~debitis~~ debitis et obligacionibus quos una pars alteri petere et petebat inter eos occasione Medune, s. Steni et occasione pecunie de qua dicitur quod ipse d. Pertoldus ~~petebat omnem pecuniam a~~ accepit sub usuris a certis personis de Praka dicto d. vi... et occasione bonorum aquisitorum per dictos fratres vel aliquem ipsorum et supra questionem et petitionem quod d. Pertoldus petebat omnem pecuniam a dicto d. Pileo quod ipse habebat et omnes suas expensas quod habebat usque hunc diem presentem et tam de bonis inter eos contingentibus quam occasionibus (sic) quibuscumque unus pars alteri diceret ~~habere~~, ipsis partibus presentibus protulerunt inter eos sententiam in scriptis sub hac forma:

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Nos Bregogna et Nicolaus audi=
tri ut supra predictarum parcium ut in instrumento inde confecto manu nostri Johannis
notarii sub dictis millesimo, indicione, die XVI mensis Julii plenius continetur, auditis et exami=
natis diligenter iuribus et allegacionibus, competicionibus, defensionibus utriusque partis,
habitoque etiam supra his semel et pluries sapientum consilio, citatisque partibus ad diffi=
nitivam sentenciam audiendam, pro bono pacis et concordie dicimus, arbitramus, ordina=
mus atque mandamus, quod omnia et singula bona immobilia que fuerunt q. d. Federici
predicti de Murucio eorum patris que sunt divisa inter eos, quod eas partes quilibet eo=
rum in perpetuo habeant firmas et ratas;

Item quod omnia et singula bona immobilia et mansata que non sunt partita et divisa
inter eos, que fuerunt olim d. Federici predicti, inter dictos fratres dividere et partire de=
bent et facere inter se porciones equales et hoc usque ad festum s. Michaelis proxime fu=
turum et hoc in pena in compromisso apposita;

Item senteciaverunt quod omnia et singula bona immobilia que sunt divisa inter
eos, si aliquis eorum habet aliquod territorium quod sibi pervenisset in parte et tunc
temporis ea bona sint minus de reddito eo quod erit minus redditus alterius fratris, teneatur
eum restaurare ea bona quod est minus (sic) de reddito et affictu;

Item senteciaverunt, quod supra peticione quod d. Pertoldus petebat domino Pileo
de bonis sitis in Martignaco que regebantur per Stephanum, quod sunt penes ser Missium
de Utino; quod predictus d. Pertoldus faciat fidem sicutes quod si predicta bona reperi=
retur esse obligata vel vendita per olim d. Federicum eorum patrem aut per ipsos
fratres dicto d. Missio, tunc facta fide de predictis, predictus d. Pileus dare teneatur
dicto d. Pertoldo medietatem redditum bonorum predictorum de anno in annum usque ad
presentem diem; item supra peticione quod d. Pertoldus petebat dicto d. Pileo de reddito
mansi de Villalta, sentenciamus, arbitramur quod predictus d. Pileus det et solvat d. Pertoldo
de reddito quod plus reperietur esse de la quantitate mansi d. Pilei eciam quod est
penes ipsum d. Meynardum;

Item sententiamus etc. supra peticione quod d. Pertoldus petebat dicto d. Pileo de uno debito qui erat penes d. Luissium et pro dicto debito erant vendita certa bona empta per Monachinum de Utino, quod predictus d. Pileus dare teneatur dicto d. Pertoldo eam quantitatem pecunie quod alias fuit determinatum inter eos et difinitum fuit in Utino per me Iohannem notarium subscriptum;

Item volumus, ordinamus et arbitramus quod predictus d. Pileus teneatur et debeat dare dicto d. Pertoldo occasione partis Castri libras parvulorum c ..., que omnia et singula pecunie summa predicta predictus d. Pileus persolvenda et supra usque ad festum s. Martini proxime futurum;

Item supra peticione quod predictus d. Pertoldus petebat occasione bonorum per ipsos venditorum Brandano, sententiamus et arbitramus quod d. Pileus det et solvat dicto d. Pertoldo omnes fictus quod reperiretur plus parte d. Pertoldi quam partem ipsius d. Pilei;

Item sententiamus, arbitramus quod si reperiretur etiam quod si predictus d. Pileus vendiderit de bonis ipsius d. Pertoldi sine voluntate ipsius et etiam de voluntate ipsius d. Pertoldi, quod omnia et singula bona vendita tunc predictus d. Pileus dare et solvere dicto d. Pertoldo restaurum bonorum que reperirentur esse venditorum vel obligatorum;

Item sententiamus etc. quod omnia et singula bona quod si reperiretur esse vendita et obligata per ipsum d. Pertoldum de bonis ipsius d. Pilei de voluntate et sine voluntate eius, tunc predictus d. Pertoldus solvere dicto d. Pileo ut supra etc.

Item sententiamus etc. quod omnes dotes d. Iltrutis uxoris d. Pertoldi et dotes olim d. Vicharde uxoris dicti d. Pilei, quod si reperiretur esse recepte per olim d. Federicum predictum, quod ex id quod est receptum dictarum dominarum, tunc illud quod est plus receptum unius alteri sibi debet per medietatem solvere illud quod erit plus;

Item ordinamus etc. quod omnia et singula bona que fuerunt olim d. Morandi de Manucio sita in Manucio tam pars burgi quam de aliis territoriis, que bona Leonardus Citadinus de Utino dedit dicto d. Pileo ex vigore unius sententie late inter d. Pileum et Leonardum,

que omnia et singula bona predictus d. Pileus medietatem dare debet dicto d. Per-
toldo sine aliquo precio cum ea condicione quod predictus d. Pileus habeat a dicto Leonardo de Utina
Item sententiamus etc. quod omnes petitiones quod dicti fratres unus alteri ad invicem faciunt
et facere debeant (sic) finem remissionem ocasionibus s. Steni et Miduse et de Prata quod
dictas petitiones eorum sint casse et vane et nullius valoris vel momenti; item volumus,
ordinamus quod dicti domini Pertoldus et Pileus fratres per se et eorum heredes vicissim
unus alteri ad invicem faciat et facere debeant finem et remissionem generalem de
omnibus eorum peticionibus et questionibus que una pars alteri petit aut petere posset
ocasione bonorum predictos fratres aquisitos et ocasione paterne et materne hereditatis et oca-
sione quacumque seu causa que dicte partes unus alteri petere possit nomine quocumque
usque hunc presentem diem contractus, salvo eo quod dictum est ut supra et salvo iure succes-
sionis hereditatis et salvo eo quod inferius continetur et quod dicti fratres unusquisque eorum
per se et eorum heredes in perpetuo possint et valeant vendere, dare, donare et obligare omnia et
singula eorum bona tam habita quam habenda tamquam de re sua propria sine licentia et
voluntate unus alteri. Nunc vero in presencia dictorum testium et mei notarii infrascripti
prefati domini Pertoldus ex parte una et d. Pileus ex parte altera per se et eorum heredes ex vigore
sentencie ut supra, vicissim unus alteri ad invicem fecerunt finem generalem remissionem de omnibus eorum
bonis paternis et maternis et aquisitis de ulterius non petendo et signum (sic) vero finis dicti
fratres una festucam in manibus tenendo, dimiserunt cadere in terra. Hanc autem sentenciam,
laudum, arbitrium volumus, ordinamus, precipimus atque mandamus dictis partibus attendi et
inviolabiliter observari sub pena in compromisso in nos facto contenta secundum ipsius compromissi
tenorem, reservantes sibi ipsis nichilominus auctoritatem et potestatem interpretandi, lucidandi,
et declarandi semel et pluries si in predictis vel circha predicta aliquod dubium, lis vel questio,
scrupulum appareret sicut eis videbitur expedire et hoc usque ad festum s. Martini
futurum per totam diem.

A. N. U.

Not. Giovanni di Moruzzo. ~~Arch. notar. Utine.~~

1369. 2 febbrajo. Cividale. Protesta di D. Betta moglie di D. Rodolfo de Portis contro la vendita all'incanto di una 3 parte del castello di Gronemberg fatta fare da D. Filippo q. Ugone di Cividale.

Nicolò di Cavalleria not. in Cividale. Arch. not. Udine.

A. D. 1369. ind. VII, die veneris II februarij in Civitate Austria in domo infrascripte d. Bette constituentis, presentibus Petro Muffa Muciorario, Credi Tuscho q. Sederi de Florentia et alijs pluribus vocatis et rogatis.

Dna Betta uxor ser Rodulfi de Portis facit et constituit et ordinavit providos Nicholussium notarium de Cavaria et Odoricum Margarium q. Cavallerii de Civitate procuratores legiptimos et speciales ad contradicendum et contradici faciendum terciam partem Castri Gruninbergi cum omnibus pertinentiis quam Philippus q. D. Hugonis ad incantum vendere faciebat et ad dicendum causam interdicionis et audiendum causam vendicionis et generaliter etc. tam in agendo etc. cum etc. et promisit etc.

V. Aug. 1898 — 126

1369. 3 Febbrajo. Villalta. Vendita di parte del castello di Caporiacco al nob. Mainardo di Villalta, fatta da d. Vorlico di Caporiacco.

A. D. MCCCLXIX. ind. VII. die tercio mensis Februarii In burgo Villalte prope caminatam d. Meynardi. Presentibus dominis Tomado dicto Tuotino de Faganea, Ulrinoq. d. Antonii, Nicolao dicto ~~Cra~~ vato omnibus de Faganea, Corado q. Rodulfi de Villalta et Elirussio q. Tamburlini in Villalta habitantibus testibus et aliis pluribus.

Nobilis vir d. Vorlicus q. d. Galacii de Cavoryaco precio et foro quadraginta marcharum denariorum novorum aquilegensium, quod totum contentus et confessus fuit se habuisse et integre recepisse a d. Meynardo q. d. Hendriacii de Villalta renuncians excepcioni etc. per se suosque heredes vendidit, dedit et tradidit eidem d. Meynardo pro se suisque heredibus et cui dare voluerit ementi et recipienti iure proprii in perpetuum partem suam Castri et burgi de Cavoryaco que bona fuerunt olim dd. Janzilli et Nicolai fratrum filiorum olim d. Antrussini de Cavoryaco cuius huius partis Castri dicuntur esse confines: ab uno latere possidet Johannes q. d. Federici de Cavoryaco, ab altero latere possidet Vicelaus q. d. Nicolussi dicti ..., ab altero latere possidet d. Meynardus predictus cum omni iure quod ipsi dd. Janzillus et Nicolaus habebant partem in dicto Castro, Item omne ius quod habet in illa parte sita interiori portam pontis; item ... sedimen situm in burgo novo prope pontem et Vecelaum, item partem in dominio et ... ipsius Ville pertinenti dicto Castro et Ville; item partem suam propriam et partem ipsorum olim Nicolai et Janzilli in quodam molandino sito in aqua Lini; item Giritum et dominium de Cavoryaco quod sibi pertinebat et habere videbatur occasione predictorum dd. Janzilli et Nicolai cum omnibus iuribus partis Castri et in burgis et molendino et girito ad habendum, tenendum, possidendum, dandum, vendendum, obligandum, permutandum etc. et quidquid dicto d. Meynardo et eius heredibus deinceps perpetuo placuerit faciendum, constituens possidere etc. promittens dictus d. Vorlicus per se suosque heredes cum obligacione omnium suorum bonorum etc. eidem ~~d. Meynardo~~ d. Meynardo pro se suisque heredibus et cui dare voluerit dictam vendicionem in perpetuo habere firmam et ratam etc. et numquam contra premissa dicere, facere etc. sed predicta bona manutenere, auctorizare ac in solidum disbrigare sub pena dupli valoris predictorum

Bonorum ut pro tempore ply valuerint etc. —

Not. Giovanni di Moruzzo. Arch. notar. Udine.

29

1369, 11 Febbrajo. Lucca. L'imp. Carlo IV fa citare Schinello di Cumegna a provare d'essere erede del fu detto Odorico di lui fratello per l'annua corrisponsione di 250 fiorini d'oro accordata a questo sulle rendite di Firenze dal detto Imperatore.

143

Carolus Quartus divina favente clementia Romanorum Imperator, semper Augustus, et Boemiae Rex, honorabili Georio Decano Aquilegen. devoto suo dilecto gratiam suam, et omne bonum, Devote dilecte, aliàs consideratis meritis Nobilis q. Odorici de Curanea fidelis nostri dilecti sibi, et suis heredibus, ut asseritur, de summa Ducentorum quinquaginta Florenorum annui census in, et super redditibus nostris, et proventibus in Civitate nostra Florentiae rite providimus, sicut hoc in nostris literis datis desuper estimamus, et presumimus plenius contineri, tractu vero temporis post obitum dicti dicti Odorici de supradictis redditibus ducentorum quinquaginta florenorum tamquam de rebus ad nostram cameram per mortem dicti Odorici devolutis legittime nobili Fridrico de Randegg, et nepotibus ipsius filijs q. Marquardi de Randegg fratris dicti Friderici fidelibus nostris ac eorum heredibus nostra celsitudo providit, provisionis ipsius donando eisdem literas speciales, et quia nunc Schinellus de Curanea frater bonae memoriae Odorici predicti asserit redditus predictos nequaquam vacasse, neque vacare imperiali camerae nostrae quovismodo ex eo quod ipse sui fratris Odorici predicti legittimus heres existat, et redditus ipsi ad eum pertineant virtute privillegiorum quae antedicto Odorico fratri suo nostra Imperialis serenitas duxerit concedendi, et sic Fridericus, et nepotes sui predicti ex replicationibus huiusmodi apud fideles nostros cives Florentiae impediuntur notorie, et adeo iuribus ipsorum obsistitur, quod gratia, quam à nostra maiestate receperunt effectum sortiri non valeat, nisi nostrae maiestatis deliberatio super his rite provideat, remedio saniori, Quapropter devotioni tuae committimus, et mandamus quatenus ad presentiam dicti Schinelli de Curanea accedas personaliter aut misso ad eum certo fideli, et iurato nuntio cites, et citari constituas ut infra sexaginta dies, quorum viginti pro primo, et viginti pro secundo, et demum pro tertio ac ultimo peremptorio termino assignamus eidem à die notificationis presentium continuo computandos coram maiestate nostra personaliter, seu per idoneum, et sufficientem responsalem sine qua vis excusatione, seu dilatione compareat ostensurus

privillegiū nostrū quod allegare conatur, et probaturus, ac ostēsurus legittime q dicti Odorici fratris sui defuncti heres, et legittimus successor existat. Alioquin non obstante sua contumacia ad diffiniendū, et declarandū redditus florenorū ducentorū quinquagīnta florenorū pertinere, et respicere ad personas Friderici de Randeg, et nepotū ipsius predictorū sumarie simpliciter, et de plano absq strepitu, seu figura iuditij procedemus. Supplemus .. omnem deffectū si quis quacūq ratione in predicta nostra citatione reperiri valeat de plenitudine nostre Cesaree maiestatis et in signū executionis per te facte maiestati nrē litteras tuas continentes tenore presentiū sigillo tuo sigillatas remitti volumus indilate. presentiū sub Imperiali nrō appenso sigillo testimonio litterarū. Datum Luce anno Dnī millesimo tricentesimo sexagesimo nono, Indictione septima tertio idus febr. regnorū nostrorū anno vigesimo tertio Imperij vero quartodecimo,

1369, 19 febbrajo Udine Pace tra i Signori d'Attems.

Giovanni ~~di Gabrielis~~ notajo di Cividale Arch. Portis Orig.

A. D. 1369, ind. VII, die XIX mensis februarii, in Utino, in Ecclesia S. Stephani de prope domum habitationis infrascripti D. Francisci Militis de Savorgnano, presentibus Nobilibus viris DD. Francisco Milite q. D. Federici de Savorgnano, Simone q. D. Odorici Militis de Chucanea, Schinella Milite q. D. Gerardi Militis de Chucanea, Henrico q. D. Tomasutti de Pantiestagno, Johanne q. D. .... de Zucho de Chucanea ac Sapientibus viris DD. Azolino et Ictelia fratribus legum Doctoribus filiis q. D. Gumbertini, Zanino de la Vigna de Pulinico Capitaneo Terre Utini, Nicholussio de Orbitis de Utino, Galidessio de Indriotis de Utino, Nicholao q. D. Gabrielis de Cremona, Henrico de Pahona, Armanno notario q. Nicholai Rugitti de Utino, Jacobo notario filio Marquardi de Fagedis testibus et aliis pluribus in multitudine hominum copiosa.

Nobiles viri Asquinus q. D. Hermanni, Duracius q. D. Duringussii, Johannes Henricus q. D. Nicolussii, Asquinus q. D. Brandilissii, Jacobus q. D. Francisciutti omnes de Atems parte ex una: et Nobiles viri DD. Andreas q. D. Virgendi, Conradus q. D. Benedicti, Philipus q. D. Gotti, Guarnerius q. D. Philipi omnes de Atems et Vargendus q. D. ..... habitans in Atems parte ex altera per eos eorumque heredes et affines fecerunt vicissim una pars alteri seu una alteri tactu manuum in signum pacis inter eos intercedente, pacem perpetuam,

finem et remissionem ac concordiam generaliter ac specialiter de omnibus ac

singulis iniuriis, offensionibus seu contumeliis verbis seu factis illatis

et commissis ab una parte alteri seu ab uno alteri usque ad presentem

diem quomodocumque et de omnibus et singulis compromissis depen-

dentibus et conexis, promittentes ad invicem per eos eorumque heredes et

affines videlicet una pars alteri seu unus alteri solempnibus hinc inde

stipulationibus intervenientibus et iurantes omnes corporaliter supra

Altare eiusdem Ecclesie ad sancta Dei evangelia eisdem prestito iuramento,

de aliquibus iniuriis, offensionibus seu contumeliis hinc inde verbis seu factis

qualitercumque illatis seu commissis per se vel aliquam interpositam per-

sonam, aliquid de cetero non innovare nec innovanti consentire sed prefatam

pacem, finem et remissionem ac concordiam et omnia et singula in

hoc instrumento contenta perpetue firma, rata et grata habere, tenere

et observare inviolabiliter, obligantes ad hoc una pars alteri seu unus

alteri omnia sua bona mobilia et immobilia presentia et futura.

Cum omni melioramento etc. –

1369. Ind. septima, die decimonono mensis
Februarij in Utino in Ecclesia Sancti Ste-
phani de prope domum habitationis Dni
Francisci militis de Savorgnano, presen-
tibus Nobilibus Viris Dnis Simone q.m
Dni Odorici militis de Cucanea, Schinella
milite q.m Dni Gerardi militis de Cucanea
Henrico q.m Dni Tomasutti de Partistagno
Federico milite de Savorgnano, Herma-
no Notario q.m Nicholai Rapsitti [?] de Uti-
no, Jacobo Notario filio Marquardi de
Fagedis testibus et alijs. Providi Viri Dni
Andreas q.m Dni Vargendi de Attems ex
una parte, et Arquinus q.m Dni Hermanni
de Attems ex alia, pro se suisque here-
dibus solemniter promiserunt unus al-
teri, iurantes ad sancta Dei Evangelia in
manibus Dni militis Dni Federici de Sa-
vorgnano testis predicti, eidem presti-
to iuramento, quod super aliquibus tre-
guis fractis seu ruptis inter eos, vel eorum
partes usque ad presentem diem, non
dabunt ullo tempore operam, vel aliquam
interpositam personam aliquam fie-
ram [?] nec informationem Dno nostro Dno
Patriarche Aquilegensi, nec ejus officia-
libus, nec Dominio, nec unus contra alte-
rum producet aliquam probam, seu teste
ad informandum Dominum super ruptio-
ne seu fragmento aliquarum treguarum
inter

1369. 19 febbrajo.
... Tregue tra
Signori d'Attems

inter eos hec inqua fractusum dixi ire
peniretur, vidt pena mille librarum vero-
nensium pecuniaria stipulatione promis-
sa, qua soluta vel non omnes in hoc instru-
mento contenta obtineant stabilem robur,
firmitatem.

Cum omni malioni

Pro Nobili Johanne Notarij Q.m Guilielmi de
Civitate in Archivio Civitatis ancistantibus

1369, 9 aprile. Cividale. Il Comune di Cividale si fa garante della multa inflitta dal Patriarca, a D. Ottone di Cappellino, se questi per ritornare in Friuli, senza volontà di esso Patriarca.

46

Giovanni di Guglielmo, stampa di Cividale. Arch. Portis. Orig.

A. D. 1369, ind. VII, die lune IX mensis aprilis, in Civitate Austrie supra domum Consilii, presentibus Ven.li viro D. Pagano Canonico Civitatensi, Ottobono Stacionario q. Cavalerii, Marcho notario q. Stephani notarii, Lu-poldo q. Ottoboni de Civitate et aliis. Nobiles et Sapientes viri DD. Lucas de Canussio vicegastaldio pro D. Raynaldo Gastaldione Civitatis, Jacobus Olivi et Philipus de Portis Provisores, Blasius Tessus Camerarius, Stephanus Virgilii, Artusi-nus, Jacobus q. Bernardi, Ulvinus de Canussio, Joannes Longus, Nicolaus Cauban, Johannutus Spirit, Jacobus calegarius de Burgo S. Dominici, Bernar-dus q. Dominici, Blasutus q. Johannis citari, Philipus draperius, Lanfranchus apotecarius, Utussius stacionarius, Antonius Gallus omnes consiliarii Civi-tatis predicte facientes duas partes et ultra omnium Consiliariorum Civitatis predicte ibidem ad sonum campane ut moris est solempniter congregati, unanimiter fe-cerunt, constituerunt, creaverunt et ordinaverunt nomine Comunis providum virum Nicholussium notarium q. Johannis de Cavaria commorantem in burgo pontis Civitatis, ibidem presentem et hoc mandatum sponte suscipientem eorum et dicti Comunis certum Nuncium, actorem, factorem, sindicum et procuratorem legiptimum ad obligandum se sindicario et procuratorio nomine dicti Comunis Rev.mo in Christo Patri et D. D. Marquardo Dei gratia S. Sedis Aquilegensis Pa-triarche dignissimo seu cuilibet per ipsum D. Patriarcham deputato, de solvendo pro D. Ottone de Capellino tricentas libras veronensium parvulorum eidem Domino Patriarche seu cui commiserit, si contingerit ipsum D. Ottonem frangere mandatum

ipsius D. Patriarche in veniendo in Patriam Forijulii contra ipsius D. Patriarche mandatum, usque ad vitam D. Patriarche predicti et de premissam obligationem, cartam seu instrumentum facere cum penis et bonorum obligationibus nomine Comunis Civitatis, prout in premissis fuerit oportunum.
Insuper ad recipiendum promissionem et obligationem nomine Comunis a D. Ottone predicto de conservatione indempnitatis hominum et Comunis civitatis predicte et generaliter ac specialiter ad omnia faciendum et libere exercendum cum pleno, libero et generali mandato, plena, libera et generali administratione in omnibus et singulis supradictis, dependentibus, adherentibus et conexis. Que in premissis et circa premissa utilia fuerint necessaria seu modo quolibet oportuna, promittentes mihi notario infrascripto tanquam publice persone stipulanti nomine et vice omnium quorum interest seu poterit modo quolibet interesse, firmum, ratum et gratum habere, tenere et observare omne totum et quidquid per ipsum procuratorem in premissis et circa predicta actum fuerit seu modo quolibet procuratum tam in dampno quam in lucro obligantes ad hoc omnia bona dicti Comunis.
Cum omni meliloramento etc.

1369, 8 maggio, Udine. Sentenza d'arbitri per la quale il castello di Tarcento superiore, viene da Odorico ed Antonio di Savorgnano restituito ai nobili di Castello per 400 marche di danari.

Da pollampa ad litteras dei Consorti Frangipani.

In christi nomine amen. Nos Franciscus et Federicus de Savorgnano Milites et Aydinus de Gubertinis legum Doctor et Miles ac Zaninus de Prata iurisperitus arbitri arbitratores, amicabiles compositores et etiam omnes amici unanimiter et concorditer electi, constituti et assumpti a nobili viro Ser Doyno q. nobilis viri Ser Odorici de Castello Porpeti suo proprio nomine ac procuratorio nomine Nicolussii sui fratris nec non tutorio nomine Nicolai, Odorici et Artichi fratrum filiorum et heredum q. Ser Rizardi de dicto Castello Porpeti nepotum suorum pro quibus prefatus Ser Doynus promisit de ratihabitione, obligans ad hec omnia sua bona presentia et futura tamquam ius et actionem habentem et habituram a nobili viro Ser Federico q. Joannis de dicto Castello Porpeti prout de huiusmodi iuris et actionis cessione patet publico instrumento manu Adalpretti q. Rizardi de civ. Austrie publici imperiali auctoritate notarii sub anno nativitatis Domini MCCCLXVI, ind. IV, die primo mensis augusti ex parte una et a nobilibus iuvenibus Odorico filio q. nobilis viri Ser Fulcherii de Savorgnano ac Antonio q. Ser Nicolai nati ipsius q. Ser Fulcherii heredibus et hereditario nomine prefati Ser Fulcherii ex parte altera, de et supra litibus, causis, questionibus ac controversiis que vertuntur sunt seu verti et esse possent inter partes predictas hinc inde nominibus

et occasionibus castri seu loci Tarcenti superioris, occasione iurium, iurisdictionis, garriti et redditum ac omnium et singulorum spectantium et pertinentium ad dictum castrum quoquomodo; nec non de omnibus et singulis iuribus, incendiis, derobationibus, violentiis, spoliis, ruinationibus et dampnis quibuslibet hinc inde dattis et factis per dictas partes et per predecessores, coadherentes, subditos et servitores et omnium et singulorum connexorum et dependentium ex predictis vel ipsorum aliquo, de quibus omnibus vel ipsorum aliquo spirituali et temporali indictiis Domini nostri Patriarche inter dictas partes hinc inde quomodocumque et qualitercumque lis et controversia, causa sive questio vertebantur, prout de compromisso antedicto in nos facto patet publicum instrumentum manu Petri notarii de Fosdenovo sub instantibus millesimo et indictione, die XXIV aprilis, Christi nomine invocato de unius nostra recta procedunt inditia et unde ex arbitriis iustum et debitum sortiatur effectum, presentibus prefatis Ser Daymo et Niclussio fratribus propriis nominibus ac nomine et vice predictorum Nepotum suorum, pro quibus promiserunt de ratihabitione obligantes ad hec omnia sua bona presentia et futura ex parte una et prefato Odorico suo proprio nomine et vice et nomine dicti Antonii pro quo etiam promisit de ratihabitione obligans ad hec omnia sua bona presentia et futura

ex parte altera, pro bonis pacis et concordie vigore dicti compromissi in nos facti, dicimus, sententiamus, arbitramur, decidimus, volumus et mandamus inter partes predictas super causis predictis prout inferius continetur:

Et in primis sententiamus, arbitramur, volumus et mandamus quod prefati Odoricus et Antonius teneantur et debeant reddere, tradere et restituere predictum Castrum Tarcenti superioris prefato Ser Doyno suo et nominibus antedictis ~~[illegible]~~ iurisdictione, honore, dominio, garrito, mansis, terris nemoribus et masnata et omnibus et singulis ad dictum Castrum spectantibus et pertinentibus dicto Ser Tulchario obligatis seu venditis per dictum D. Federicum de Castello secundum modum infrascriptum et in termino inferius declarato, videlicet usque ad diem octavam mensis iunii proximi nunc venturi cum his modis conditionibus et forma, scilicet quod dictus Ser Doynus suo et nomine quo supra ad dictum terminum debeat deponere apud sapientem virum D. Augustinum de Gambertinis legum Doctorem marcas quadringentas denariorum aquilegensis monete et quod prefati Odoricus et Antonius evacuare debeant dictum Castrum Tarcenti et evacuatum tradere et consignare dicto Ser Doyno suo et nominibus supradictis libere et expedite et ipsa possessione ipsius Castri habita et recepta, illico dictus D. Augustinus depositarius, habita notitia de receptione dicti Castri, teneatur et debeat dictum Depositum

quadringentorum marcharum dare, numerare et consignare dictis Odorico et Antonio etc.

Utini, Aquilegensis Diecesis in domo dicti D. Francisci Militis arbitri suprascripti in magna sala in camino inferiori sub anno nativitatis Domini MCCCCLXIX, ind. VII, die VIII mensis Maii, presentibus testibus nobilibus et providis viris D. Nicolussio de Villalta, Nicolao q. D. Endrici de Spilimbergo, Nicolao q. D. Johannis de Arcoldo, Zanutto de Civ. Austrie, Nicolussio q. Pedrussii de Spilimbergo, Varnerio q. D. Homodei de Meduno, Candido notario filio Johannis de Tarcento et aliis pluribus ad hec vocatis specialiter et rogatis.

1369. 15 Maggio. Cividale – Il Comune di Cividale chiede al patriarca la custodia del castello di Soffumbergo, sede vacante. 48

A. D. MCCCLXIX. ind. VII. die XV mensis Maij. In Civ. Austria supra domo Consilii; presentibus providis viris Jacobo q. Hermanni, Tomasutto q. d. Brandilisii, Nicolao Poletro, Pelegrino q. Pontoni, Jacobo muratore omnibus habitantibus in Civitate predicta testibus et aliis pluribus.

Congregati ibidem ad sonum campane, ut moris est, providi et sapientes viri domini Rainaldus Gastaldio, Philippus de Portis, Jacobus Ribis provisores, Johannes Antonius, Stephanus Virgilii, Nicolaus Ancelli, Hermannus q. Leonarducii, Lucifinus q. Candidi, Siuridus, Blasius Sutus, Blasuttus q. Johannis citarii, Ulvinus de Canussio, Bernardus q. Dominici, Antonius Gallus, Nicolaus q. Mathei omnes de Civitate et Consiliarii Civitatis, omni modo, via et forma quibus melius potuerunt, fecerunt, constituerunt et crearverunt providum virum Jacobum q. Bernardi de Civitate ibidem presentem et hoc mandatum sponte suscipientem eorum et Comunis Civitatis certum nuncium, actorem, factorem, sindicum et procuratorem legiptimum prout melius et utilius de iure dici debet et potest, specialiter ad requirendum et supplicandum Reverendissimo in Christo patri et domino d. Marquardo Dei gratia sancte sedis Aquilegensis Patriarche dignissimo ut faciat suum Capitaneum de Sofumbergo promittere et iurare in manibus ipsius Jacobi nomine dicti Comunis quod vacante Aquilegense Ecclesia quomodocumque dabit et consignabit Castrum de Sofumbergo secundum pacta et conventiones habita et habitas inter ipsum d. Patriarcham ex una et homines de Civitate seu alios dicti Comunis nomine, supra exemptione Tolmini et curie et cultrate de manibus domini Comitis Goricie, prout de ipsis pactis constat ut dicitur publico instrumento scripto manu . . . . (sic) et ad ipsum sacramentum et promissionem ab eodem Capitaneo recipiendum et generaliter ad omnia et singula faciendum que in premissis et circa premissa fuerint necessaria, utilia vel oportuna, cum

pleno mandato et libera administratione. in omnibus a premissis dependentibus
et connexis, promittentes dicti constituentes michi Notario infrascripto tamquam publice
persone stipulanti nomine et vice omnium quorum interest, habere firmum omne
et quid per ipsum eorum sindicum in premissis et circa predicta actum fuit, et modo qui-
libet procuratum, tam in damnis quam in lucro etc et obligaverunt omnia bona ipsius
Comunis etc.

Not. Giovanni q. Guglielmo di Cividale. Bibl. Civ. Udine Orig

1369. 15 Maggio. Castello di Soffumbergo. Il patriarca concede al Comune di Cividale la custodia del castello di Soffumbergo, sede vacante.

A. D. MCCCLXIX. ind. VI. die quintodecimo mensis Maij. In Castro Sophenbergi Aquilegensis diocesis, presentibus dd. presbitero Francisco de Utino canonico civitatense et capellano infrascripti d. Patriarche, Hermano Bulos o Ulos teotonico familiare d. Patriarche infrascripti, Iohanne vicario Aquilegense pro d. Patriarcha, Iohanne Antonio q. Gabrii de Civitate testibus et aliis pluribus.

Providi viri Iohannes et Frostinger Capitanei in Sophenbergo de expresso mandato Reverendissimi in Christo patris et domini domini nostri d. Marquardi Dei gratia sancte sedis Aquilegensis Patriarche dignissimi ibidem presentis et precipientis, promiserunt corporaliter iurando ad sancta Dei evangelia tactis scripturis eisdem iuramento delato, provido viro Iacobo q. Bernardi de Civitate tamquam sindico et procuratori ac nuncio Comunis Civitatis Austrie, prout de procuratorio sindicato ad hoc speciali constat quodam instrumento scripto manu mei Iohannis Notarii sub eisdem anno, die et indictione, et nomine hominum et Comunis Civ. Austrie predicte solempniter stipulanti et recipienti, quod quandocumque Aquilegensis Ecclesia vacaret per obitum aut per promotionem supradicti d. Patriarche, dabunt et consignabunt Castrum de Sophenbergo cum municionibus tunc contentis in eo, tempore vacationis predicte. De quibus omnibus prefatis d. Patriarcha mandavit michi Notario ac dictus Iacobus nomine predicto me rogavit ut scriberem, prout scripsi, publicum instrumentum.

Not. Giovanni q. Guglielmo di Cividale. Bibl. Civ. Udine. Orig.

[illegible]

1369. 9 Luglio. Cividale. Inventario degli oggetti trovati presso un fabbricatore di balestre. 5

Anno 1369 ind. VII die VII mensis Julii. In burgo S. Petri Civitatis Austrie, in domo habitationis magistri Petri balistarii, presentibus: Nicolao Mestrono calligario, Martino m.ri Johannis phisici, Petro q. Thomasutti ~~omnibus~~ in dicto burgo habitantibus.

D. Ulvinus q. d. Nicolai de Canussio tamquam provisor Civ. Austrie predicte fecit inventarium de bonis infrascriptis, iuxta deliberationem Consilii, inventis in domo dicti m.ri Petri:

In primis quidem invente fuerunt tres balistte de ligno dni Rodulphi de Portis, prout Johannes filius dicti magistri dixit; item unum tenerium d. Jacobini canonici Civitatensis et una balistte corazarii et unum tenerium cuiusdam de Cormono; item unum tenerium m.ri Petri carpentarii et unus arcus de ligno; item una balista Johannis Finoya de Carandis et una balista de cornu cuiusdam iuvenis de Civitate; item una balista Nodoni filii Nicolai Zuygi; item una balota Guroni, item una balotta Francisci de Utino, item una balista fracta de cornu ... soli; item una furca Johannis q. Henrici Formie; item XVI capita ferramentorum ad laborandum computata una (sic) axe ipsius m.ri Petri; item unum tenerium et una balista de ligno ipsius Johannis filii magistri predicti; item una balista de ligno Johannini Longi et ... centi archus fracti de cornu ser Artusini; item una banca letice Mestroni, item una situla et una banca lecti ipsius magistri. —.

Not. Gio. q. Guglielmo di Cividale. Bibl. Civ. Udine.

[illegible]

1319.1. [illegible] ... Patriarcha [illegible] ... [illegible] ... de [illegible] ... [illegible]

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem MCCCLIX, ind. XII, die XII mensis iulii, Aquilegie in Ecclesia maiori S. Marie post altare maius ante gradus Sancte Sedis, presentibus discretis viris presbiteris Iacobo de Bononia mansionario Eccl.e supradicte, Iohanne de Bergamo prebendario in ipsa Ecclesia et Matheo canonico Eccl. S. Georgii de Pirano ac providis viris Nicolussio notario q. Mag. Francisci ypotecarii de Civ. Austria et Martino filio Mag. Iohannis Phisici de Aquilegia atque Petro q. Andree Iohannis Insulani de Pirano testibus et aliis pluribus ad infrascripta vocatis et rogatis.

Ante gradus predictos S. Sedis Patriarchalis prefate Aquilegensis Ecclesie que pastore vacavit per obitum olim bone memorie Rev.mi in Christo Patris et D. D. Nicolai quondam dicte Aquil.sis Eccl. Patriarche, comparuit Adalgherius filius q. Ser Adalgherii Dethemario de Pirano tanquam procurator et procuratorio nomine Ser Iohannis Dethemario olim Ser Almerici Dethemario de Pirano tanquam maioris de domo de Dethemariis prout de procura huiusmodi constat publico instrumento vicedominato scripto manu Martini Zabollo notarii de Pirano in premissis millesimo et indictione, die ultimo mensis iunii etc. a me notario infrascripto visto et lecto ad hoc mandatum constitutus speciale ac etiam vice et nomine Almerici patris sui predicti et Odorlici fratris ipsius Almerici quondam supradicti Adalgherii Dethemario

atque etiam pro aliis minoribus eiusdem parentele partem haben=
tibus in feudo seu feudis infrascriptis, tergenua flectendo et cum
omni debita reverencia humiliter dicens et petens nominibus ante
dictis stando flexis genibus ante sedem predictam, quod si quis
est ad quem spectaret seu spectare possit vel, si haberet inve=
stire dictum Adalgherium nominibus quibus supra et in=
vestitionem in eum facere de feudo paternali et antiquo quod
dicti Johannes Dethemario, Almericus et Odorlicus fratres
filii q. dicti Ser Adalgherii Dethemario nipotes ipsius Ser
Johannis habent et tenent et eorum antecessores ac pro=
genitores habuerunt et tenuerunt per investitionem ab
antiquo a dicta Aquilegensi Ecclesia et eiusdem Ecclesie Pa=
triarchis et Pastoribus eiusdem spectare seu spectare possent
investire predictos Ser Johannem, Almericum et Odorlicum
et quod ipsi Ser Johannes, Almericus et Odorlicus tenean=
tur ac teneri possunt quocumque modo per investitionem
cōgnoscere et habere a dicta Aquil. Ecclesia et Pastoribus eius=
dem, offerens se paratum dictus Adalgherius nominibus quibus
supra prestare debitum iuramentum solite fidelitatis
et omnia et singula facere ac liberaliter exercere que

quilibet bonus et fidelis vassallus tam de iure quam de consue-
tudine Patrie Don ivo seu dominis suis in talibus facere tene-
tur et debet. Ante quam vero prestationem et omnia su-
pradicta sic acta dictus Adalgherius vice et nomine dictorum
Almerici et Odorlici et filiorum utriusque eorum, dixit et pro-
testatus fuit quod presentatio aliqua una vel plures quam
faceret vel fecisset seu facere contingeret in futurum ante
dictam Sanctam Sedem procuratorio nomine dicti Ser Johannis
eorum Almerici et Odorlici patrui occasione dicti
feudi et feudorum eidem Ser Johanni investiendorum eisdem
Almerico et Odorlico et iuribus eorum que quondam dictum
eorum patruum obtinent, et obtinere videntur ac possunt
quocumque modo nullum valeat seu possit dampnum vel
preiudicium generare, ymo dicta iura ipsorum duorum
fratrum et filiorum suorum firma sint, remaneant et
illesa. De quibus omnibus et singulis suprascriptis rogatus
fui ego Johannes Gulielmi notarius infrascriptus per dictum
Adalgherium nominibus antedictis instanter ut sibi conficerem
publicum instrumentum.

Da Mikellanea vel Mafei Cod.
VII · I

In Christi nomine amen. Anno
1399 12 Iulij, Aquilegie in Eccl. Maiori S. Marie pettaltone maiory
ante gradus Sancte Sedis, presentibus

1369, 8 Agosto. Friuli. Inventario de mobili lasciati dal fu Cav. Federico di Savorgnano al di lui zio Pagano di Savorgnano. —

1

52

Vol. Varia istituz. Arch. Not. Udine.

Anno nativitatis Domini 1369, ind. VII.

Egregius et potens vir d. Paganus miles q. egregii et potentis Militis D. Hectoris de Savorgnano volens non inconsulte sed cum beneficio inventarii hereditatis q. Strenui Militis D. Federici de Savorgnano nepotis sui que sibi pervenit ex testamento ipsius q. d. Federici se immiscere ne ultra vires hereditarias teneatur et ut hoc beneficium sibi de iure debitum ad integrum reservetur, presens Inventarium incepturus die VIII mensis julii de bonis et rebus ipsius hereditatis in hunc modum prelibatus procuravit.

In primis quidem invenit et dixit se invenisse in Castro de Arges

Coracinas de equo	8	Balistas de corno de tolino	?
" de pedite	2	Balistas de corno parvas	2
Elmos	15	Balistas de ligno	12
Pileum de ferro	1	Crocos de balista	11
Cervelleras	3	Tulinum de balista	1
Clapos cum magla	10	Capsam cum veretis veretos	....
Gorgarias, ilitas	2	Eimes	
Sclopum de balota	1		
cum balottis	52	Zoglas de piletis	2
Sclopum de pilotto	1	Urcum mesandrum quma	1
cum pilottis	53	Rampinos de ferro	4
Cassios	13	Catenam de ponte	1
Tavolazios	5	Catenas de pede et manu	?
Scudos braganos	2	Palos de ferro	2
		Sapponum, securim, lanceas	2

cum ... parietibus ...

In Coquina: lebetem, frixoriam, caldarium, cadenacium, Zenaram, stragnadas 2..

Ad camaram: lectos de paira 6, plumatios 4, coltras 4, ledes lachum unum, lintiamina 8 –

Ad canipam: vegetes 9, ~~[illegible]~~, vegetes vacuas 8, brontellum, ornam ad ?? farinam ommone 1, fornes 4, salis 11, stadarium, manilias 2, tabulam, manarias tres, funes ..

Item in stabulo tresagios scilicet unam eiginiam pilo rubei, unam palafrenam integram et unam   loricam 1, coraginam de equo 1, Coraginam de pedite 1, unum par manicarum de magla, unum par cosalium, item balistas de ligno tres.

1369. 3 Settembre. Moruzzo. Patti dotali fra Agnese di Brazzà inf. con Pidrussio q. d. Matteo di Fagagna, colla dote di parte del castello di Brazzà inf.

5.9

A. D. MCCCLXIX. ind. Die tercio mensis Setembris In platea s. Tome de Murucio prope pontem. Convenientibus in unum causa ~~matrimonii~~ contrahendi Agnisuttam q. d. Tomasii de Brazaco inferiori et Pidrussium q. d. Matei de Faganea in presencia testium infrascriptorum d. Jacobina nata q. dicti d. Tomasii de dicto Brazaco, ~~soror~~ ipsius Agnisutte per se suosque heredes dedit et dotavit dictam Agnisuttam, dicto Pedrussio stipulanti ~~et pro se suisque heredibus~~ et dicta Agnisutta eius futura uxore in dote et dotis nomine ipsius d. Agnisute cum omni parte (sic) Castri de Brazaco quod sibi pertinebat habere in dicto Brazaco inferiori, quod sibi pertinet habere de iure et hereditate q. dicti d. Tomasii sui patris et generaliter cum omnibus aliis bonis et terretoriis sibi pertinentibus de hereditate q. dicti d. Tomasii et omnibus suis bonis mobilibus et immobilibus presentibus et futuris. — Item d. Judita mater ipsius d. Agnisute indotavit dictam Agnesam suam filiam cum omni hereditate materna post ~~mortem~~ ipsius d. Judite, hiis quidem pactis habitis et affirmatis inter eos: si dicta Agnes prius mori sine heredibus inter eos ante etatem legitimam, tunc predicta dos redire et pervenire debeat infra annum et diem post eius mortem dicte d. Jacobine vel eius heredibus in se retinendo de dicta dote marchas sex denar. aquil. Et e converso si dictus Pidrussius prius mori sine heredibus, quod absit, tunc dicta Agnes habere debet dotes suas integras et de bonis ipsius Pidrussii marchas novem denar. aquil. — Item pactis vero memoratis si dicta Agnes supervixerat cum heredibus suis supravivientibus inter eos, tunc ipsa habere debet dotes suas integras usque ad vitam suam et si ipsa transire vellet ad secundas nupcias et heredes haberet cum secundo marito, tunc post suum decessum predicta dos redire debeat heredibus predictorum iugalium (medietas et alia medieta heredibus secundi mariti. Pro quibus omnibus attendendis dicte partes obligaverunt omnia bona etc.

Presentibus presbitero Simone Vicario de Murucio et dominis Bertoldo et Pileo fratribus de Murucio, Niculao, Leonardo et Morando fratribus de Castellerio in Murucio habitantibus, Fradono et Tomado de Brazaco superiori, Vecillo de Faganea, Ulvino et Meynardo dicti loci, Ingalpretto et Vercio fratribus de Pignano in Sopreinbergo habitantibus, Simone de Rodeglano et Culussio q. d. Mattiussi de Faganea testibus et aliis pluribus.

Not. Giovanni di Moruzzo Arch. notar. Udine.

1369. 9 settembre. Cividale. Protesta del Comune di S. Guarzo contro la somministrazione delle Furche di Cividale loro ordinata dal Gastaldo. —

571

Nicolò di Castelletto q. Leonardo not. di Cividale. Arch. ... 1382

A. D. 1369 ind. VII, die 9 mensis Septembris, in Civ. Austrie super platea comunis, presentibus ... Rodolpho de Portis, Vidrando q. Magnardi de Civitate, Bartholomeo de Mantua testibus et aliis pluribus.

Cum nuper vir D. Ragnaldus tamquam Gastaldio Civ. Austrie accepisset Matthiussio Decano, Petro et Dominico de villa S. Guarzij sub Urusbergo tria ligna ad faciendum seu reficiendum furchas positas ad burgum Porte Brosane de Civitate iuxta villam predictam et per dictos Matthiussium Decanum, Petrum et Dominicum conquereretur et diceretur quod dictus Gastaldio contra debitum rationis dicta tria ligna accepisse et quod dictus Decanus nec Comune dicte ville numquam obligati fuerunt nec tenentur dictas furcas facere vel reficere, prefatus D. Ragnaldus tamquam Gastaldio, ut profitetur, in presentia dicti Matthiussii Decani expresse stipulanti et recipienti nomine et vice hominum et Comunitatis dicte ville de S. Guarzio, ne ... aliter, prout per eum ibidem dicebatur, quam expendita, quod ... dicti homines et Comune dicte ville dictum officium seu ministerium furcharum reficiendarum facere tenerentur, dixit et confessus fuit quod dicta tria ligna ad usum predictum non acceperat ipsis Matthiussio Decano, Petro et Dominico de S. Guarzio causa ... aliquus rationis vel iuris quod vel quam veraciter sciret vel invenisset quod Gastaldio seu Comune dicte Civitatis Austrie contra dictos homines seu Comune dicte ville de S. Guarzio haberet in faciendo seu reficiendo dictas furchas et prefato D. Ragnaldus tamquam Gastaldo ut profitetur ... quod causa tolette

dictorum lignorum pro reficiendis dictis furcis non sit in preiudicium dic-
dominorum, hominum et Communitatis ville antedicte, si de iure dictum
ministerium et officium facere non teneantur. Promisitque idem D.
Raynaldus eidem Decano dicto quo supra nomine recipienti ibidem
solvere et satisfacere se debere pro dictis lignis ipsis Matthiusio,
Petro ac Dominico pro dictis furcis reficiendis quadraginta denarios aqui-
legensis monete, reservans sibi dictis dominus per protestationem
per eum factam posse ulterius inquirere et invenire si dicti Matthiusius,
Petrus et Dominicus vel homines et Comune dicte ville dictum officium et
ministerium de iure vel de consuetudine facere teneantur. =

1369 14 Settembre. San Foca. Nicolò conte di Porcia avvocato della villa di S. Avvocato dà il possesso a Dinutto ed a Viviano di Prata dell'annuo reddito di 31 moggia d'avena e 5 lire che ad essi spettavano dalla Villa S. Avvocato come eredi di Ivone e Gualpertino di Prata.

A. D. millesimo trecentesimo sexagesimo nono, indictione septima, die decimo septembris in villa Sancti Vocati in curtivo habitato per Henricum deconum presentibus egregio viro D. Artico comite de Prata, Piringolo eius familiare, Odorico condam magistri Joannis Blasii de Prata, Jacobo notario de Purcillis, Pilligrino de Romano, Jacobo et Hermanno de Girois de Carnea, Antonio condam Mathiussi et Justo de Castello Propedi testibus et aliis.

Coram egregio viro D. Nicolao comite de Purcillis advocato dicte ville Sancti Vocati comparuerunt Dinutus condam Ciurgelini et Vivianus naturalis condam D. Gabrielis comitis de Prata ut heredes ac possessores bonorum condam virorum Ivoni et Gualpertini de Prata petentes pro dicto D. Nicolao se intericis (sic) per ipsum in tenutam et possessionem iurium suorum que olim habuerunt predicti domini Ivonus et Gualpertinus et successive de suis et aliis eorum heredibus

similiter de triginta unum staria avene et libras quinque pariter et alias honorancias a domino Abbate de Mili-statt et hominibus dicte ville sancti Vocati. Qui D. Nicolaus de Porcilijs ut advocatus ville predicte volens quod iuris erat facere in signum possessionis iurium predictorum Viviani et Deputati, promisit sub obligacione omnium suorum bonorum dare et conduci facere ut moris erat dicta triginta unum staria avene et libras quinque, pariter pro responsione affictus iurium annis super preteriti et dari et consignari ipsi Viviano et Deputato in villa Reumys? districtus Portunaonensis in signum vere tenute et possessionis iurium predictorum que predicti Vivianus et Deputus ac eorum predecessores visi fuerint habuisse super predictum dominum Abbatem de Milstatt et homines dicte ville sancti Vocati annuatim dicta triginta unum staria avene et alias honorancias ut supra.

S. N. Ego Johannes condam ser Francisci notarii de Portunaone imperiali auctoritate notarius hiis omnibus interfui et rogatus scripsi.

Da perg. nell' Arch. di Stato in Vienna. Repert. XXIV.

1369. 30 Settembre. Cividale. — Multe inflitte al nob. Filippo de Portis dal Comune di Cividale, perchè rifiutava di far tregue con uno, allegando che era suo dipendente (manipastus).

Anno 1369. ind. VII. die 30 Septembris, in Civ. Austria in camera domorum habitationis d. Philippi infrascripti, presentibus dd. Jacobo Laurentii tusci, Jacoboq. Bernardi omnibus de Civita testibus et aliis pluribus.

D. Ulvinus q. d. Niclai de Carusio tamquam provisor mandavit primo in pena centum librarum d. Philippo de Portis ut faceret treugas Pichogne et quia ipse d. Philippus recusavit facere ipsas treugas, dicens quod suus erat familiaris, mandavit iterum secundo in pena ducentarum librarum, et quia similiter idem d. Philippus recusavit iterum facere treugas, idem d. Ulvinus tamquam provisor fecit alium mandatum sub pena tricentarum librarum; et idem d. Philippus dixit quod non volebat facere treugas, quia suus est manapastus. De quibus feci ego Notarius publicum instrumentum.

N.A. Giov. q. Guglielmo. Bibl. Civ. Udine. Orig.

1369. Novembre. Progetto d'un accomodamento del Patriarca di Aquileja coi Duchi d'Austria.

Nel recapito del Documento 1245. 18 Maggio. Locazione di beni in Villa Nedunea.

[illegible]

1369, 19 novembre. Udine. Indulgenze concesse dal Patr. d'Aquileja Lodovico e da altri quattro Vescovi ai benefattori e visitatori dello Ospitale di S. Maria della Misericordia di Udine

58

Dall'Archivio dell'Ospitale, Vol. 49. p. 28. (copia).

Ludovicus Dei gratia S. Sedis Aquilegensis Patriarcha, Fratres Petrus Concordiensis, Gulielmus Emoniensis, Bartholomeus Caprulensis et Marcabrus Tassionensis eadem gratia Episcopi, Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino sempiternam. Splendor paterne glorie qui sua mundum illuminat ineffabili claritate, sic nos provocat seminare in terris ut fructum plurimum colligamus in celis. Quia ut ait Apostolus: omnes stabimus ante tribunal Christi recepturi prout in corpore gessimus sive bonum sive malum, oportet diem messionis extreme nos misericordie operibus prevenire et terrenorum intuitu id seminare in terris quod reddente Domino multiplicato fructu colligere valeamus in excelsis, firma spe fiduciaque tenentes quod qui parce seminant parce etiam metent et qui seminant in benedictionibus, de benedictionibus etiam (sic) metent vitam eternam.

Cum igitur eterna gaudia super omnia affectare debeamus, quia ad illum finem creavit nos Altissimus, nec possimus ad illa pervenire nisi per pia opera et suffragia caritatis. Ideo taliter seminare debemus in terris ut opus per effectum nos deducat ad pleniorem optatum fructum. Volentes igitur omnes Christi fideles ad fruitionem illorum bonorum celestium inducere quantum possumus ut se seminent in agris terrestribus quod valeant in posterum illius gaudii celestis regni fructum percipere gloriosum, idcirco

omnibus vere penitentibus et confessis qui ad Hospitale Sancte Marie de Mi-
sericordia de Battutis de Utino accesserint causa devotionis, orationis,
oblationis, aut in posterum in extremis eorum dicto Hospitali Sancte
Marie aliquid de suis facultatibus relegaverint, manus suas adiutrices
porrigendo pro subsidio nutriendorum pauperum ac venientium
et concurrentium ad Hospitale supradictum, de Omnipotentis
Dei misericordia et beatorum apostolorum Petri et Pauli confisi,
quadraginta dies indulgentie de iniunctis eis penitentiis misericorditer
in Domino pro qualibet relaxamus. Attendentes insuper quod eandem
gratiam indulgentie volumus omnes obtinere, quod Hospitale
supradictum visitaverint singulis diebus dominicis totius anni et in festi-
vitatibus apostolorum omnium et quatuor doctorum scilicet Augu-
stini, Gregorii, Hieronimi et Ambrosii et in solemnitatibus beate
Marie Virginis ac Nativitatis Domini, Circumcisionis, Epiphanie, Re-
surrectionis, Ascensionis, Pentecostes, Laurentii, Michaelis, Martini,
Clementis, Chaterine, Cecilie, Agathe, Lucie et diebus omnibus et singulis
quadragesime, volumus perpetuo in supradicto Hospitali a fidelibus obtineri.
In cuius rei testimonium presentes fieri iussimus nostri sigilli appositione mu-
nitas. Data Utini die XIX mensis novembris anno dominice nativitatis
MCCLIX, ind. XII.

D. Bartholomeus Episcopus S. Marie Insule ~~[illegible]~~ concessit dies XL
D. Artinus Episcopus Concordiensis concessit dies XL

D. Conrauns Episcopus Emonensis concessit dies XL
D. Antonius Patriarcha cum quinque Episcopis concessit dies CCXL
D. Petrus Episcopus Paduanus concessit dies XL
D. Guido Episcopus Concordiensis concessit dies XL
D. Alion Episcopus Feltrensis et Bellunensis concessit dies XL

D. Augustinus Episcopus Pollonensis concessit dies XL

D. Gilbertus Episcopus Parentinus concessit dies XL

D. Ioannes Episcopus Buduensis concessit dies XL

D. Ludovicus Patriarcha concessit dies XL

D. Marinus Episcopus Cedroniensis concessit dies XL

XLVIII 318 [illegible]

1409 [illegible]

[illegible]

1381 [illegible]

[illegible] 44-e 169

[illegible]

[illegible] 176

[illegible] 1.6

[illegible] 112

[illegible]

1300 [illegible] 112

1409 [illegible]

1370, 24 Gennajo. Mariago. Sentenza dei Giurati, che uno dei Signori di Mariago poteva sedere nel Placito stretto del Patriarca in Mariago.

59

A. D. 1370, ind. VIII, die XXIV mensis Januarii, presentibus presbitero Magnucco vicario plebis Maniaci, Candussio q. Antonii de Porta et Andrea Balistrino testibus et aliis

Coram D. Rambaldo q. D. Galvani de Maniaco ad bancum constituto pro se et fratribus suis in placito districto sedente pro comitatu tangente semper et ab antiquo domui Maniaci videlicet filiis et heredibus quondam Dominorum Wuolvenii et Galvani, quod ius, ut dicebatur, emptum fuit per eorum predecessores a Dominis de Flagonea, et Zanino decano q. Merini delamico sedente pro patriarchatu Aquilegense, ut moris est, pro placito districtu retinendo, comparuit D. Nichil et D. Gasper fratres et Luvisinus q. D. Wuolvenii pro se et eius fratribus, proponentes dixerunt, quod quia sedebat ad bancum suo placito districto retinendo pro patriarchatu et ipsis tangabat pars pro comitatu, quod non esset in preiudicium eorumdem eo quod non sedebant et quod peteret a suis Iuratis si deberet unus ex ipsis vel quem vellet pro parte ipsorum sedere et ponere. Supra quibus petiit a suis Iuratis quid iuris. Qui habito ipsorum consilio sententiaverunt quod bene poterant si voluerant unus ex ipsis vel quem vellent ut antiquitus fecerant sedere quia bene sciunt et recordantur esse eorum ius.

Actum Maniaci iuxta pontem prope canipam filiorum q. Artici

Da Giovanni q. Tilino not. di Mariago Arch. Not. Udine

1370 – 4 febbrajo – Udine

60

Fabbricazione di tessuti di cotone instituita in Udine.

[illegible]

Anno domini millesimo trecentesimo septuagesimo, indictione octava, die (lune) quarto februarii. Actum Utini sub magna Lozia Communis. Presentibus, Bertulucio Zusco q.m Francisci Utini habitante, Dominico q.m Nicolai de Adeglacco, Nicolucio q.m Diotajuti de Florentia Utini habitante, Zorzio sartore q.m Alessandrini de Spegnimbergo et Francisco dicto Mazecho q.m Calderinis Utini habitante testibus et aliis pluribus. –

Bonaventura Barchandarius q.m Johannis de Modena Utini habitans per se etc. promisit et se obligavit discreto Ser Antonio de Turratte Campario Domini nostri D. Marquardi Patriarche Aquilegensis et ad tale pactum devenit, ut quod ipse tanquam factor ipsius Ser Antonii promisit eidem Ser Antonio per se etc. laborare et in arte Barchanderie battere bambacinam bene, diligenter, et sine fraude hinc ad unum annum proxime futurum. Suis quidem pactis habitis et firmatis inter ipsos, videlicet quod dictus Ser Antonius teneatur et debeat eidem Bonaventure solvere affictum domus in qua ipse habitat hinc ad dimidium annum et si elapso dicto dimidio anno eidem Bonaventure placuerit stare in ipsa domo eidem promisit solvere affictum usque ad aliud dimidium annum proxime sequentem; et nihilominus eundem tenere fulcitam cordis necessariis ad dictam artem, et nihilominus promisit eidem Bonaventure dare et solvere de ipsa arte in ratione duodecim denariorum Aquilegensis monete pro singulo

peso bambacini laborato et battuto per ipsum. Quapropter
Dictus promisit per se etc. laborare eidem Ser Antonio bene
et diligenter in ipsa arte et sine fraude. Et si aliqua die dic.
Bonaventura non laboraret in dicta arte sui deffectu, aut neglig-
tia, illi dies debeant deffalcari in ratione dicti anni; et si aliqua
die ipse laborare non posset deffectu ipsius ser Antonii, dictus s.
Antonius promisit eidem satisfacere et solvere sicut si laboraret
et nihilominus dictus Bonaventura contentus et confessus fuit
habuisse et recepisse ab ipso Ser Antonio unum lectum, unum
par lintiaminum et unam cultram que est ipsius Ser Anton.
et nihilominus dictus Ser Antonius promisit eidem Bonaventu
adjictare et edificare unum telarium super quo laboret ejus ux.

[Notaio Nicolussio q. Zignotto. Arch. notar. Udine]
~~Archivio Notarile Udine – Originale~~.

~~[illegible]~~ Udine.

1370. 26 febbrajo. Udine.

Il Caneparo Patriarcale scrive al Com. di Cividale che i Ministeriali incaricati di coprire il palazzo del patriarca in Udine, non siano molestati per cavar le fosse in Cividale.

Nobili et prudenti viro D. Andree Castaldioni Civitatensi nec non Comuni Civitatensi. (tergo).

Debita recommendatione premissa. Conquestus est michi Iulianus de Orsara lator presentis, massarius domini nostri Patriarche asserendo ipsum et suos socios servientes ministeria Domini in cooperiendo palatium Sedis Utini contra iuris debitum agravare videlicet in gravando ipsos in faciendo fieri fossata circha Civitatem et alia, de quibus predicti numquam per elapsis temporibus fuerant agravati ~~non gravari; karissimam amicitiam vestram deprecor~~. Quare cum intentionis Domini nostri sit prefatos Massarios contra iuris debitum non gravari karissimam amicitiam vestram deprecor et requiro ut in predictis ad que non tenentur velitis agravare, aliquin oportebit me predicta Domino nostro intimare.

Datum Utini XXVI febr.

Vester Anthonius de Iurate
Caniparius D. Patriarche

(1)

L'orig. continua. Busta. II. 24. Arch. Munic. di Cividale.

1) Era Gastaldo di Cividale nel 1370 Andrea Morsini.

1370, 28 marzo. Maniago. Nichilo di Maniago vende la sua parte del Castello di Maniago al cognato suo nob. Giovanni q. Francesco di Colloredo.

Perg. orig. Arch. Maniago – Attimis.

In Christi nomine amen. Anno nativitate eiusdem Domini MCCCLXX, ind. VIII, die XXVIII mensis martii, in Villa Maniaci in via publica, ante canipam filiorum q. Artici, presentibus discreto viro Domino presb. Martino Vicario Plebis Maniaci ac nobilibus viris Dominis Rambaldo q. D. Galvani de Maniaco, Iohanne q. D. Alzanini de Pinzano nunc habitante in Colloreto et Iacobo q. Iohannis Borgni de Tolmeccio testibus et aliis pluribus vocatis et rogatis.

Cum nobilis vir D. Nichil q. D. Galvani de Maniaco fecerat datum et venditionem in manibus nobilis viri D. Iohannis sui cognati et filii nobilis viri D. Francisci de Colloreto precio et foro librarum denariorum veronensium parvulorum tria millium de tota sua parte Castri Maniaci ut de dicta vendicione plenius continere videtur quodam publico instrumento scripto manu dicti Presb. Martini suprascriptis millesimo, indictione et die, nunc quidem prefatus D. Iohannes per se suosque heredes cum obligatione omnium suorum bonorum mobilium et immobilium presentium et futurorum et refectione dampnorum omnium et expensarum litis et extra ac interesse se obligando ipsi D. Nichilo pro se suisque heredibus stipulanti et recipienti ipsum instrumentum vendicionis predicte quandocumque per ipsum D. Nichilum vel eius specialem procuratorem ad hec constitutum vel eius heredes fuerit requisitus cancellari facere et anullari sub pena dupli valoris dictorum bonorum ut nunc plus valeret vel pro

tempore fuerit meliorata minus quinque solidis denariorum parvulorum
in singulis capitulis huius contractus, totiens petenda et exigenda quotiens
fuerit contrafactum, qua soluta vel non, presens tamen instrumen-
tum et omnia in eo contenta perpetuo sint firma et rata.
Ego Ranucius q. Pagni de S. Florentia nunc Veneciis habitans imp. auct.
Notarius omnibus interfui et rogatus scribere scripsi.

1370. 10 luglio. Udine. [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] pro [illegible] [illegible] solvendum,
[illegible] [illegible], nequid [illegible] D. Johanneto et eius here
[illegible] [illegible] facie[illegible], [illegible] [illegible] D. [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] paratam tenere
et eam calefacere [illegible] [illegible] singulam requi
[illegible] ipsius Patriarche et [illegible] [illegible] et ipsum
[illegible] [illegible] [illegible] et nichilominus
[illegible] vel [illegible] [illegible] [illegible], idem
[illegible] et [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] Quam quidem locacionem in dacionem et omnia et singula in
hoc instrumento contenta idem D. Patriarcha suo et successorum suo-
rum nomine [illegible] [illegible] Ecclesie, promisit habere
firmas atque et in [illegible] observare nec in premissis seu aliquo
premissorum contrafacere vel venire per se vel alium seu alios, aliqua ra-
cione, dolo, [illegible] [illegible] premissam locacionem seu dacionem
ac omnia suprascripta et infrascripta ab omni homine, collegio et universita-
te auctorizare et manutenere, [illegible] ac eciam disbrigare sub ypoteca
et obligacione omnium [illegible] bonorum mobilium et imobilium, presencium
et futurorum. [illegible] prefatus D. Patriarcha [illegible]
[illegible] instrumentum eius appensione sigilli [illegible] roborari.
Actum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

VI. Hump. 1898 6 (31)

1370. 3 Agosto. Castello di Caporiacco. Viene dato il possesso di detto Castello al nobile Mainardo di Villalta che l'aveva comperato dal d. Vorlico di Caporiacco,

C. 4

7

A. D. MCCCLXX. ind. VIII. die tercio mensis Augusti. In Castro de Cavoryaco, presentibus dominis Lodoyco et Johanne fratribus q. d. Federici et Nicolaus q. d. Niculussi omnibus de Cavoryaco et Florinoac, Nicolao fratribus q. d. Bernardi et Zuanono q. Candidi omnibus de Villa de Cavoryaco testibus et aliis pluribus.

Cum d. Vorlicus q. d. Galacii de Cavoryaco vendidisset d. Meynardo de Villalta partem suam Castri et burgi de Cavoryaco, videlicet partem suam sibi contingentem que fuit olim dominorum Nicolai et Jancilli fratrum de Cavoryaco filiorum d. Altrussini et in dicta vendicione per dictum d. Vorlicum nuncius datus fuit per ipsum venditorem dicto d. Meynardo ser Ulvinus de Faganea ad ponendum in tenutam et corporalem possessionem prout dicitur contineri in publico instrumento vendicionis manu mei Johannis notarii. Nunc vero in presencia dictorum testium et mei notarii infrascripti prefatum ser Ulvinum in signum vere possessionis et tenute corporalis accepit de lapidibus pedimentis Castri et dedit in manu ipsius d. Meynardi, mandans quod dictus d. Meynardus deinceps faciat de dicta parte Castri cum burgo omnimodam suam voluntatem tamquam rem suam.

Not. Giovanni di Moruzzo. Arch. notar. Udine

1370, 25 sett. Udine. Sentenza del Maresciallo Patriarcale contro due di Muggia omicidi, data secondo gli Statuti di Muggia e fatta eseguire in Udine in Mercatonuovo. — Edito da V. Joppi nell' Archeografo triestino 1877

an. 1370

65

In Nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.

Amen.

Iustitiam creavit Altissimus lotius splendore rectitudinis illuminantem genus humanum, atque unicuique, quod suum est, tribuentem, et per quem mundus regitur universus, ubi perpetue ejus sacra servatur extensio. Quocirca Nob: Vir Dnus Ludovicus de Auspurgo R.mi in Christo Patris, et Dni Dni Marquardi Dei Gratia sanctę sedis Aquilejensis dignissimi Patriarchę Marescalchus honorabilis, ipsam sacram justitiam prę occulis habendo, et ejus rectam extensionem ad ipsius ęternalis Gratię laudem, et ejus Gloriosę Genitricis, ac ad statum, et honorem prędicti Dni Nostri Patriarchę, et ejus sanctę sedis Aquilejensis prędictę, nec non ad statum, et reformationem pacificam Terrę Muglę, membri honorabilis ejusdem sanctę Ecclesię Aquilejensis, diligenter, prudenter, mature, et deliberate, auditis spontaneis confessionibus semel, et pluries cum continua perseveratione factis per infrascriptos homicidas excessores crudeles, et temerarios, ęmulo humanę naturę instigante, scilicet per Zissium Notarium q.m Atanasii de dicta Terra Muglę, qui hęc in effectu commisit. Primo una cum quibusdam aliis conspirando, perrasit carcere Regiminis Muglę, frangendo, et interficiendo Antonium dictum Zampanum in eodem inclusum, et ipsius furti consentiens, et astans, ubi dictus carcer fuit ruptus, et eundem Zampanum extra ductum semel uno vulnere percussit cum ense evaginato, ubi sine aliquo intervallo fuit occisus dictus Zampanus, et in crastinum ipse Zissius aliis associatus corpus ipsius Zampani ad furcas fecit suspendi.

Et post hęc ipse cum quibusdam aliis in totum inobediens mandatis eidem portatis, atque hostis ejusdem Terrę, et eorum contra omnem voluntatem arma per ipsam Terram ferendo, atque se obligando permisit quibusdam aliis se possent deffendere contra omnem personam contra eum, vel socios attentare volentem occasione eorum excessuum. Et per Petrum q.m Andreę de dicta Terra Muglę, qui hęc commisit, et in his deliquit; videlicet quod

et eidem Zissio ipsum Petrum requirentibus premisit

astare ad frangendum dictum carcerem, et occidendum eundem Zampanum. Ideo quod Zampanum manu propria

ense evaginato percussit; Item quod post hęc fuit opinionis, et voluntatis

cuilibet ipsum, vel alios socios, qui prędicta presumpserunt, et fecerunt gravare volenti obstare tuto posse; et prędicta pereat sic spontanee, et de plano, et sine tortura, et vinculo, ad validitatem, fortificationem, et omnem confirmationem juris, et justitię legitime probata fuerunt, prout eidem Marescalcho plene constavit, velut dictus Dnus Marescalchus ibidem in judicio expressa declaravit sibi constasse, et etiam per acta, et examinationes factas in Mugla plenissime apparet; Atque dictis confessionibus per prędictos sic audaces excessores, et homicidas constat evidenter manu mei Nicolai Notarii Filii Jacobi de Amaro. Super quibus idem Dnus Marescalchus diligenti

solemnitate servata semel, et pluries, et etiam nobiles, prudentes, discretos, et in talibus expertos consuluit sapientes, et attentos, quod hi duo peccaverunt

Finalis defensio ipsius Terrae; nec non quod dictus Zyssius ultra hoc confessus fuit, eum fuisse de principalibus haec mala committentibus, et fuisse tanquam caput gentium ad suspendendum dictum corpus, et ipsi duo, et alii duo, quod violarunt jurisdictionem Dominationis dictae Terrae. Igitur praefatus Dominus Mareschalchus sequens consilium justum, debitum, sibi datum, videlicet quod super statuta ipsius Terrae Magnae habentis, licet sit subjecta Ecclesiae Aquilejensis, modum separatum, et divisum a consuetudinibus Patriae Forijulij, in qua ipsi duo homicidae erant terrigenae, eosdem deberet judicare; et ideo sequens ipsa statuta

et non sequens aliquatenus consuetudinem Patriae Forijulij in iis locum non habentem, dictantem, et ordinantem, quod idem Dominus Mareschalchus secundum consilium astantium in judicio coram eo; subjectorum Ecclesiae Aquilejensis quemcumque malefactorem judicare deberet, et non aliter: cui quidem consuetudini Patriae Forijulij per praesentem actum expresse dixit, quod non derogabat: imo licet haec justitia formaliter super forma dictorum statutorum Terrae Magnae in Terra Utini fieret, dixit, exceptavit, et expresse declaravit, quod hujusmodi non obstantibus, firma, inviolata, et illaesa remaneat dicta laudabilis consuetudo Patriae, et sic remanere debet. Caeterum Dei nomine invocato bonitate, et justitia plena, emanavit, mandavit, pronunciavit, declaravit, et conclusive mandando diffinivit, quod dicti Zyssius, et Petrus Adde pro praedictis per eos commissis mori debeant, et quod eorum capita separentur a bustis, taliter quod moriantur, et animae eorum a corporibus separentur.

Anno Domini 1370. indictione 8va, die Mercurii 20. 7bris. Actum Utini in Tinello Patriarchalis Palatij, praesentibus sapientibus, et discretis viris Domino Joanne de Monticulis, juris utriusque perito, Vicario in temporalibus supradicti Domini Patriarchae.

quondam Domini Calvarni de ______, Hectore Notario quondam Odorici Miulitti de Utino; Nicolao Notario quondam Magistri Gregorij de Utino; Hermano Notario quondam Nicolai Aulsitti de Utino; Bergonzino Notario de Papia, Utini habitante; Antonio Notario quondam Francisci de Utino; Hermano Notario quondam Nicolussij de Reveto; Fantussio Notario quondam Jacobi de Utino; Nicolussio Notario quondam Lignello; Leonardo Notario filio Dominici Petenatti de Utino; Martino Notario quondam Tomasini Notarij de Utino; Ambrosio Notario quondam Albinatti; et Bonino Notario filio Magistri Augustini de Utino, testibus, et aliis pluribus in judicio, et multitudine copiosa lecta per me Nicolaum Notarium infrascriptum, diligenter ad plenam intelligentiam, et subsequentiam emanata, lata, et condemnatoria diffinita fuit praesens sententia, praesentibus supradictis testibus, et aliis pluribus in pleno judicio, et multitudine copiosa. In qua quidem ipsius pronunciatione praefatus Dominus Mareschalchus ibidem, et expresse oraculo vivae vocis

fecit eandem ~~exceptionem~~ exceptationem, quod ipsi laudabili consuetudini Patriæ superius declaratæ, per hanc ejus corpoream pronunciationem condemnatoriam non derogat, dicens, quod non secundum eas, sed secundum ipsius Terræ Utini statuta procedebat, et finaliter processit; cujus condemnationis Capitalis subsequenter non longo interveniente intervallo in mercato novo ipsius Terræ Utini executio facta fuit.

Ego Hermanus q.m Nicolussij de Prato de Utino imperialis authoritate Notarius prædictis omnibus interfui, et dictas exceptationes specialiter factas per ~~eo~~ eundem Dnum Me: vesselchum plene audivi, et diligenter notavi, et intellexi, et una ad infrascriptis rogatus, fideliter exscripsi, et huic publicationi fideliter manu Nicolai infrascripti me subscripsi. signum, et nomen meum apponendo consuetum.

A. D[illegible]
ma[illegible]
in [illegible]
Por[illegible]
ge[illegible]
Cora[illegible]
et [illegible]
dign[illegible]
comp[illegible]
et [illegible]
term[illegible]
here[illegible]
riam[illegible]
praefa[illegible]
Pup[illegible]
~~[illegible]~~
Lau[illegible]
terr[illegible]
tenuf[illegible]
[illegible]
[illegible]
dict[illegible]
Ann[illegible]
ult[illegible]
dict[illegible]

Fraelacco

1370. 13 Ottobre. Fraellacco. Vendita al maggior offerente di beni dell'Armanìa di Fraellacco.

66

Segue: Nota di Armannie del Friuli e voce Dretum (Quale Misura)

A. D. MCCCLXX. die XIII mensis Octobris. In Fregellaco supra platea sub quadam macha arboris. Presentibus domino ser Chuzulino q. d. Jacobi de Collorèto habitante in S. Vito, Leonardo q. Vidoni de Tricesimo, Marquardo q. Masulini de Loneraco, Pontello q. Bertulli de Adorgnano habitante in Fregellaco, Jacobo dicto Boketo de Fregellaco q. Jacobi et aliis.

Coram discreto viro Suapo Gastaldione in Tricesimo reverendissimi in Christo patris et domini domini nostri Marquardi Dei gratia sedis sancte Aquilegensis Patriarche dignissimi, in iudicio sedente in pleno placito hominum et armannorum de Fregellaco comparuit Minicus Deganus q. Rizogne de Fregellaco, proposuit dicens, quod ex suo officio et pro affectibus armannie dicti d. Patriarche vendi fecerat ad incantum tres petias terre sitas in Fregellaco, quarum una sita est in casteret de Fregellaco iuxta heredes Pizuli de Fregellaco, iuxta Leonardum Militani de Tricesimo et viam publicam ab aliis duabus partibus; alia vero petia terre sita est in loco prescripto iuxta dictum Leonardum Militani, iuxta Bolpam de Fregellaco et iuxta heredes ~~iuxta Gargitum de~~ Pupiti dicti loci; tertia vero sita est in Salinis iuxta Gargitum de Fregellaco, iuxta ~~Fregellaco~~ Leonardum de Adorgnan et iuxta heredes q. Ugoni vel alios latera, que petie terre fuerunt olim Palmasse de Fregellaco, supplicando eidem Gastaldioni quatenus relationis antedicte intelligere debeat. Ad quod respondit dictus Gastaldio ... fore paratum ad predicta intelligendum. Ubi retulit Dominicus q. ... orgnulli de Fregellaco se ad petitionem et instantiam dicti Minici Degani preter ipse dictas petias terre Palmasse antedicte et omnibus aliis sociis et armannis Armannie de Fregellaco, et ipsas incantasse supra platea de Fregellaco in loco solito ultra tres quindecim dies, et ipsas petias terre deliberasse in manibus Johannis q. Nicolai dicti Corgnuli pro quatuor situlis vini, qui plus obtulit, solvendo annuatim pro dictis tribus

cum ... prudentes viri Provisores, consilium et comune terre

petiis terre domino Patriarche, Ecclesie Aquilegensi iure armannie mediam situlam vini clari et non aliud. Ad que respondidit dictus Nicius: domine ... per sententiam definitivam si dicta venditio vigore dicte livellationis rationabiliter fuit et est facta, et si confirmare debetis nuncium meum ipsi Johanni ad intrandum in tenutam et possessionem corporalem dictarum petiarum terre; quo domino Gastaldo requirentibus sententiam, extitit per dictum Dominicum Jur[a]tum cum consilio Armannorum Armannie predicte ipsam venditionem vigore dicte vallationis ibidem facte, iuste et racionaliter facere et esse factam iuxta consuetudinem et iura Armannie predictorum Armannorum et quod dictus Gastaldio produtum ibidem Nuncium predictum confirmare debebat ad intrandum in tenutam et possessionem corporalem duarum petiarum terre. Qui Gastaldio ibidem iuxta sententiam latam et ipsius vigore Nuncium Armannie dictum Dominicum etc. et cum omni melioramento etc.

Not. Candidus q. Vanni de Tarcento.

Vol. I. MSS. Linuss. k.

MCCCLXX ~~[illegible]~~ 14 Februarii in Fregelaco. Dominicus q. Viduffi de Rapparo et Tosana eius uxor dant in dotem Subette eorum filie nubende Johanni q. Odorici de Fregellaco bona subscripta salvis solvendis dno Patriarche iuribus et affictibus Armannie, quibus affecta sunt dicta bona videlicet etc.

Data Notajo e luogo

MCCCLXX. Die 26 Februarij. In Fregellaco. Fontus et Nissius q. Zani de Subcolle de Tarcento, iure armannie dni Patriarche etc. vendono alcuni beni in Fragelacco. ib.

1370. 21 Giugno. Vendita di beni in Roana iure Armannie dni Patriarche ib.

1370. 3 Novembre. I Nobili di Savorgnano avevano beni in Nimis e Monaffatto iure armannie ib. ib.

1383. 21 Decembre. Erant affecti iuri Armannie ager in Fregellaco pro quo solvebantur Decano dni Patriarche mediam situlam vini, medium stetum avene et unum stetum frumenti. Ib. ib.

Nel 1311 eravi Armannia in Montenars; nel 1325 in Artegna (Not. Pellegrino di Gemona)

1325. 15 Giugno. Il nob. Arterico di Prampergo habebat Armannos et ius Armannie in bonis de Camugaco (sic). Do Notajo

di Artegna

1370, 3 decembre — [illegible] D. Odor. q. D. Gualtiero di Lonta [illegible] tutti i suoi feudi al nob. Collo q. [illegible] di Lavant.

67

A. D. MCCCLXX, ind. VIII, die III Decembris, presentibus: D. Nicholo q. D. Galvani de Maniago, Jacucio q. D. Johannis de Tulmetio causidico, Jacobo notario dicti loci et Hermano de Tanaud testibus et aliis.

D. Odricus q. D. Vualterii de Lonta per manum et fidem et nomine sacramenti promisit et se obligavit in manus Nobilis viri D. Colli q. D. Henrici Militis de Lavuant facere eidem recipienti pro se et suis heredibus instrumentum donacionis, cessionis [illegible] omnium feudorum suorum eidem quoquomodo spectantium contra omnes homines et personas quandocumque post proximum futurum festum nativitatis D. N. Jesu Christi ipsum requisiverit, hoc pacto et hac condicione, quod ipse D. Collo debeat et teneatur ipsa feuda toto suo posse acquirere et quidquid D. Nichil et dictus Jacobus [illegible] testes predicti inter ipsas partes supra predictis acquisitis [illegible] condemnabunt et dicent, quod dictus D. Collo [illegible] debeat et teneatur ipsi D. Odorico sicut promiserunt dicte ambe partes firmum et ratum in pena CC librarum parvulorum, dantes ibidem dicte partes dictis D. Nicholo et Jacobo verbum et parabolam dicendi supra predictis. Que omnia dicte partes per se etc. promiserunt habere firma etc. in pena predicta etc. cum obligatione omnium eorum bonorum etc.

Actum Tulmetii in domo dicti Jacucii

[illegible] del notaio Giovanni q. Alberto di Maniago Arch. Not. di Udine

1371-78... Il Procuratore de' fratelli de' Bardi accusati di unire una Compagnia a danno della Chiesa di Aquileja, non potendo essi comparire in giudizio innanzi al Vicemarescialle Patriarcale, fa appello al Papa.

Dal Vol. XXX p. 240 dell' Archivio F. G. di G. D. Guerra (Colleg. Pont.) copia da foglio volante in quaderno: Acta Curie Patriarchalis, già nell' Archivio notarile di Cividale.

Coram vobis nobili viro D. Tomado de Pinzano Aquilegensis Curie Patriarchalis Vicemarescalcho ac Judicis ut dicitur per sententiam deputato loco egregii et potentis Militis D. Federici de Randeck Curie Rev.mi in Christo Patris et D. D. Marquardi Dei gratia Sancte Sedis Aquilegensis Patriarche dignissimi honorabilis Marescalchi ex suo officio procedentis, Constitutus ego Leonardus q. Vanni de Sancto Gimignano districtus Florentie tamquam procurator et excusator ... .. nobilium Bonacorsii, Beltrami et Johannis fratrum q. nobilis viri Castroni de Bardis de Florentia, dico et propono quod dum ex parte vestra emanassent certa edicta contra et adversus prefatos Bonacorsium, Beltramum et Johannem fratres, quatenus... ..... personaliter ad faciendum excusationem de quodam delicto ..... quod salva vestra reverentia verum non est volendo construere et aggregare unam societatem sive compagnam in Patria Fori Julii causa invadendi et occupandi bona et fortilitia Aquilegensis Ecclesie et alia quamplurima enormia, prout in dictis vestris litteris .... regarum Comparem ego Leonardus dictis nominibus coram vobis ...... proponens omnia contenta in dictis litteris et causas eorum absentie ...., propo= sui ipsos fratres habere grandes et plures inimicitias capitales publicas et

notorias et tales quod hoc discrimine earum personarum personaliter venire non poterant, videlicet hominum et Comunitatis Terre Portus gruarii et nobilis et potentis Militis D. Simonis de Valvesono...

Quare appello ad SS. in Christo Patrem et D. D. Gregorium Papam XII...

1371. 11 aprile. C... dale [illegible] ... [illegible]
[illegible]
[illegible] ... Capitolo ... Citta.

Oderlico q. Pietro ... di C... dal. Arch. not. Udine. —

A. D. 1371, ind. IX, die XI mensis aprilis, in Civitate in Majori Ecclesia S. Marie dicte Civitatis ante Capellam S. Donati, presentibus DD. Presb. Nicolussio Custode dicte Ecclesie, presb. Leonardo de Antessa mansionario ipsius Ecclesie, Johanne de Castro Ultrini commorante Civitate, Odorlico q. Milli de Civitate testibus et aliis pluribus. De omni lite, controversia, causa et questione, litibus, causis, querelis et que vertitur, vertentibus seu que verti et esse possunt et sunt inter Ven. viros DD. Ottobonum de Cendu Decanum et Guidonem de Bononia Canonicum Maioris Ecl. S. Marie in Austrie tamquam procuratores yconomos et sindicos DD. Canonicorum et Capituli Ecclesie supradicte, prout de procuratorio et sindicatu ipsius Capituli quodam publico instrumento manu Nicolai notarii q. Francischi in MCCCLXX ex parte una et prudentes DD. Rodolfum q. D. Johannis de Portis ac Jacobum q. Bernardi cives dicte Civ. Austrie tamquam procuratores et sindicos Consilii et Comunis dicte Civitatis prout de procuratorio et sindicatu ... Consilii et Comunis quodam publico instrumento manu mei Odorlici notarii infrascripti scripto in MCCCLXX ind. VIII, die vero XI decembris plenius continetur parte ex altera, nomine, occasione Juris et Jurisdictionis Vaytarum, inquiravaytarum dicte Civitatis, carathicorum, factionum seu angariarum, spiratarum, fovearum stationum quorumcumque opportunorum et necessariorum dicte Terre Civitatis in quibus dictum Comune asserit et pretendit se ius et iurisdictionem habere in Villa de Premeriaco contra homines et massarios dicti Capituli Civitatensis

et nomine et occasione executionis seu pignorationibus fiende ex
predictis, que quidem iura dictum Capitulum dicit dictum Comune non
habere in villa predicta, nec non nomine et occasione omnium et sin-
gulorum predictis quomodolibet dependentium et connexorum. Dicte
igitur partes habentes in mandatis ad compromittendum, scilicet pro
parte ipsorum DD. Othoni et Guidonis sindicorum ipsius Capituli in Ven.
virum D. Paganum q. Paul. canonicum Bal. C. P. et pro parte dictorum sindi-
corum Rodulfi et Jacobi dicti Comunis sindicos in discretum virum Jaco-
bum Cerdonem q. M.i Nicolai de burgo S. Dominici Civitatis ibidem
presentes tamquam in arbitros, arbitratores, amicabiles compositores
et bonos viros concorditer compromiserunt, dantes concedentes et attribuen-
tes ipsis arbitris et arbitratoribus auctoritatem, licentiam, bayliam,
communem potestatem in predictis et circa predicta sententiandi,
pronunciandi, declarandi, arbitrandi et diffiniendi alte et basse amicabi-
liter et de iure hic et ubique, ipsis partibus presentibus aut una pro
parte sindicorum preditorum vel absentibus dum tamen citatis vel con-
vocatis ad diffinitivam sententiam audiendam, in pedibus vel sedendo,
in scriptis et verbotenus, quandocumque et qualitercumque eis arbi-
tris melius videbitur usque ad diem crastinum per totum diem, promittentes
quoque dicte partes sibi invicem scilicet una pars alteri vicissim inter
se solempnibus stipulationibus hinc inde intervenientibus predictum compro-
missum et sententiam seu laudum et arbitrium inde ferendam vel ferendum

et omnia in eis contenta firma et rata habere atque grata et non contra=
facere sed in omnibus et per omnia observare, attendere et adimplere
sub pena et in pena mille librarum parvulorum veronensium, stipu=
latione premissa pro utraque parte in singulis capitulis supradictis
totiens quotiens fuerit contrafactum, cuius pene medietas dictis arbi=
tris, alia vero medietas parti non contrafacienti et laudum ac arbitrium
observanti per partem non observantem in sigm. (?) persolvatur. Renun=
ciaverunt insuper dicte partes non appellare nec illam sententiam vel
illud arbitrium reducere vel reduci facere ad arbitrium boni viri.
Pro quibus omnibus attendendis et observandis dicti DD. Ottobonus et Guido
sindici obligaverunt omnia bona ipsius Capituli; dicti vero DD. Rodul=
fus et Iacobus obligaverunt omnia bona Comunis eorum predicti.
Ubi ante stipulationem compromissi predicti, DD. Rodulfus et Iacobus
ipsius Comunis sindici supradicti protestati fuerunt quod per huiusmodi
compromissum ab aliquo iure quod Comune eorum habet vel quomodo=
libet habere possent in villa de Premeriaco contra homines et universitatem
ipsius ville recedere non intendunt. Versaque vice dicti DD. Ottobonus
et Guido sindici Capituli predicti protestati fuerunt quod ius ipsius Capituli
quod habent in ipsa villa sit eis salvum a quo per huiusmodi compromissum
sindici (?) recedere non intendunt.
De quibus omnibus ego Odolricus notarius una cum Nicolao notario de Concordia
et ipso mecum rogati fuimus publicum conficere instrumentum. — .

1371. 28 Aprile. Cividale. Protesta di tessitori di Cividale contro il dazio del quarantesimo.

70

Anno MCCCLXXI. Ind. IX. die XXVIII mensis Aprilis, in Civ. Austria supra platea publica apud domum Comunis, presentibus providis viris Jacopo Bernardi, Rodulpho de Portis, Ulvino de Canusio, Ottobono Stationario omnibus de Civitate et aliis in multitudine hominum copiosa.

Dum datium quarantesimi Comunis Civitatis ad incantum venderetur per unum annum, Niclaus textor habitans in burgo S. Petri Civitatis pro se et aliis textoribus habitantibus in Civitate et burgis, protestatus fuit quod ipse et ipsi sui socii textores non consentiunt alicui venditioni fiende de quarantesimo Comunis Civitatis et in quantum appareret aliquod datium novum impositum fore de ipso quarantesimo et ego Notarius scripsi instrumentum etc.

Not. Gio. q. Guglielmo di Cividale — Bibl. Civ. Udine. Orig.

Anno 1369. ind. VII. die XIV mensis Octobris, in Civ. Austriae supra platea mercati sub tileo post macellum Civitatis

1341. 4 maggio Gagliano. La Vicinanza della Villa di Gagliano alla presenza del Gastaldo di Cividale, determina che nessuno possa far proclamare proibizioni di pascolo sui beni suoi. —

E dal rio q. Pietro not. di Cividale. Arch. not. Udine.

A. D. 1341, ind. IX die 4 maij in Villa de Gaglano in auditorio ante Eccl. S. Floriani ipsius Ville, presentibus Ven. viris DD. Leonardo Arrco et Pagano Canon. Civitatensibus, DD. Philippo de Portis, Jacoboq. Leonardi Ribis testibus et alijs.

Coram provido viro Nicolao q. Jacobi Subtilis de Gaglano, vicegastaldione (commendatario datum) pro sapienti viro D. Raynaldo gastaldione Civitatense in iudicio ibi sedente ad placita iuxta morem cum Decanis infrascriptis videlicet Juliano Decano ipsius Ville, Nicolao Jangije de Purnegaco, Johanne Crimani de Vatto Decano de Gaglano, Francisco Questa Decano de Carariia, Bursolino Decano de Purgesimo, Martino Decano de Firmano in plena que vicinantia ipsius Ville de Gaglano ad sonum campane ibidem ad solempnem vicinantiam hominibus ipsius Ville specialiter congregatis, ubi interfuerunt ultra duas partes hominum ipsius Ville, habita inter ipsos deliberatione matura, quam aliquis iuridas in ipsa Villa fieri facere consueverant, quod nullus deberet per eorum territoria transucare sive transire certa sub pena, quod cedebat in maxima ipsius Ville confusionem et errorem, per dictos Decanos expresso ipsius vicinantie consensu et voluntate diffinitum, sententiatum et ordinatum fuit quod omnes cride actenus in predictis facte irrite

... contra ... et ... [illegible] interponendo ... nune

cum ... presentes ... Provisores, consilium et Comune ...

esse debeant itaque vane et quod nullus de cetero, tales cridas fieri faciat vel presumat in pena XL denariorum accusatorum pro quolibet et vice qualibet medietas D. Potestatis et alia medietas Comuni ipsius Ville effectualiter applicanda. Atque Vardiani constituentur pignorent pignorandos, prout et secundum quod aliàs et antiquitus est fiere consuetum. Et predicta per Henricum preconem Comunis Civitatis fuerunt illico ibidem proclamata. —

Exemplum.
1371. di 12 maggio
Udine.
Donazione di usufrutto di beni in Butrio fatta alla nipote Simona moglie di Gio. Tom. di Sbrojavacca da Altrusino q. Gerardo di Conegliano

✠

In Christi nomine. Amē. Añō à Nativitate eiusdē Domini Millesimo Tricentesimo Septuagesimo primo, Indict.e Nona. Die Duodecima Maij. Actū Vtini sup Domo Comunis in qua celebrari solet Consiliū dictę Terrę Vtini. Presentib. Nobilib. Viris Dnis Pregonea de SbrogLavacha, Balardino. qd. Dni Gualber Perroldi de Pers, Federico qd. Dni Maynardi de Faganea Vtini habitant., et Prudentib. Martino. qd. ꝓ Iacomini de Paona, et Hermano Notario. qd. ꝓ Nicolai Russiti de Vtino Testib., et alijs plurib. ad hęc vocatis, et rogatis. Cum Dna Symonna qd. ꝓ Iohanuti olim ꝓ Gerardi de Conoglano olim habitans in Civitate Austrię cū voluntate, et assensu ꝓ Altrusini qd. antedicti ꝓ Gerardi, eius Patrui se dotaverit Nob. Iuveni ꝓ Iohañi Tomasio Filio Dni Pregonee de Sbroglavacha Testis pdicti cū omnib. et singulis Bonis, et iurib., quę fuerunt Dnę Picardussę olim Matris ipsius Dnę Symonę, cū hoc pacto inter alia: Videlicet qd supradictus ꝓ Altrusinus eius Patruus gaudere, et usufructuare debeat ad Vitā ipsius ꝓ Altrusini Bona stabilia quę fuerunt eiusdē Dnę Picardussę, quę sunt in Budrio, et eius Villa, nomine tantū, et vice ipsius Dnę Symonę, et ꝓ Ioañis Tomasij Iugaliū, secundū qd de pdictis continet. quodā Publico Instrumento scripto Manu Iohañis. qd. Guielmi de Civitate Austrię, sub Millesimo Tricentesimo Sexagesimo septimo Ind.e quinta die vero Quarta Februarij à mè Notario infrascripto viso, et lecto. Nunc verò dictus ꝓ Altrusinus corā dictis Testib. et mè Notario inscripto nolens se ulterius, neq. amplius de dicto Vsufructu dictorū Bonorū, ne de ipsis Bonis quo ad Pactū pdictū aliqualiter impedire antedicta Bona omnia, et totū Vsufructū, quę ad psens, et inposterū habere possett in Bonis pdictis vigore Pacti ~~facti~~ pdicti refutavit, et renuntiavit in Manu dicti ꝓ Iohanis Tomasij recipientis prò se, et dicta Dna Symona eius Vxore dans, atq. cedens nomine Donationis, quę dicit. inter vivos, quę nulla ingratitudinis causa, vel offensa valeat revocari, seu possit eidē ꝓ Iohañi Tomasio recipienti prò se, et dicta eius Vxore, omne Ius, et Actionē qd, et quā habet, vel habere potest in Vsufructu Bonorū pdictorū. Promitensq. dictus ~~Dnus~~ ꝓ Alberusinus psę suosq. Heredes cū obligatione omniū Bonorū suorum Mobiliū, et inmobiliū psentiū, et futurorū, et refectione omniū dāpnorū, et expensarū litis et extra, ac interesse eidē ꝓ Iohañi Tomasio recipienti, et stipulanti prò sè vice, ac nomine antedictę Dnę Symonę eius Vxoris, et prò eorū Heredib. dictas Renuntiationē, Refutationē, et Cessionē, et omnia, ac singula in hoc Instrumento contenta firma, et rata habere, tenere, et plenius observare, et nō contrafacere, dicere, vel venire psę, vel paliū, seu alios aliqua ratione, vel causa sub Pena dupli vallоris dicti Vsufructus, et prò quatenus plus valuerit, vel melioratū fuerit minus Quinq. Solidorū Denariorū Parvorū in singulis Capitulis huius Contractus stipulata, et promissa, qua soluta vel nō psens tamē Instrumentū, et omnia in eo contenta plenam, et perpetuam obtineat valoris firmitatem.

Signum Tabellionatus

Et Ego Ambrosius. qd. ꝓ Alberti de Cuchanea Vtini habitans Publicus Impiali Auctoritate Notarius pdictis omnib. et singulis interfui, et rogatus scripsi, meoq. Signo, et Nomine appositis consuetis hęc scripsi.

Supra scriptam Renuntiam sive Donationem quorundam Bonorum aliena mihi fida manu educeam et fine mihi Actis.ca in Pergamena nunc

cum ... pucultis Vini Provedores, consilium et Comune Terre

nunc existente apud Ill.mum D.num Marcum Ang. q. Ill.mi D.ni Petri Ang.
ex Dominis Sbrojauaccha &

Ego Franciscus Crimus. I.V.D.r Coll.tus Venetiarum ex Aut.te Ven.ta publ.
Notarius ad presens Habitator Terre Patriarchalis S.ti Viti
facta prius diligenti incontratione et Auscultatione cum
d.a Aut.ca quia in omnibus fideliter concordat ideo ita roga-
tus propria manu subscripsi et solito meo Notariatus signo
in fidem roboraui Die 4 Nouembris 1675 in Villa Villotte de
Sbrojauacca &

1371. Di 12 Maggio.
Inst.o di Donatione inter
uiuos fatta da S. Altrussino
q.m S. Gerardo de Coneglano
alla Nob.le D.a Simona Figlia
del q.m S. Giouanni q.m Petty
S. Gerardo sua Nezza; et al
Nob. S. Gio: Tomaso Figlio del
Nob. S. Progne de SS.ri di Sbro=
=iauacca Marito della detta D.a
Simona di tutte le sue ragi=
=oni, che il d.o S. Altrussino ha
sopra alcuni Beni Stabili
posti in Buri, et nella Villa.

Qui autenticam.te appare
Il Nob. D.o Giouanni Tomaso
de Sbrojauacca già Figlio
del Nob. D.o Progne de Sig.ri
di Sbrojauacca.

Autentica.

1371, 12 Giugno. Prata. D. Aica q. Conte Manfredo di Prata, vedova di Gueccellone Conte di Prata, prende possesso d'una terza parte del Palazzo in Prata a lei spettante per ragione dotale.

A. D. MCCCLXXI. Indictione VIIII. Die XII mensis Junii. Prate super Palacio. Presentibus Francisco Marangono de la Nugera, Comucio Marangono de Prata veteri, Andronico q. Albrigoti Marangono de Prata testibus et aliis.

Coram dictis testibus et me notario infrascripto Jacobus dictus Mulla preco Patriarchalis curie et Comunis Utinensis datus et deputatus Nuncius ex sententia per Capitaneum Utini D. Johannem de Monticulis iuris utriusque peritum Rev.^mi in Christo Patris et DD. Marquardi Dei gratia Aquilegensis Patriarche in temporalibus Vicarium generalem, ad inducendum et ponendum nobilem et sapientem Dominam Dominam Ayeham relictam q. nobilis viri D. Guecellonis Comitis de Prata et filiam nobilis viri D. Manphredi Comitis de Prata, in tenutam et corporalem possessionem nomine et occasione dotis ipsius Domine Ayche et vigore conventionis facte per ipsam D. Ayeham de dote supradicta omnium bonorum contentorum in instrumento dotali eiusdem, prout constare dicitur instrumento scripto manu Ambrosii notarii q. ser Alberti de Cucanea Utini habitantis Patriarchalis curie scribe et cancellarii in M.CCC.LXXI. ind. VIIII. die mercurii IIII. Junii, prefatam D. Ayeham petentem et requirentem ac animo et corpore exquirentem induci et poni in tenutam et corporalem possessionem tertie partis Palacii pro indiviso spectantis et pertinentis ad prefatum D. Manphredum et in dote data et constitute alias per D. Manphredum predicte D. Ayche cum omni iurisdictione, dominio, garrito Terre Prate ad ipsam spectante et pertinente, cum omnibus livellis, ~~Tettaticis~~ (sic) dominio et signoria atque bonis, mansis, terris et possessionibus ad ipsum D. Manphredum pertinentibus tam in Terra Prate quam in districtu et comitatu eiusdem, prout contineri dicitur quodam instrumento dotali scripto manu Odorici notarii q. D. Apollonii de Sacillo Prate habitantis sub M.CCC.LIII. Ind. VI. die XX Julii etc.

Et in dicta possessione Palacii antedicti prefatus Nuncius ad hanc affectionem habens dictam D. Aychan nomine dicti Palacii atque nomine iuris=dictionis, garriti, signorie, terraticorum, masnate, atque aliorum omnium bonorum et possessionum contentorum et contentarum in dicto instrumento dotali, quorum possessionem vigore dicte sententie dicta D. Aycha induci debeat et hanc possessionem et quasi tradidit predictus preco ipse D. Ayche ponendo eam in tenutam claudendo et aperiendo hostia dicti Palacii, asserens se similiter velle et intendere eam posuisse in tenutam et possessionem et quasi aliarum rerum et bonorum omnium predictorum. Que D. Aycha se inducta et posita asserit se ibidem dictam possessionem apprehendisse et quasi et eam retinere velle et de cetero animo et corpore dictam partem Palacii et omnia et singula bona, iurisdictionem, garritum, dominium et signoriam contenta et contentas in dicto instrumento dotali suo, et ex forma sententie antedicte per=petuo possidere et quasi etc.

Ego Biaquinus q. ser Jacobi de Garda Veronensis Prate habitans impe=riali auctoritate Notarius his omnibus interfui et rogatus scripsi.

Dal Vol. II Apographa Jo. Josephi Liruti:
Presso il Dr Pietro Biasutti in Udine.

1371. 28 Agosto. Cividale. Reclamo di Filippo de Portis ab. Consiglio, contro il suo Capitano del castello di Groneuberg, che aveva abbandonato quel luogo.

74

A. D. MCCCLXXI ind. IX. die XXVIII mensis Augusti, supra domo Consilii in pleno consilio presentibus providis viris dd. Jacobo Milis, Jacoboq. Bernardi, Antonio Gallo, Egidio m. Johannis, Pauloq. Francisci testibus et aliis pluribus.

Nobilis vir d. Philipus q. d. Johannis de Portis reclamavit nobilibus et sapientibus viris dd. Rainaldo Gastaldioni, Rodulpho de Portis et Johanni Torrio provisoribus Terre Civitatis contra Nicolaum dictum Buyattum tamquam suum factorem et Capitaneum in Groneum=bergo, quod ipse Buyattus furtive recessit de dicto Castro suo, consignatis sibi per eum clavibus ipsius Castri. Unde rogavit et requisivit dictos dd. Gastaldionem et provisores ut ipsum Nicolaum Buyattum cum sit in Civitate, habere debeant officiales se et de eo sibi facere iustitiam. Ad que dicti dd. Gastaldio et provisores responderunt quod libenter facere volunt quod debent si et in quantum tenentur. De quibus rogavit dictus d. Philipus me Johannem notarium ut scriberem prout scripsi publicum instru=mentum.

Notajo Giovanni q. Guglielmo di Cividale. Bibl. Civ. Udine. Orig.

F. [illegible]

1371. 8 Settembre? Cividale. Bando di uno che rifiutavasi a far tregua.

Anno domini MCCCLXXI. indix. VIIII die VIII Septembris supra pontem exteriorem burgi pontis Civitatis Austrie, presentibus dd. Nassinguerra de Fagedis, Andrea de Canussio, Johanne ammiratus de Civitate testibus et aliis.

Dum quedam Venuta filia q. Zaneti de Prestento, Venutus et Petrussius fratres requirerent treugas sibi fieri per Hermannum de Rotaciis, cum securitate secundum formam Statutorum Civitatis dumque non potuerit dictus Hermannus facere treugas cum securitate, d. Rainaldus Gastaldio Civ. Austrie iuxta formam Statutorum Civ. Austrie et iuxta deliberationem centerum bonorum virorum de Civitate, mandavit dicto Hermanno ut extra Civitatis iuram et gastaldiam Civitatis recedere deberet, non rediturus secundum formam Statut. Terre Civitatis predicte.

(Notajo Giovanni q. Guglielmo di Cividale. Bibl. Civ. Udine, Orig.)

F.

1371, 7 novembre. Portogruaro. Su proposta del Patriarca di Aquileja, il Consiglio di Portogruaro elegge 12 cittadini a riordinare gli Statuti della Terra.

76

In Christi nomine amen. Anno domini MCCCLXXI, ind. IX, die VII mensis novembris, in Portugruarii in camera tunc cubiculari infrascripti domini nostri D. Marquardi dei gratia sancte sedis Aquilegensis Patriarche dignissimi que camera est posita in domo monasterii Sumaquensis, presentibus venerabili viro Domino fratre Thoma dei gratia Abbate Sumaquensi, eloquentissimis viris dominis Johanne Gubertini et Nicolussio Zlabini de [illegible] suprascripti domini nostri excellentissimis cancellariis, nec non prudentibus viris ser Jacobo Laurentio de Venetiis, ser Jacobo Raynerii Vicedomino in dominio Venetiarum testibus habitantibus in dicto Portu, D. Andrea Lauredano et D. Petro eius filio de Venetiis et habitantibus in dicto Portu, nonnullisque aliis testibus ad hoc vocatis, congregatis et convocatis.

Ibidem in presentia Rev.^mi^ in Christo patris et domini nostri D. Marquardi dei gratia sancte sedis Aquilegensis dignissimi Patriarche nobile viro [illegible] de Leodio honorando Capitaneo dicti Portus pro dicto domino nostro, ser Guillelmo de Civitate Austrie eius Vicario et prudentibus viris ser Nicolao q. ser Michaelis [illegible] et Matheo q. Christofori Masserii Iudicibus dicte Terre pro dicto domino nostro, nec non hominibus de maiori Consilio dicte Terre ac etiam personis et hominibus populi et universitatis Terre Portusgruarii in multitudine copiosa.

Idem dominus noster advertens et cum discretione considerans ipsam Terram Portusgruarii sue iurisdictioni subiectam, esse inordinatam maxime propter antiquos ordines et statuta in maiori parte combustos tempore quo Bonacursius de Bardis cum suis sequacibus ipsam Terram fraudolenter occupavit [illegible] et ordinavit. de ipsius Comunitatis maniori voluntate et consensu Missi et deputari per prefatos dominos Capitaneum et officiales [illegible] aliquos bonos et antiquos viros dicte Terre ad faciendum et reformandum et ordinandum

cum [illegible] paciales viri Provisores, consilium et Comune Terre

ipsius terre ordinamenta, statuta, consuetudines, reformationes et iura dicte Terre. Qui quidem officiales ad condendum et ordinandum in dicta Terra ordines consuetudines seu statuta predicta, infrascriptas personas et homines de melioribus et prudentibus dicte Terre in ipsius domini nostri presentia, ipso ad hoc affirmante, ellegerunt et nominaverunt, delato eisdem electis debito sacramento ad sancta Dei evangelia tactis scripturis, quod ipsi una cum dictis dominis Capitaneo et officialibus qui pro tempore erunt, ipsam Terram Portusgruarii ordinabunt ac statuta et consuetudines presentes quam future de novo condent et facient, reformabunt, salva semper correctione et declaratione ac confirmatione dicti domini nostri, bona fide et sine fraude, remotis odio timore amore prece precio et omni dolo. Qui quidem homines ellecti et deputati sunt isti infrascripti scilicet:

ser Nicolettus de Sulfrigis, ser Albericus Squara, magister Petrus rector scholarum grammaticalium, ser Nicolettus Gualongo, Andreas q. Petri Pinelli, Franciscus q. Dominici del Conte, Nicolaus q. ser Moysis de Concordia, Jacobus q. Donati, Dominicus q. ser Pincii, ser Petrus q. Formagetti magister Otto sartor q. magistri Alberti cirroici, Jacobus q. Girardi pelliparii, omnes cives seu habitatores dicte Terre.

Dal vol. MS. Statuta Terre Portusgruarii, pag. 167 (Bibl. Floriana Udine).

1371. 15 Novembre. Cividale. Scioglimento della società per fare balestre tra Franceschino schermitore e Giovanni balestriero.

71

Anno domini MCCCLXXI. ind. IX, die XV mensis Novembris in burgo Sancti Petri Civitatis in viridario domorum habitationis infrascripti Franceschini scarmitoris, presentibus magistro Leonardo q. m.i Alexandri de Spegninbergo habitante in dicto burgo, venerabilibus viris DD. Nicolao q. Philippi, Nicolao q. Iuliani utroque de Civitate canonicis Civitatensibus testibus et aliis.

Iohannes balisterius filius magistri Petri, habitans in nominato burgo contentus fuit et confessus quod facta et summata diligenter racione inter ipsum ex una parte et Franceschinum scarmitorem habitantem in antefato burgo parte ex alia, de societate eorum insimul causa balistarum et de salario Comunis habito per ipsum Franceschinum et de expensis factis per ipsum Franceschinum dicto Iohanni per unum annum et unum mensem et de omnibus et singulis que ipsi usque ad presentem diem agere insimul habuerant quibuslibet causis et ocasionibus restat et debet solvere idem Iohannes nominato Franceschino decem marchas et XXIX denarios denariorum novorum aquilegensis monete, quam pecunie quantitatem dare et solvere promisit et stetit pro se et suis heredibus ipsi Franceschino pro se et suis heredibus stipulanti ad quamlibet ipsius Franceschini et suorum heredum voluntatem cum obligatione et conditione infrascripta. Et idem Franceschinus contentus et confessus se habuisse nomine servaminis ab ipso Iohanne vigintiunam balistas de ligno ligatas absque striviis et tres non ligatas et quindecim nolas sive cochulas balistarum, quas promisit et stetit resignare ipsi Iohanni quandocumque dederit et solverit eidem supradictas X marchas et XXIX denarios, obligans ad hec omnia bona sua etc.

Not. Giovanni q. Guglielmo di Cividale. Bibl. Civ. Udine. Orig.

F.

1372, 24 aprile. Porcia. Protesta del procuratore dell'abate di Millstat contro un attinente di Biachino conte di Prata per sequestro di due cavalle fatto a quei di S. Avocato

In Christi nomine amen. Anno domini millesimo trecentesimo septuagesimo secundo, indictione decima, die vigesimo quarto mensis Aprilis in platea Porcillis ante domum habitatam per Segnam apotecharium Porcillis, presentibus nobilibus ac egregiis viris dominis Nicolao, Lodoyco, Bresalia honorabilibus comitibus de Porcilliis et Balarino de sancto Salvatore nunc Sacilli comorante. et aliis quam pluribus testibus vocatis et rogatis.

Ibique comparuit honestus ac religiosus dominus frater Federicus de Milstat procurator constitutus a venerabili viro d. Johanne dei gracia dignissimo abate de Milstat nec non fratribus eiusdem loci prout constat in quadam litera ex parte prefati d. abatis nec non fratrum predictorum duobus sigillis sigillata que incipit: Anno nattivitatis domini nostri Jhesu Christi M ccc LXXII, ind. X. die XII mensis Aprilis et finit: indictione loco quibus supra, coram prescriptis testibus vocatis et rogatis, dicens et asserens quod cum quidam nomine Vivianus de Prata attinens egregi et potentis militis d. Biachini de Prata acceperit duas equas illis de sancto Affoato occasione fitti cuiusdam prati in quo asserebat habere ius et semper prefatum d. abatem sive eius procuratorem negando et Utini fuerint concordes

se et utrumque in solidum compromittere in duobus probis et nobilibus viris de iure et de facto super predicta questione et si non possent esse concordes quod adderetur tertius habendo predictum d. Fabricium instrumentum procuratorii sive literam sigillatam sigillo prefati d. abatis de Millistat et eiusdem loci et se presentando Porcilliis cum dicto procuratorio sive litera usque ad festum sancti Georgii de predicto millesimo die ac mense. et ad terminum predictum prefatus d. Federicus procurator ut supra comparuit et eidem Viviano nec non d. Biachino presentata fuerit quedam litera scripta per me notarium infrascriptum in qua continebatur quod deberet adesse Porcilliis asserendo quod ea que Utini promisit volebat attendere et observare cum plenissime habebat intentionem d. abatis nec non fratrum eiusdem loci de Millistat et literam suis sigillis sigillatam secundum copiam sibi datam et habita dicta litera non comparuit nec aliquis eorum procurator ad dictum terminum sed potius ipsam literam vilipenderint, idcirco prefatus d. Federicus procurator ut supra contra ipsos videlicet d. Biachinum et Vivianum et utrumque ipsorum in presentiam dictorum testium protestatus fuit de pena que contra ipsos posset incurri ac expensis factis hucusque et que possent fieri

rogans me notarium infrascriptum coram prefatis testibus quod in predictis publicum debeam conficere instrumentum.

S.N. Ego Petrus q. ser Michaelis notarii de Valle Sodici imp. auctoritate notarius hiis omnibus interfui et rogatus scripsi.

Reg. Arch. di Stato in Vienna. Repert. XXIV.

F.

1372. 1 Marzo. Fagagna. Lusso q. d. Federico di Caporiacco compra dai figli del nob. Fradone di Braggà sup. i loro beni e la quarta del girotto e delle motta di Caporiacco, da essi ereditate dal q. Vecillo di Caporiacco.

8

A. D. MCCCLXXII. ind. X. die primo Marcii, in Faganea in Contrata S. Jacobi, presentibus presbitero Paulo de Utino et nobilibus viris dominis Tomaso dicto Tuotero q. d. Rodulfi de Faganea, Morando q. d. Manfredi de Castellerio, Macoro q. d. Tuoteri et Niculao q. d. Ingaldi fratribus omnibus de Faganea, Lodoyco et Johanne fratribus q. d Federici de Cavoryaco et Bartholomeo q. d. Niculai et Fradono de Brazaco superiori et Laurencio q. Niculai de Faganea testibus et aliis pluribus.

Antonius filius dicti d. Fradoni de Brazaco superiori heres et hereditario nomine Gabrielis et Federici suorum fratrum pro precio et foro centum et triginta marcharum denariorum aquilegensium et denar. XX aquil. monete, quod totum contentus et confessus fuit se habuisse et integre accepisse a Nobili viro d. Lusso filio olim d. Federici de Cavoryaco, renuncians excepcioni sibi non dati, non habiti, non recepti et non numerati dicti precii tempore huius contractus etc. pro se suisque heredibus et vice et nomine Gabrielis et Federici predictorum et promisit de ratihabitione etc. vendidit, dedit et tradidit eidem d. Lusso pro se et suis heredibus et cui dare voluerit ementi et recipienti iure proprii in perpetuum mansos quatuor sitos in Villa de Cavoryaco et in eius pertinentiis rectos et laboratos per Matussium, per Leonardum et Petrum fratres et Niclaum eorum fratrem q. Francisci; item pratum seu prata sita in pratis de Cavoryaco, cuius hii sunt confines, ab uno latere possident illi de Trichano, Cilussium q. d. Niclussi et Vorlicum de Cavoryaco; ab altero latere possidet dictus Cilussius; a tercio latere possidet Lodoycus de Cavoryaco et a quarto latere possidet dictus Vorlicus et Johannes de Cavoryaco. Item sylvam unam que dicitur Silva de Cort, cuius hii sunt confines, ab uno latere possidet Comunia de Cavoryaco et via publica; ab alio alt. Comunia de Madrisio; ab alio latere Tonius de Madrisio et dictus emptor. Item quartam partem Giriti de Cavoryaco; item quartam partem Mote de Villa de Cavoryaco cum domibus, curiis, ortis, bagarciis, campis, palutis, silvis, comunegiis, viis, semitis, fossatis, aquis etc. et cum omnibus et singulis quod dicta bona habeat supra se etc. et generaliter omnia alia et singula bona que olim d. Vecillus de Cavoryaco habebat vel habere videbatur in Villa de Cavoryaco et in eius pertinenciis et racione fori de Faganea ad habendum, tenendum etc. et quidquid dicto d. Lusso et eius heredibus etc. placuerit faciendum

… Ecclesie et parochianam,
cum … providi viri Provisores, consilium et Comune Terre
… 29.

sine contradictione dictorum venditorum etc. constituens possidere etc., promittens dictus Antonius venditor pro se suisque heredes predictam venditionem habere firma etc. sub pena dupli minus quinque solidis veronensium parvulorum. Preterea dictus venditor promisit et stetit se facturum et curaturum, omni exceptione remota, quod Gabri et Federicus predictam venditionem eidem emptori approbabunt et ratificabunt sub pena predicta et si dicta bona plus precio antedicto valerent, illi plus precio dictus venditor eidem emptori dedisset donavit etc. Pro quibus omnibus attendendis et firmiter observandis, precibus dicti venditoris et pro ipso et omnibus suis bonis, dictus Odorlicus dictus Fradonus et Bartholomeus testes predicti et eorum heredes etc. extiterunt fideiussores defensatores, manutentores ac etiam warentatores in iure. In cuius bonorum tenutam etc. corporalem possessionem ad ponendum ipsum emptorem, prefatus d. Vorlicus testis ab ipso venditore fuit nuncius assignatus.

Not. Giovanni di Moruzzo. Arch. Notar. Udine.

1372. 14 Maggio. Sorgues (Provenza) Pp. Gregorio XI
al Patr. di Aq.a Marquardo prescrive di opporsi al transito di
milizia che andasse in soccorso di Barnabò Visconti nemico
della santa Sede. 3

Venerabili fratri Marquardo Patriarche Aquilegensi salutem etc. Cum Nos contra Barnabovem de Vicecomitibus Militem Mediolanensem hostem et persecutorem Romane Ecclesie manifestum spiritualiter et temporaliter procedere intendamus et ejus sevicie qua dictam Ecclesiam impugnare non desinit resistere, cum Dei auxilio intendimus manu forti fraternitati tue tenore presentium in virtute sancte obedientie sub excommunicationis pena districte precipiendo mandamus quatenus quascumque gentes que in auxilium dicti Barnabovis vellent accedere per terras tue Ecclesie Aquilegensis nullo modo transire permittas et ne clandestine transeant passus terrarum ejusdem Ecclesie diligenter facias custodire. Et quia dilectus filius noster Petrus tituli Sancte Marie in Transtiberim presbyter Cardinalis in nonnullis terris prefate Romane Ecclesie noster et pro ipsa Ecclesia Vicarius in temporalibus generalis aliqua tibi supra hiis scribere vel per suos nuncios insinuare debebit, volumus quod litteris et nunciis dicti Cardinalis cum supra predictis te requisierit, adhibeas plenam fidem.
Datum apud Pontemsorgie II° Idibus Maij Anno secundo.

Dal Minutario nell'Arch.o Vaticano — nel Vol 11 Mittheilungen des Instituts für Oester. Geschichts. del Mülbacher. Innsbruck 1890 pag 117 e facsimile in fotografia —

F.

1372. 13 Giugno. Udine in mercavecchio nella casa de' Valentinis. — Ser Valentino de Valentinis dà alla sposa Giovanna di Villalta per dono di dismontadura, un cavallo stimato 100 Lire.
e 14 del detto mese in Udine dono alla sposa fatto dallo sposo di 100 fiorini d'oro per morgengabio (dono del mattino).
Detto giorno e luogo. — La sposa rinunzia ad ogni diritto sull'eredità paterna e materna.

Anno domini MCCCLXXII. indictione X. die XIII mensis Junii. In Utino in mercato veteri prope domum d. Francisci infrascripti. Presentibus nobilibus viris dominis Elia q. d. Gumbertini de Utino, Francisco q. d. Valentini dicti loci, Nicolusio q. d. Federici de Villalta, Pileo q. d. Federici, Federico q. d. Bertoldi de Murucio, Odorlico de Trichano, Federico de Colloredo et Bonino de Utino et Henrico q. d. Petri et Blasio q. d. Nicolussii ambobus de Faganea testibus et aliis.
Ser Valentinus q. ser Henrici filii olim domini Valentini de Utino dedit et donavit domine Zuane sue uxori et filie olim d. Megnardi de Villalta nomine dismontaturis unum equum ibi preciatum per circumstantes centum libras veronensium parvulorum, ita quod ipsa domina Zuana de dictis centum libris parvulorum possit facere omnimodam sua voluntatem tam in vita quam in morte secundum consuetudinem terre Forojulii actenus observatam supra racionibus dominarum supra racionibus (de) dismontaturis.

Notajo Giovanni di Moruzzo. Arch. notar. di Udine.

Item die XIV mensis Junii. In Utino in camera Valentini, presentibus nobilibus viris dominis Nicolusio q. d. Federici de Villalta, Pileo de Murucio, Federico dicti loci, Rizardo q. d. Henrici de Strassoldo, d. Lodoyco de Cavoryaco, Odorlico q. d. Pantaleonis de Tricano, Francisco q. d. Valentini de Utino et Henrico Paona de Utino testibus et aliis pluribus.
Ser Valentinus q. Henrici de Utino dedit et donavit domine Zuane sue uxori et filie olim d. Megnardi de Villalta centum florenos auri boni nomine morgingabii, ita quod ipsa domina Zuana possit facere omnimodam sua voluntatem tam in vita quam in morte secundum usum terre Forijulii actenus observatum supra iuribus (de) morgingabiis, promittens dictus ~~promittens dictus Valentinus per se suosque~~ Valentinus per se suosque heredes cum obligatione omnium suorum bonorum et dampnorum omnium et expensarum dicte domine Zuane pro se suisque heredibus et cui dare voluerint stipulanti, ius suum in omni eventu dare dicti morgengabii (et) solvere sub pena dupli etc.

Detto Notajo e luogo

cum ... parentes viri Provisores, consilium et Commune Terre

F.

Item dicto die, loco et testibus. Domina Zuana filia olim d. Meynardi de Villalta, uxor ser Valentini q. ser Henrici de Utino, de voluntate et consensu dicti ser Valentini sui mariti ibi presentis, volentis et consencientis, per se suosque heredes fecit finem et remissionem de omnibus bonis mobilibus et immobilibus iuribus legatis ocasionibus quibuscumque Lugrio filio olim dicti d. Meynardi de Villalta stipulanti et recipienti pro se et fratribus suis et eorum heredibus de omni iure paterne et materne hereditatis excepto iure dotium suarum sibi sit reservato et salvo iure successionis hereditatis, renuncians exceptioni sibi non facte non vocate etc ~~de omnibus~~ [sed ei soluta] de omnibus bonis hereditatis paterne et materne tempore huius contractus et omni legum et iuris auxilio tam canonico quam civili omnique alio suo iure etc. per se suosque heredes cum obligatione omnium suorum bonorum etc et corporaliter iurando ad sancta dei evangelia tactis scripturis predicta finem remissionem dicto Lugrio etc. habere firmam, ratam et gratam et non contra facere et pactum de ulterius non petendo nec aliquam questionem ~~[illegible]~~ facere ocasione hereditatis predicte sub pena dupli de quo questio moveretur minus quinque solidis veronensium parvulorum, dando michi auctoritatem cum omni melioramento sapientum etc.

Detto Notajo e luogo.

1372. 28 giugno. Avignone. Pp. Gregorio XI comunica al Legato il tenore di lettera diretta all'Impre Carlo IV per la pace fra i Duchi d'Austria e Cansignore della Scala con Franco di Carrara e Marquardo Patca di Aquileja, e che i Veneziani non si colleghino con li Austriaci e col Scaligero.

5

Dilecto filio Helio de Vodronio cantori ecclesie Xantonensis clerico camere nostre apostolice sedis nuntio salutem etc.

Scribimus carissimo in Christo filio nostro Carolo Romanorum imperatore, ut apud dilectos filios nobiles viros Albertum et Lupoldum duces Austrie ac Canemsegnorium de Lascala efficiat, quod se non colligent cum Venetis; quia hoc non solum in dilecti filii nobilis viri Francisci de Carraria militis in civitate Paduana imperialis vicarii cum Romana ecclesia colligati, sed etiam in ipsius ecclesie et ecclesie Aquilegiensis magnum impedimentum et etiam detrimentum indubie redundaret; quodque exhortetur dictos duces, ut treguam quam habent cum venerabili fratre nostro Marquardo patriarcha Aquilegensi prorogent ad longum tempus, ut interim pax inter eos comode tractari valeat et firmari. Quare discretioni tue mandamus, quatenus hec apud dictum imperatorem per te vel alium solicitare procures ac ei mittas litteras quas destinemus tibi presentibus alligatas.

Datum Avinione IV Id. Julii anno secundo.

(Da minute nel Archo Vaticano Cod 244. C. n° 49)

Nell'opera periodica: Mittheilungen des Instituts für Oesterreichische Geschichtsforschung di Sickel, Ritter redigirt von E. Mühlbacher IX Band. 4 Heft. Innsbruck 1888.

Arignano 10 9bre 1885. [illegible]

cum ... parentis viri Provisores, consilium et Comune Terre

229.

F.

1372. 28 Giugno. Fagagna. Sentenza de' Giurati di Fagagna col consiglio de' buoni uomini della Gastaldia, d'assoluzione d'uno incolpato di furto sulla strada.

6

A. D. MCCCLXXII. ind. X. Die XXVIII mensis Iunii. In domo Comunis Faganee, presentibus Maynardo q. d. Antonii de Modeglano et Leonardo q. d. Manfredi de Castelerio ambobus Faganee habitantibus, Celotto q. d. Johannis, Philippo et Ulrio[1] fratribus q. d. Antonii et Paulo preco ormi= bus de Faganea testibus et aliis pluribus.

Coram Mauro q. d. Turci de Faganea sedente in iudicio una cum Sabadino et Tonduto iuratis de Faganea sedente pro tribunali comparuit Ulivus de Faganea q. Leonardi dicens coram pro= vido viro Mauro q. d. Turci de Faganea vice marescalchi ~~marescalchi~~ Curie d. Patriarche, Marquardi et Gastal= dione de Faganea, ex suo officio procedente una cum Sabadino et Francisco dicto Tonduto iuratis de Faganea pro tribunali sedente. Constitutus in iudicio Ulivus q. Leonardi de Faganea in Sabbliniis habitans ut existens in forcia dicti d. Gastaldionis, proposuit dicens, quod nonnullo= rum sinistra informacione procedente fuerit difamatus contra Deum et iustitiam, quod ipse utebatur rebus alienis et tolettis furtivo modo, ex qua informacione sciens se insontem et voluit intrare sponte in forcia ipsius d. Marescalci et Gastaldionis, ut ma= xime quia tamquam vice predicta informacione fuerat accusatus, unde cum instancia non modica supplicavit eidem d. Gastaldioni ut dignaretur cum ordine iuris et suadente iustitia contra eum procedere. Et ulterius allegando dixit se esse hominem bone indo= lis et fame et quod in humanis aliquem modo predicto non dampnificavit furtivo nec aliqua toletta mali modo, sed possibilis erat quod guerrarum tempore contra inimicos Ecclesie Aquilegensis tamquam eius subditus aliquos dampnificaverit ut est moris guer= rarum; quod de fama eius ac vita est publica vox et fama tamquam legales personarum contrata et quoque a prefatis rato, diffamatione et accusatione, si qua erat, petebat absolvi et potissime quia ~~nullus~~ nulla spec ~~persona~~ persona aliqua instabat querela facta eidem nomi= ter supra predictis per dictum Gastaldionem matura et diligenti inquisitione. Supra quibus iam dictus d. Gastaldio respondens allegavit quod ~~dictus~~ dicta dampnificatione et informacione aliqua instante (sic) ad ipsum pervenit, ut tenetur volens plenarie iustitiam exhibere,

1) Questi veramente sono de' Modeano, abitanti in Fagagna.

... obnuvacionis solummodo includimus scinsa ipsius ... ecclesie et facturam, cum ... viri Provisores, consilium et Comune Terre

29.

eundem Ulivum trina voce citari fecerat et in termino eum comparentem captivavit (22) et diligentissime una cum dictis Juratis suis contra eum Ulivum sollicitam fecit inquisitionem de una toletta quondam cramarie teotonice que fuit sibi ablata et aliis suis, tam de vita eius quam de fama, de quo tamen non invenit aliquam inquisitionem de aliquo furtivo modo et de toletta predicta non accepisse. Quibus quidem sic peractis instabat ipse Ulivus et sentencialiter et cum iuris ordine procedere contra eum et ad solucionem liberam predictarum difamacionum et accusacionum querere? ..... debent. Quo d. Gastaldione a prefatis iuratis petente quid inde iuris esset, per quos habito consilio, mature deliberato bonorum hominum de Faganea et aliarum Villarum circumstantium et subditorum dicte Gastaldie de Faganea semel et pluries et predictorum bonorum virorum informacione reddita et fama, per sentenciam absolverunt quod dictus Ulivus perpetualiter esse debet liber et absolutus.

Not. Giovanni di Moruzzo. Arch. notar. Udine?

1372, 2 dicembre. Capodistria. Sorpresa di [illegible]
fatta da Rafaello e uccisione de' Giudici ed altri citta[dini]
raccontata dai fuorusciti (1).

Dall'originale nell'Arch. Dipl. di Trieste, dono del D.r V. Joppi.

Reverendissime Pater et Domine

Dolorosissima nova cordibus exradicatis nunciamus, quod Raphael vetus confinatus cum tractatu illorum quos ad gratiam vestram reformastis et multis aliis forensibus hodie hora medie tertie cum barchis Terram Muglę per portum manu armata invasit. In cuius invasione statim interfecerunt inter alios Ser Nicolaum Ser Aldricii, Ser Thomam Nicolai Judices Terre, Ser Johannem Bruneti, Paulum Ser Andree, alios [...]minatim usque huc scire non valemus. Terram

[illegible] cialis observationis solummodo includitur sclusa ipsius ragis in ratio[...]
[illegible] ecclesię et facturam,
cum [illegible] providi viri Provisores, consilium et Comune Terrę

8

in se tenuerunt, quid de Domino Potestate modo sit, penitus ignoramus. Nos vero pro meliore reducti sumus prout melius potuimus in Justinopolim et hic sumus mandatis vestris in omnibus observaturi, de quo dignetur vestra paternitas providere prout tanto casu esse pro honore vestro providendum.

Ad proprium famulatum

Datum Justinopoli die II mensis decembris

Vestri Sador Notarius

Georgius Ser Zeni

Raimundus Laurentii

Petrus Ser Andree.

(1) Erroneamente questa lettera fu attribuita all'anno 1374 nel Cod. dipl. Triestino.

La copia [illegible] nell'Archeografo Triestino 1877 Vol. 5.

V.

1372, 3 dicembre. Udine. Il Maresciallo Patriarcale chiama alcuni di Cividale in Udine ~~per~~ per consiglio per il caso di Muggia.

Orig. nella Coll. Joppi

Nobilibus viris Gastaldioni, Provisoribus et Consilio Terre Civ. Austrie

Amici carissimi. Nova gravissima que ista hora de Terra Mugle recepimus, mittimus per copiam littere Domino nostro misse presentibus interclusa. Unde omnino pro honore et statu Domini nostri et Ecclesie Aquilegensis duos vel tres ex vobis causa deliberandi supra predictis ~~mittere~~ datos ~~velitis ut~~ ~~[illegible]~~ quos sit Rodulfus de Portis indilate et omni occasione postposita mittere velitis ut una cum Nobilibus illis de Utino et aliis plena deliberatio in premissis fieri possit. Domino nostro statim misimus dictam litteram originalem, et ideo credimus quod erit indilate in Utino.

Data Utini die III decembris, hora medie tertie.

Fridericus de Randek Mareschallus
et Georgius Decanus Aquilegensis.

Dono del D. Vinc. Joppi nell'Archeografo Triestino 1891 vol. 5.

... eius observacionis solummodo includitur semsa ipsius ... ecclesie et factura ...
cu... pariter ... Provisores, consilium et Comune ...

9

1372, 5 dec. [Camerarius Comunis Utini] dedit prudenti viro D. Ellie [de Gubertinis] legum doctori pro parte Comunis Muglensium directo in ambassatorem pro casu ipsius Terre occurso, videlicet quod Rafael multa enormia comittens in eandem Terram, ipsam ad manus suas posuit, pro naulo unius equi denarios 52 et pro expensis cum quatuor equis et personis totidem pro quinque diebus quibus stetit in dicta legatione, marchas denar. 4, den. 52.

Item die 8 dec. expendidit quos dedit de mandato ut supra providis viris ser Missio de Remanzacho et ser Nicolao d. Gabrielis in ambasiatores destinatis pro parte Comunitatis ad Rev.mum Dominum nostrum Patriarcham Marquardum ad consulendum sibi de consilio et favore prout idem Dominus requisivit ipsi Comunitati pro casu orribili et periculo dicte Terre Mugle, qui duobus diebus eundo Montemfalconem et redeundo ubi dictus Dominus noster erat, pro naulo quinque equorum in ratione 40 denar. pro quolibet et pro expensis, march. den. 3, den. 66.

Item die 14 dec. expendidit ex deliberatione solempni habita et dedit Nob. Federico de Savorgnano nato Egregii D. Francisci militis de Savorgnano misso cum tribus lanceis et quatuor balistreriis armigeris equestribus ad sociandum et assistendum viriliter Domino nostro pro recuperacione Terre Mugle in ratione 20 den. pro qualibet lancea et den. 12 pro quolibet balistrerio die singula pro paga unius mensis integri march. den. 28, den. 40.

... eciam obturacionis solummodo includimus sensa ipsius rugis ... fatu...
... ecclesie et factionem
cum ... paratis Vri Provedores, consilium et Comune ... dea

Item die eadem expendidit quos dedit sapienti viro D. Ellie de Gemfortinis legum doctori misso pro parte Com. Utini ad D. Patriarcham qui erat in Montefalchono et pro tractanda concordia et reconciliatione Muglensium cum ipso Domino nostro et ad eundem pro certis tractandis usque ad Terram Mugle et ad omnia operandum circha predicta que posset pro statu ipsius domini nostri et predictorum Muglensium march. den. 4, den. 20

Item eadem die dedit Galliotto de Andreottis qui ivit in servicio Comunis Brazachum, Faganeam et ibi prope ad recuperandum pedites mittendos Muglam, pro naulo equi den. 20.

1372 Die 17 Dec. dedit pro stipendariis pedestribus missis ad Dominum nostrum Patriarcham in eius subsidium et honorem ad standum sibi circha recuperationem dicte sue Terre Mugle, pro solutione et paga unius mensis integri incipiendo a die presenti, in racione duarum marcharum soldorum pro quolibet et eorum Contestabili pro se et suo regacio et fistulatori cum paga dupla in ratione marcharum sex, marche soldorum 71 ad marchas denar. 60, fertones tres et frixacenses 17 et parvulos 2. — Fuerunt Galiussius de Andreottis et Michael eius ragazius et Joannes fistulator de Cersesto (1).

(1) Qui seguono i nomi di 32 fanti, quasi tutti gente popolare di Udine.

1373, die 5 ianuarii dedit Impredicto L. Ellie quam ultimo ivit pro predictis ad D. Patriarcham et Muglam quum tunc facta fuit conclusio dicte reconciliationis de Muglensibus et ipsum Dominum nostrum, que celebrata fuit in Civitate Austria, march. den. 4 pro expensis.

Die 17 febr. dedit Nicolao q. Driussii sartori qui fecit quoddam vexillum quod datum fuit Galiotto conestabili qui tempore revelacionis Mugle pro parte Comunis una cum pluribus aliis peditibus et ipsius Comunis servicio ivit, den. 39.

Quaderni de' Camerari del Com.

...uiat obmracionis solumodo includitur sensa ipsius mugis [illegible] tatib...
... ecclesie et factura
cu... parentes viri Provisores, consilium et Comun... ptae

40

Buja. I

[illegible] ... DCCLXXII ... XVII [illegible]

[illegible] folio [illegible]

[illegible] Bussij [illegible]

[illegible] creaturam [illegible]

... obturacionis solummodo includitur scilicet ipsius ... ecclesie et factum ...
cum ... spectabiles viri Provisores, consilium et Comune ...

[illegible] Buia [illegible] generat [illegible] filia fierat [illegible]
[illegible] cum dicto infamato. Item [illegible] petito [illegible] tam
crimile [illegible] commiserat et [illegible], que dixit [illegible]
tum commisisse [illegible] maritum suum pro eo [illegible]
[illegible] te [illegible]. Item petito [illegible] predicta
[illegible] quando ipsa dictam [illegible]
[illegible], que respondit quod [illegible]
[illegible] persona dixit de facto illo et petito [illegible]
[illegible]
que dixit quod non nec [illegible] commiserat.

[illegible] in castro Buie in camera [illegible].

Sententia

[illegible] indictione [illegible] XXII [illegible]
[illegible] Bagino della
Blancha, [illegible] Matthiu
q. [illegible] Domicio [illegible] Spilato, [illegible] de [illegible]
[illegible] de Buia [illegible]
et [illegible].

[illegible] Gamorelli [illegible] Buie [illegible]
[illegible] Buie [illegible]
[illegible], Petrussa q. Leonardi de [illegible] de Buia [illegible] in
potestate dicti D. [illegible] ducta ad iudicium [illegible]

[illegible] ffle et dictus refforcata [illegible] eam [illegible] [illegible] [illegible] [illegible],
[illegible] D. [illegible]ttaldio petiit per sententiam, dictis [illegible] [illegible] loco sui
[illegible] deputare et alium [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible]
[illegible] quod sic
[illegible] sic, ipse [illegible] Nicolaus [illegible] [illegible] adduxit Christophorum
[illegible] [illegible] de Burca et [illegible] [illegible] [illegible] Petruste, eidem
[illegible] [illegible] [illegible] fuit [illegible] [illegible] Officii de Petruste
[illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible]
[illegible] creaturam femininam filiam dicte Petruse [illegible] [illegible]
[illegible] vivam et [illegible] ipsa [illegible] [illegible] domo [illegible] [illegible],

[illegible] quod enorme delictum ipsa Petruste [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible]. [illegible] dicta Petru[illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible], [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] dictam creaturam [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] ipse [illegible], [illegible] [illegible]
[illegible] atque confessa [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] filiam [illegible] in domo sua [illegible] [illegible] confessionem
[illegible] publice [illegible] dicte Petruste [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] xvii [illegible]
[illegible] [illegible] Christophorus [illegible] [illegible] petuit dicta [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

eum obmuacionis solummodo includitur scilicet [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible]

[illegible]ione, [illegible] cius confessionem [illegible]

eius [illegible], [illegible] sententiam [illegible]

[illegible] in [illegible] sententia [illegible]

Deum [illegible] commendata, [illegible] patiatur [illegible]

forma, [illegible] delicti, [illegible] justitie, in [illegible]

[illegible] taliter quod ipsa moriatur occasione

dicti delicti [illegible] commissi, [illegible] per eam

[illegible] impositum [illegible]

in exemplum?

Actum in Bria in [illegible] S. Stephani

[illegible] de Bria in [illegible] justitie; [illegible] Domingo de

[illegible]

[illegible] de Bria,

[illegible] dicti loci testibus [illegible].

[illegible] Ghatelldo [illegible] dictam latam sententiam [illegible]

contra dictam Petr[illegible] —

([illegible] Alex[illegible] de [illegible], de Bria congreg[illegible]
[illegible] Orum [illegible] 17.5. ([illegible] al fol. 29 [illegible] collec[illegible]
[illegible])

X. VI.

1373 1. gennajo. Aquileja. Lettera sui modi di procurare la pacificazione di Muggia col Patriarca a mezzo degli ambasciatori del Comune di Cividale.

Arch. Mun. di Civ. coll. Guerra. Vol. 43

Nobilibus et prudentibus viris D.... de Portis et Altrapino de Civitate

Honorabiles amici carissimi. Responsionem ultimo factam Domino nostro sive eius Marschallo per Raphaelem et alios eius socios ex hominibus et comune Terre Mugle, ex ipsorum litterarum predictorum copia quam Dominus noster suis litteris vobis mittit introclusam, scriptis videbitis contineri. Et licet nimis videamus illudere Domino nostro et vobis ac Comunitati vestre, cuius ambaxiatores fuistis et sub cuius nomine predicta tractastis tam provide quam discrete, nihilominus non obstantibus predictis nobis videtur quod pro Ecl. Aquilegensis Domini nostri et totius Patrie Forijulii bono statu, quod istud factum primordiatum per vos sub nomine Comunitatis vestre pro concordia habenda et reformatione bona dicte Terre continuationem adhuc habeat et quod ad predicta consumanda adhuc de consilio Comunitatis vestre et sub nomine ejusdem debeatis personaliter laborare veniendo ad Dominum nostrum et deinde de consilio suo eunde Muglam ad perscrutandam et sciendam ultimam voluntatem et dispositionem eorum et eos adhuc melius inducendum ad bonum....... videantur velle recedere a voluntate nostra et aliorum qui predicta tractaverint, quia melius est predicta remedia . . . . cum Dei auxilio!!........quam factis et expensis, vobiscumque portabitis etiam litteras affidationis Domini nostri et Comunis Civitatis Utini et Glemone ac dictorum Comitis et de Duyno, licet iste due ultime non sint adhuc recepte sed hodie expectatur nuncius cum eisdem petitas per eos, que ut scitis in bona forma

12

facta sunt. Quibus per vos visis et rationibus per vos et consocios vestros diligenter factis, auditis, forte melius inducentur, quam adhuc sint inducti et vanus timor, de quo cordibus extolletur, vel saltem eorum frivola excusatio cessabit. Rogamus vos attente quatenus cum devoto bono fine, qui potest sequi, vos a predictis personaliter tractandis et cum Dei auxilio consumandis nullatenus excusetis, quia ista melius et utilius ac expedientius personaliter quam per litteras tractabuntur et finem recipient peroptatum. Et predicta scribimus, dicimus et consulimus bona fide. Notificamus tamen Vobis, quod Raphael cum quinque de sibi adherentibus, die lune proxime preterito fuit in Tergesto et idem Raphael in secreto sermone et multo secreto fuit cum Potestate et Capitaneo Tergesti, qui eum recipere visi sunt satis grate et eadem die ab eisdem recessit et Muglam reversus est cum sociis antedictis. Ad quelibet vobis grata parati. In forma simili scribimus D. Helie de Utino et . . . . . . atino de Glemona.

Data Aquilegie die I Januarii, 1343. —

Pubb. dal D.r V. Joppi nell'Archeografo Triestino 1877 Vol. 5

1373. 17 maggio. Zoppola.

Contratto per la manutenzione di due ponti nella villa di Zoppola.

Giacomuccio fu Portulano notaio di Valvasone, Arch. not. Udine.

Anno Domini MCCCLXXIII, ind. XI die XVII mensis maij, in alditorio Plebis S. Martini de Zopola, presentibus Petro q. Bertolotti de Castegnone habitante in burgo Zopole, Maistro Pachino barberio q. Tonsii de Curianaonis, Mathia q. Antonii de villa Omanis, Franciscutto naturali q. D. Asquini de Zopola, Bertolumeo q. Durigucii de Urcinici superioris testibus.

D. Henricus q. D. Marusii de Zopola et Nicolusius q. Jacobi Longi de Castegnone convenerunt et fecerunt pactum ad invicem scilicet quod Nicolusius supradictus obligavit se tenere folcitum pontem de burgo Zopole de stelis bonis in aqua et supra aquam de assidibus et pontem de grapo et bregam et sbaram de utroque latere et pontem parvum de molendino quod possit quilibet homo bene secure ire cum persona sua de festivitate Sancti Georii proximi preteriti ad VII annos proximos futuros et ristellum dicti pontis burgi et predictus D. Henricus promisit dare sibi pro suo labore predicto Nicolosio libras parvorum quatuor et quartas tres frumenti scilicet libram in quolibet festo S. Georii et frumentum in quolibet festo S. Jacobi mensis iulii hinc ad terminum suprascriptum: et dictus Nicolusius teneatur dimittere dictos pontes melioratos in capite dicti termini de quinque soldis veronensium parvorum, promittentes hinc inde habere firmum et ratum sub pena XXV librarum parvorum cum obligacione omnium suorum bonorum mobilium et immobilium presentium et futurorum, qua pena soluta vel non omnia et singula firma perdurent. Et si aliqua ropa (1) esset in pontibus supradictis, quod teneatur actare ropam et teneatur ipse D. Henricus notificare sibi de ropa supradicta et teneatur actare infra tertiam diem postquam sibi denunciaverit et si non actaverit post dictum terminum, teneatur emendare dampnum quod evenerit propter ropam in ponte existentem.

(1) Voce barbara che vale *rottura*.

Fotog. dal Doc.to presso il conte Zoppola-Valvasoni Udine - Seitz - (1876)

BIBL. C. U.

III

1373, 17 maggio. Zoppola. Contratto per la manutenzione di due ponti nella villa di Zoppola.

Edito Nozze Zoppola 1876.

Giacomuccio fu Portulano notajo di Valvasone, — Arch. not. Udine.

Anno Domini MCCCLXXIII, ind. XI, die XVII mensis maij, in auditorio Plebis S. Martini de Zopola, presentibus Petro q. Bertolotti de Castegnone habitante in burgo Zopole, Maistro Pachino barberio q. Tonsii de Curianaciis, Mathia q. Antonii de villa Omanis, Franciscutto naturali q. D. Asquini de Zopola, Bertolomeo q. Duriguccii de Ucrainici superioris testibus.

D. Henricus q. D. Marusii de Zopola et Nicolusius q. Iacobi Longi de Castegnone convenerunt et fecerunt pactum ad invicem, scilicet quod Nicolusius supradictus obligavit se tenere solitum pontem de burgo Zopole de stelis bonis in aqua et supra aquam de assidibus et pontem de grapo et breyam et sbaram de utroque latere et pontem parvum de molendino quod possit quilibet homo bene secure ire cum persona sua de festivitate Sancti Georii proximi preterite ad VII annos proximos futuros et ristellum dicti pontis burgi et predictus D. Henricus promisit dare, tibi pro suo labore predicto Nicolusio libras parvorum quinque et quartas tres frumenti, scilicet libram in quolibet festo S. Georii et frumentum in quolibet festo S. Jacobi mensis iulii hinc ad terminum supra scriptum: et dictus Nicolusius teneatur dimittere dictos pontes melioratos

in capite dicti termini de quinque solidis veronensium parvorum, promittentes hinc inde habere firmum et ratum sub pena XXV librarum parvorum cum obligatione omnium suorum bonorum mobilium et immobilium presentium et futurorum, qua pena soluta vel non omnia et singula firma perdurant. Et si aliqua ~~ropa~~ ropa (1) esset in pontibus supradictis, quod teneatur actare ropam et teneatur ipse D. Henricus notificare sibi de ropa supradicta et tenetur actare infra ~~tres~~ tertiam diem postquam sibi denunciaverit et si non actaverit post dictum terminum, teneatur emendare dampnum quod evenerit propter ropam in ponte existentem.

(1) voce barbara che vale <u>rottura</u>.

1373, 10 Giugno. Udine. Giudizio fatto dal Consiglio dell'Udine in questione tra alcuni per le Roje,

164

In Christi nomine Amen. Anno a nativitate eiusdem 1373 · indictione xi
die x. mensis Iunij: Actum Utini in cancellaria super domo communis
in qua consilium dicte Terre solet celebrari convocato et congregato
more solito et ad sonum campane ipsius terre ut moris est. In quo
interfuerunt nob. prudentes et discreti viri coram prudente viro domino
Zannino de pratta pro Rev.mo in Christo patre et domino nostro domino Marquardo
dei gratia sancte sedis aquilegiensis ~~dig.~~ patriarcha, dig.mo hon.
capitaneo Terre Utini domini francischini milites [?] ... q. nob. domini mi-
litis domini federici de savorgnano. Sillonus q. nob. viri domini Bielli
de eodem loco, azulinus miles de gubertinis de Utino iuris doctor,
Elias [?] eius frater, Andreotus de ombrietis de Utino, Missius de
remanzacho, nicolaus q. domini gabrielis, petrus de bellonis, ~~[illegible]~~
Bintinus de arthenia, Bethalmus filius dicti domini
Andreoti, nicolaus not. manini, Simibaldus de Bardis
venutus cathaldini, Henricus de pavona, franciscus de fagonia
Nicolaus morandi. Iohannes Lafranchini, ~~[illegible]~~ q. L.
nicolai russiti, nicolusius not. Thomasini, franciscus Ro-
mij, et paganus francisini camerarius dicti communis omnes de ipsa Terra
Utini et alij complures ultra duas partes de consiliarijs predicti con-
silij facientes et representantes totam universitatem ipsius Terre Utini
ibidem constituti pro expediendis que ad regimen ipsius terre tunc
concurrebant, coram quorum presentia deducta fuit quedam contentio
que erat inter leonardum povericum [?] de Utino ex una, et Bethalmum
Stopper [?] Theuscum ex alia ambos de burgo superiori Terre Utini,
conquerebatur enim dictus leonardus quod per ipsum capitaneum [?] [illegible]
compellendo eum ad remotionem obturationis facte per ipsum leonardum
debite post sue habitacionis domos sitas in dicto Burgo super
sclusa rugie superioris, que labitur post caldos [?] cum quibusdam
assidibus excludendo quod iter super suo Terreno esse non debeat
immo ad suum usum proprium reputari et per ipsum haberi debet, maior
eius obturacionis solummodo includitur sclusa ipsius rugie ~~[illegible]~~ [illegible]
quantum durant dicte sue domus. Alligans pro se · quod licet ipsa [?]
ipsius scluse sit sua, tamen usus ad proiciendum super eam Terrenum

[margin:] Iacomus de burgo superiori

qui mundat roiam ipsius rugie, pertinet ad molendinum de othoboni positum sup
dicta rugia proximum inferius prope dictas suas domos, et quod de hac cognicione
quia spectat et pertinet ad sclusam eandem, idem dominus capitaneus Salu
sui [?] iudex non est suus in hac parte, immo nob. de Sauorgnano
iurisdictionem habentes ab antiquo a tanto tempore citra, quod in contrarium non
est memoria in contrarium super rugiis labentibus per terram utrique
a Sauorgnano infra et infra dicta et super molendinis et sclusis
eorum et quibuscumque aliis ad eandem materiam spectantibus et pertinentibus
qui quidem domini Franciscus et Sellonus pro se et aliis omnibus de
domo eorum consortibus de Sauorgnano fortificantes et roborantes
dictum et allegacionem dicti Leonardi exposuerunt et allegaverunt quod
in predictis et circa predicta iudicium habent molendinariorum per se
et cognicionem omnium et singulorum vertentium inter quascumque personas
occasione aque rugiarum, molendinorum, sclusarum a novem partibus
hinc et inde a qualibet ipsarum suarum rugiarum parte, et generaliter
omnium et singulorum pertinentium, occurrentium, et spectantium quoquomodo
et inter quascumque personas, excepto quod a casu si aliqua rixa occur-
reret inter aliquas personas non occasione aque, vel alicuius
ipsius aque ministerii, de tali delicto credunt quod dominus Capitaneus esset
iudex, sed non si aliqua rixa occurreret occasione aque, vel
alicuius ipsius ministerii, et quod quicumque molendinarii vadunt
ad ponendum aquam, si rivulus est deruptus eundo stando et re
undo, ubicumque esset rixa vel rumor inter dictos molendinarios
quod in tali casu ipsi nob. de Sauorgnano sunt iudices, et si rumor
vel rixa inter predictos fieret alibi quam in roialibus vel prope ea
de quibus cognicionibus fuerunt eorum predecessores et sunt in generali
iudicio iurisdictionem in pacifica tenuta et possessione, predicti
publice et quasi continue exercendo, tenendo, faciendo iudi
exigendo penas et guadias pro quibuscumque guadiis eis debendas et
alia operando et habendo tamquam veri iudices et proprietarii iuris
dictionis huiusmodi a tanto tempore citra quod non est memoria viventi
ut supra in contrarium, unde ad probandum de cognicione sclusarum, [?]
infra habita ut supra a novem partibus hinc et inde ut dictum est
et qua cognicione sclusarum et non de aliis solummodo spectantibus

ad dicta rez Iurisdictione et ad pns aequalis dubietas qa alia
narrata sup clara sunt et manifesta, paraverut ibidem supdictos
p missiu et Joanu de burgo, p ottobonu de Bellonis, Joanniu
fressoris, morandu molendinariu q. Zanini, paulu q. Joanis
de ribis, Tristanu Mathiaga q. sabadini, Isach q. Joanis molen
dinarij pdictos quinqz molendinarios sup dictis rugijs, cu
quor depositionibus diligenter auditis, et factis eis q plusicuqz
massarijs Interrogatorijs deponentiu p Sacramentu corporalr
eis pstitu a me not° Infrascripto et de certa scientia, qui
viderut et recordantur de obquadam casuu occursor plures
super Sclusis pdictis, legitime probaverut ipsi nob. de
Savorgnano pdicta rez Intentione excepto qz de nove dedu
limitacione deposuerut p Auditu, sed de cognicione Jurisdictionis
et Iudicio quz habent In dictis Sclusis et circa eas deposuer
runt ex propria scientia, qa viderut multotiens In similibus
casibus fieri Iudiciu cora dictis Nob. de Savorgnano seu eorz
locuz, et speciali dixit et declaravit supdictus p Missius,
qz habuit de facto questione cu Christono casinario et alijs hu
rantibus In porta sancti quirini pro quada arbore Incisa
super Sclusa molendini eiusdem p missij sita In dicto loco,
de qua questione pdicti nobiles de Savorgnano fuerut Iudices
et cora eis fuit determinata ea pdicta, Iterum post huius
modi speciales depositiones factas quasi ois supdicti de Consilio
et alij qz plures qui Interfuerut In dicto cons° expresserunt ex predi
tionis propositionu eorz factar In dicto cons°, oia et ~~fuit eius~~
singula supdicta p publica voce et fama essi sic ve-
rum ac publica asseruerut, qbus naqz sic auditis et plactis
ibidem In cons° pdicto licentiatis alijs q de consilio no erat,
Mature, clare, solemniter et bene dellibaratu, diffinitu
firmatu et declaratu fuit p eosdem nobiles de Savorgnano
esse Iudices In hac a parte dictae contentionis orti Inter pdictos
Leonardu et Bethulusiu et aliu seu alios quoscuqz occasione
pdicta vel simili, quez ad Sclusam et sup Sclusa dictz rugijs
dignoscitur pertinere, cui quidem deliberationi ita p ipsu d. capitaneu
et alios quoscumque fuit universaliter approbatum.

Et ego Jacobus filius Marquardi de fagedis nunc Utini Habitans Publicus Imperiali auctoritate notarius et predicte communitatis Utinensis tunc officialis et Scriba. Una cum Infrascriptis ser Hectore dicte communitatis prothonotario, et Leonardo meo collega predictis Interfui et fideliter publicavi, meumque signum apponendo consuetum In testimonium premissorum :

Quoniam ob bonorum distantiam de legalitate notariorum sepissime dubitari solet, Ideo nos petrus capellus pro Illustrissimo et excellentissimo Ducali dominio venetorum patrie foriiulii locumtenens, facta fide officio nostro per egregium ser Jo. franciscum philitinum, qui dixit habere de notitia suprascripti ser Jacobi fidem facimus et attestamur suprascriptum ser Jacobum, qui suprascriptum Instrumentum Scripsit, esse publicum et legalem notarium ac bone opinionis et fame, cuius scripturis autenticis fides Indubia adhibetur : In quorum fidem etc.

Datum Utini die xx° Julij 1506

Joannes mauritius notarius et coadiutor
Mandato Scripsit :/

1373, 3 agosto. Portogruaro. Il Vescovo di Concordia dichiara al Pievano di Travesio che questi non ha licenza di dare cura d'anime.

15

Atti di Pre Marino di S. Foca Pievano di Azzano (R.) Arch. [illegible] Maniago

A. D. 1373, ind. XI, die III augusti in Portugruario in [illegible] Palacii Episcopalis curie presentibus Presb. Johanne Spadarino plebano [illegible], [illegible] viro D. Onofrio Vicario D. Episcopi Concordiensis, Johanne de Carpineto [illegible] Episcopo.

[illegible] Sebastianus plebanus Travesii volens [illegible] reddere, interrogavit D. Episcopum Concordiensem [illegible] quod aliquis parochianorum Capellarum dicte Plebis Travesii decederet sine penitentia vel sine aliis sacramentis ecclesiasticis, si ipse teneretur. respondit dictus D. Episcopus et dixit quod non tenebatur, cum ipse non habeat licenciam nec libertatem nec auctoritatem dandi curam animarum.

(*) Segue altra Conferma Savorgnana in Zegliacco nel 1394 (in effetto)

1

1373. 29 agosto. Udine. Il Cav. Francesco Savorgnan q. d. Federico dona a compenso dei fedeli servizi avuti da Rizzardo q. Matthiussio q. ser Pidrussi di Zeliaco, il castello e villa di Zeliaco ed altri beni feudali, coll'obbligo del servizio militare a cavallo. (*)

16

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo tricentesimo septuagesimo tertio, indictione XI. die XXIX mensis Augusti. Actum Utini Aquilegensis diocesis ante portam ecclesie seu capelle sanctorum Jacobi et Philippi que vulgo nominatur Ecclesia sancti Stephani, presentibus nobili et potenti viro d. Biachino honorando Comite de Porciliis et filio quondam nobilis viri d. Brunalie Comitis de Porciliis et venerabilibus viris dominis presbiteris Rolando de Baiardis de Tergesto honorabili Decano Eccl. Tergestine et Zanetto de Conciis Auctinensis diocesis honorabili Canonico Utinensi, nobilibus viris dominis Simone q. nob. militis d. Henrici de Prampergo et Dietalmo de Andriottis de Castro Utini, providis viris ser Missio de Remanzacho Utini habitante et Francischutto q. ser Johannini de Orbitis de Utino, Zuphgnino q. ser Diopi de Utino, Leonardello q. d. Ossalci de s. Endrato, ser Thomasino q. ser Milani de Mediolano Utini habitante testibus et aliis pluribus ad hoc vocatis et rogatis.

Quoniam nobilium interest fideles acquirere subditos et vassallos cum debita recognitionis causa et quo quo tempore et maxime in eorum agendis obsequiorum subventio et fidelitatis operatio eis prestetur, idcirco Generosus et Potens miles dominus Franciscus Palatinus Comes natus quondam egregii et potentis militis d. Federici de Savorgnano, de solerti confidens industria et obsequiorum operatione providi iuvenis Rizardi q. Matthiussi filii q. ser Pidrussi de Zeliaco et eius dependentium masculorum quorum servitia et fidelitatis debitum domino annuente sperat per ipsos eidem d. Francisco et heredibus suis laudabiliter impartiri et ob multorum obsequiorum remunerationem fidei et amoris circa eundem d. Franciscum et domum suam a prefato Rizardo et a predecessoribus suis hactenus prestitorum ac in vinculum dilectionis sincere inter ipsos hunc usque conservate et perpetuo conservande, per se ac suos heredes dedit et concessit in pheudum et iure pheudi ipsi Rizardo recipienti pro se et suis filiis masculis ex ipso ~~…~~ de legitimo descendentibus matrimonio ac omnibus et quibuscumque

(*) Segue altra Conferma Savorgnana ai Zegliacco nel 1394 (in estratto)

… ecclesie et jacturam … viri Provisores, consilium et Commune …

aliis masculis ex ipso et eius filiis masculis in perpetuum de linea masculina et legitimo matrimonio provenientibus, res et bona infrascripta, videlicet:

In primis Castrum seu fortilitium ac burgum et villam de Zeglacho cum omnibus et singulis mansis, braidis, domialibus, campis, vineis, pratis, silvis, nemoribus, paludibus, piscationibus, venationibus, viis, stratis, aquarum decursibus, gravitis, iurisdictionibus, ~~piscationibus~~ et iuribus ac masnatis et generaliter cum omnibus et singulis bonis cuiuscumque generis et conditionis existentibus sitis in ipso Zeglacho ac confinibus et pertinentiis dictorum Castri, burgi et ville de Zeglacho predicto quomodocumque et qualitercumque; exceptis duobus mansis cum eorum campis, pratis et aliis iuribus ad dictos mansos spectantibus et pertinentibus sitos in villa Zeglachi predicti et eius pertinentiis, qui sunt Dominorum de Colloreto, quorum unus regitur per Zanum de dicta villa Zeglaci, alter regitur per Odoricum Vidrondium de dicta villa; item quartam partem unius molendini siti in villa de Cintello, que villa est prope Portum Gruarium, pro qua parte dicti molendini, quod nunc est in pestota, annuatim solvuntur staria bladi XXV, staria VII et dimidium frumenti et rapiduum in mistura cum surgo; item unum mansum situm in dicta villa de Cintello rectum per . . . . . . de dicta villa, pro quo manso annuatim solvuntur staria frumenti quatuor, urne vini VIII et capones IV; item medietatem decime ville de Vidulis que est prope Tulmentum; item unum mansum situm in Brathiulo et eius pertinentiis rectum per . . . . . de dicta villa, pro quo annuatim solvuntur staria frumenti sex, staria siliginis duo, staria millei quatuor, staria anone quatuor, urne vini VIII, unus capretus, galine IV cum ovis ac staria surgi quatuor; item quartam partem unius mansi siti in villa Craugli, que quarta pars regitur per . . . . . de dicta villa, pro qua parte annuatim solvuntur staria frumenti duo minus una mezina, staria milei tria, staria anone tria, galina una et denari quatuor, ac denarii XX pro una parte prati siti in dicta villa, quod ipse tenet; item certas paludes sitas in pertinentiis ville de Talmassons pro quibus annuatim solvuntur staria anone duo cum dimidio et pulli gallinarii tres; item quoddam

terrenum nominatum Tormenatum situm in pertinentijs dicte ville de
Talmassons, pro quo annuatim solvuntur secundum quod annuatim locatur;
item unum medium mansum situm in Sessiza et eius pertinentiis, rectum
per ..... de dicta villa, pro quo annuatim solvuntur staria frumenti
quinque, staria anone quatuor cum dimidio, staria milei duo, de
narii XVI et galline duo cum ovis; item medium ~~medium~~ mansum situm in
Pavia et eius pertinentiis, rectum per Perussium, pro quo annuatim
solvuntur staria frumenti tria, staria anone tria, staria milei unum
cum dimidio, congia vini duo, galline cum ovis duo et denarii XX; item unum mansum
situm in dicta villa de Pavia et eius pertinentiis, rectum per ..... de dicta
villa, pro quo annuatim solvuntur staria frumenti sex, staria anone
sex, staria milei tria, congia vini IV, galline IV cum ovis et denarii XLII;
item medium mansum situm in villa de Tercento et eius pertinentiis, rectum
per ..... de dicta villa, pro quo annuatim solvuntur staria frumenti unum, con
gia vini duo denarii aquilegensis monete XL et unum amesserum; item unum
doneale situm in Sclavons et eius pertinentiis prope Pramperguum per Driaum ...
de dicto loco, pro quo annuatim solvuntur congia vini XVIII ~~sexam~~ et unum amesserum,
item unum livellum de media marcha soldorum, quod annuatim solvitur per
Thiam de Magnano, super una braida sita in pertinentiis dicte ville Magnani recta
per dictum Thiam; item unum livellum medie marche denariorum, quod annuatim
solvitur per Paulum generum q. More de Prampergo, super una vinea sita in
pertinentiis Prampergi que fuit q. Polani de Prampergo et nunc regitur per dictum
Paulum; item unum medium mansum situm in Artenia et eius pertinentiis rectum
per Mionum de dicta villa, pro quo annuatim solvuntur staria frumenti ~~unum~~, con
gia vini quinque, denarii aquilegensis moneta LX et amessera duo; item bona que fuerunt
Gringolli de Artinea sita in Artinea recta per ....., pro quibus annuatim solvuntur

dum non modicam prefate Aquil. Ecclesie et jacturam
cumque Nobb. et prudentes viri Provedores, consilium et Comune

libre x denariorum aquilegensis monete et unum amasserum; item unam braidam situm in Artinea, recta per Gasparum de dicta villa, pro qua annuatim solvuntur due marche denariorum aquil.^tis^ monete; item unam domum cum certo territorio situm in villa de Soclevio de Carnea, rectam per [vel Zuvalum] Suvulum de dicta ~~villa~~ villa, servum comunem dictorum d. Francisci de Savorgnano et Rizardi de [illegible] et nunc regitur per Nicolaum de Carnea, pro quibus domo et territorio annuatim solvitur media marcha solidorum, cum omnibus braidis, campis, terris cultis et incultis, pratis, silvis, nemoribus, paludibus, venationibus, piscationibus, aquis et aquarum decursibus, viis, introitibus et exitibus usque in viam publicam, iuribus, garitis et iurisdictionibus ad dictos mansos et bona et quelibet seu quodlibet ipsorum spectantibus et de iure pertinentibus et generaliter cum omnibus et singulis que dicta bona sic feudata aut aliquod ipsorum habent supra se, infra seu intra se in integrum atque cum omni iure et actione, dominio, onere et honore, commodo et utilitate sibi ex dictis bonis feudatis aut ipsis bonis vel alicui ipsorum modo quocumque spectantibus et de iure pertinentibus, ad habendum, tenendum, possidendum, dandum, alienandum, iudicandum et quicquid sibi et suis heredibus, salvo quod superius et inferius dictum est et salvo fidelitatis debito, deinceps perpetuo placuerit faciendum cum pactis et condicionibus infrascriptis inter dictas partes habitis ac stipulatione solemni hinc inde interveniente vallatis, videlicet:

Primo quod ipse Rizardus vel eius heredes masculi ex linea masculina, ~~ut~~, ut supra dictum est, descendentes, dicta bona infeudata vel aliquod ipsorum, ullo tempore in aliquam personam habentem vel non habentem ~~nomen~~ feudi sive ius feudale, ac in personam aliquam aliam publicam vel privatam, ecclesiasticam vel secularem, non possint nec valeant ratione aliqua que dici vel excogitari possit aliqualiter transferre, tradere, alienare vel modo aliquo obligare, nec aliquam alienationem, translationem, transitionem vel obligationem, actum vel contractum facere vel exercere

sine expresso consensu ipsius d. Francisci vel eius heredum, salvo quod de bonis infrascriptis et per modum infrascriptum videlicet:
primo de manso sito in Cintello recto per ..... de dicta villa; item de manso sito in Brathiullo recto per ..... de dicta villa; item de paludibus sitis in Talinasons; item de medio manso sito in villa de Lestiza recto per ..... de dicta villa; item de medio manso sito in Pavia recto per Parussum de dicta villa; item de livello medie marche soldorum quod solvitur per Thiaon de Antenea supra quadam braida sita in pertinentiis de Antenea, item de domo cum territorio sita in Sorlevio de Carnea, recta per Tarullum et nunc regitur per Niclaum de Carnea, pro quibus bonis solvitur annuatim sicut superius scriptum est, de quibus bonis et quocumque ipsorum voluit idem d. Franciscus pacto expresso inter dictas partes habito stipulatione solempni hinc inde interveniente, vallato, quod idem Rizardus et sui heredes masculi ex ipso, ut supra dictum est, descendentes, de dictis bonis nunc proxime specificatis, urgente necessitate et legitima interveniente causa dumtaxat sine ipsius d. Francisci et eius heredum consensu et voluntates vendere tantummodo possint et valeant, dum tamen primo ipsi d. Francisco vel suis heredibus, dicta bona vel quodcumque ipsorum quod vendere voluerint, ad vendendum eidem d. Francisco vel suis heredibus offerant et exhibeant pro xx solidis minus quam alteri persone, ipsi dno Francisco vel suis heredibus dent et vendant. Item quod in sui ultima voluntate pro ipsius et suorum predecessorum anima, possit et valeat idem Rizardus de et super dictis bonis proxime specificatis si aliqua extabunt seu si alienata tunc non sint testari et indicare usque ad summam valoris quadraginta marcharum denariorum aquilegensis monete, sicut sibi melius videbitur expedire, etiam si consensum ab ipso d. Francisco vel suis heredibus, hoc casu, non habuerit. Item quod si contingeret ipsum Rizardum vel eius masculos ex ipso, ut supra dictum est, descendentes de legitimo

sum non modicum prefate Aquil. Ecclesie et jacturam cumque Nobb. et prudentes viri Provisores, consilium et Comune

natos matrimonio, filiam vel filias habere de legitimo natas matrimonio, et non
haberent unde eas maritare, nec aliquid vel modicum in eorum propria adesset
facultate cum quo honorifice possent eas maritare, ipsorum qualitate inspecta debilitate prospecta
et filiarum numero considerato, nisi bona suprascripta in feudum sic concessa
et nullam de bonis proxime specificatis fecerint alienationem, possint et
valeant dicti Rizardus et eius masculi, ut supra est dictum, ex ipso descendentes
dictas eorum filias cum dictis bonis feudalibus maritare, dotare et prepa-
rare cum consensu tamen et voluntate ipsius d. Francisci vel eius heredum,
sine cuius d. Francisci consensu et voluntate expressis vel eius heredum nulla-
tenus hoc fieri possit, et ~~quo~~ eo casu, promissio et stipulatio restitutionis
ipsarum dotium et apparamentorum ac ipsarum dotium et preparamentorum
restitutio casu dotis vel preparamentorum restituendorum emergente ~~[illegible]~~ seu
eveniente, fiat et fieri debeat ac applicatur et cadat in ipsum d. Franciscum
et eius heredes si contingat, quod absit, ipsum Rizardum vel eius masculos ex
ipso de linea masculina et legitimo matrimonio natos totaliter non extare
seu ipsos vel aliquem ipsorum feminis predictis, ut predicitur, maritatis
et dotatis supervivere; item quod si occasione suprascriptorum bonorum in
feudum, ut superius continetur, vel alicuius ipsorum deberetur aliquid
vel deberi reperiretur tempore quocumque Ecclesie Aquilegensi, vel
alteri persone ratione alicuius servitii prestandi virtute alicuius
infeudationis aut alia quacumque ratione vel causa, idem Rizardus et sui
heredes illud et alia quecumque onera supradictis bonis debita et occurrentia
facere et adimplere teneantur et debeant ac sint facere astricti et obligati.
Que quidem bona per modum supradictum sic infeudata, idem d. Franciscus
se ipsius Rizardi nomine constituit possidere donec ipse eorum bonorum posses-
sionem acceperit corporalem, quam accipiendi et in se sua propria auctoritate

retinendi. Deinceps licentiam eidem ser Rizardo omnimodam, idem d. Franciscus
contulit atque dedit, promittens idem d. Franciscus per se suosque he=
redes ... obligatione omnium suorum bonorum mobilium ac
immobilium, presentium et futurorum ac dampnorum omnium
et expensarum litis et extra, interesse refectione dicto ser Rizardo
stipulanti et recipienti pro se suisque omnibus masculis ex ipso
de linea masculina et matrimonio legitimo descendentibus, de dictis bonis
vel aliquo ipsorum, litem non inferre nec inferre volenti consentire, sed dicta
bona omnia et quodlibet ipsorum eidem ser Rizardo et eius masculis
ut supra provenientibus contra quamcunque personam, comune, collegium
et universitatem in iure legitime defendere, manutenere, auctorizare
et disbrigare et predictam bonorum concessionem in feudum sic factam eius=
tionis promissionem ac omnia et singula supra scripta et infra scripta
perpetuo firma, rata et grata habere, tenere, observare et plenius
adimplere et in nullo contrafacere, dicere vel venire per se vel alium
aliqua ratione vel causa, ingenio, de iure vel de facto sub pena
centum marcharum denariorum aquilegensis monete, stipulatione solempni
promissa, qua soluta vel non presens instrumentum ac omnia et singula
in ipso contenta plenam perpetuo obtineant robur atque firmitatem. Ce=
terum predictis omnibus sic peractis, idem d. Franciscus in robur et confirmationem
concessionis cum fimbria sue clamidis ipsum ser Rizardum de dicto feudo cum pactis
et condicionibus supra scriptis ibidem legitime investivit in signum perpetue
dilectionis et fidei, pacis osculo interveniente. Quam quidem concessionem et inve=
stituram cum pactis et conditionibus supra scriptis ac omnia et singula supra
scripta fecit idem d. Franciscus pro eo quia idem Rizardus pro se et omnes ma=
sculos descendentes ex ipso de linea masculina et de legitimo matrimonio procreatos
ibidem statim et presenti coram dictis testibus et me Notario infrascripto,

tum non modicum prefate Aquil. Ecclesie et jacturam
cumque Nobb. et prudentes viri Provisores, consilium et Comune

promisit prefato domino Francisco stipulanti et recipienti pro se suisque heredibus ac ipse d. Francisco iuravit corporaliter ad sancta Dei evangelia tactis Scripturis debito sacramento per me Notarium infrascriptum sibi prestito ex nunc ipsi d. Francisco et suis heredibus, fidelem esse vassallum ipsumque et heredes suos, res, iura et honores pro eorum posse fideliter observare et nullatenus quod detrimentum, periculum sive damnum persone vel personarum, rerum, iurium et honorum sui et suorum heredum consenti posset aliqualiter per se vel per alium procurare aut machinare volenti consentire. Imo si quis contra hoc vel aliquod eorum tractare vel procurare adversus ipsum d. Franciscum et eius heredes senserit, quam velo cius poterit ipsi d. Francisco et suis heredibus indicabit et quidque sub fide et credentia eius ab ipso d. Francisco et heredibus suis impositum fuerit secretum, fideliter retinere, nec non personam, res, iura et honores suos adversus quoscumque, exceptis sacrosancta Romana Ecclesia et sacrosancto Romano impero et his quibus prius esset nil reperiretur fidelitatis debito adstrictus, tueri et totis viribus adiuvare et deffendere ac dictum Castrum de Zeliaco omni tempore et quantumcumque ipsi d. Francisco et suis heredibus placuerit vel modo quocumque ipsum Rigardum eiusque descendentes masculos, natos ut supra vel alios quoscumque ipsum tenentes, idem d. Franciscus vel eius heredes requisiverit aperient et apertum omni dolo et machinatione cessantibus tenebunt libere et expedite, nec non in omagium concessionis dictorum bonorum sic ut premittitur infeudatorum ipsi d. Francisco et suis heredibus quandocumque fuerint per ipsum vel eius heredes item Rigardus vel eius heredes masculi ex linea masculina et de legitimo matrimonio, ut premittitur, descendentes, tempore occurrentis necessitatis requisitus vel requisiti suis sumptibus et expensis cum uno armigero duorum equorum in persona videlicet duobus equis scilicet uno pro se ipso cum lancea et alio pro scutifero et cum armis

fidelitur servire et ab ipsius d. Francisci et heredum eius servitio sine ipsius d. Francisci et heredum suorum expresso consensu et licentia obtenta non recedere bona fide et sine fraude, et generaliter puram et meram fidelitatem ipsi d. Francisco et suis heredibus gerere, reddere ac per omnia impartiri, nec non omnia et singula supra scripta et in hoc presenti Instrumento contenta, perpetuo firma, rata et grata habere, tenere, observare et adimplere et in nullo contra facere, dicere vel venire per se vel per alium aliqua ratione vel causa, ingenio de iure vel de facto sub pena et in pena periurii et ipsorum bonorum feudalium privationis, stipulatione solempni singulis capitulis huius contractus interveniente premissa, que totiens committeretur et exigi possit cum effectu quotiens contra factum fuerit. Ceterum voluerunt et mandaverunt duo ex predictis fieri Instrumenta unius et eiusdem tenoris videlicet unum pro unaquaque partium predictarum.

Et ego Nicolaus notarius de Utino q.m ser Manini de Florentia predictis omnibus et singulis contentis in suprascriptis scripturis interfui et scribere rogatus scripsi et si opus fuerit cum consilio sapientum publicare debeo, prout a partibus in mandatis habui.

(Tratto da copia esistente nel Volume III Miscellanea Liruti-Biasutti)

Segue estratto di altro Investitura Savorgnana ai nob. di Zeliaco 1394. 25 Aprile

dum non nisi dicium prefate Aquil. Ecclesie et factorum
cumque Nobb. et prudentes viri Provisores, consilium et Commune

1394. 25 Aprile In Castello (Porpeto) presenti i nob. Doimo e Nicolussio qm D Odorico di Castello, Rizzardo e Francesco figli del d.o D Doimo, Artico qm D Rizzardo di Castello etc etc

Comparso avanti il nob. giovine Tristano qm D Federico Cav. di Savorgnano, come maggiore della sua casa il nob Rizzardo qm ser Tiussio di Zeliaco, in ginocchio chiede di essere investito dei beni feudali che riconosce avere in feudo dalla casa Savorgnana — Il detto sig Tristano volendo confermare coll'atto presente l'antica amicizia ~~…~~ per se, e suo fratello Francesco investe dei d.i beni e feudi in Zeliaco colla fimbria del suo gabbano (sui gabbani) Rizzardo di Zeliaco sud.o, giurando il nob Tristano ad sacra dei Evangelia tactis scripturis et ~~magis~~ maxime quia minor erat XXV annis, majo tamen XIV di confermare tale investitura etc etc e col giuramento di fedeltà etc.

Notaio Candido di Tarcento.

(Tratta da copia esistente nel Vol I Miscellanea Liruti = Bianchi - Ude

1373, 19 novembre. Udine. Il Patr. d'Aquileja Marquardo riceve dal nob. Francesco di Savorgnano beni presso Cordovado, Cusano ed il Capo di Caorazze in cambio di boschi giurisdizionali di Medulo, Medadis e Videzariis.

17

In Christi nomine amen. Universis et singulis hoc presens instrumentum publicum inspecturis pateat evidenter quod Rev.mus in Christo pater et dominus noster D. Marquardus Dei gratia sancte sedis Aquilegensis Patriarca ad augmentum status, iurium et bonorum suorum et sue Aquilegensis Ecclesie, quibus specialiter honoribus Ecclesie plurimum sublimantur sollicita cura pervigilans et intendens nomine et Aquilegensis Ecclesie et successorum suorum nominibus ex parte una et egregius miles D. Franciscus natus olim egregii et potentis militis D. Federici de Savorgnano pro se et suis heredibus parte ex altera de bonis omnibus infrascriptis, modis et conditionibus inferius annotatis, de certa scientia omnibus modis, via et forma quibus melius potuerunt, ad infrascriptam permutationem devenerunt solempniter in hunc modum, videlicet quod nomine et causa permutationis et cambii idem D. Franciscus per se et suos heredes eidem Domino nostro Patriarche pro se suisque successoribus et Ecclesia Aquilegensi recipienti ibidem tradidit atque dedit bona infra omnia sita in villa S. Johannis Gastaldie Cavolani cum suis iuribus, iurisdictionibus, censibus, honoribus, garitis, campis, pratis, silvis, venationibus, piscationibus, aquis aquarumque decursibus et conductis, pro quibus solvuntur ut dixit annuatim de reddita ad usum curie frumenti staria quatuor et quartam unam et modiellum, item millei staria quatuor et quartam unam et dimidiam, item surgi staria quatuor et quartam unam et dimidiam, item spallas sex; gallinas quatuor, ova XL; capones quatuor; item de collecta solidos XX; item medietatem vini omnium predictorum bonorum in dicta villa sitorum, que omnia solvuntur ad magnam mensuram: item mansum unum situm in Cusano cum omnibus suis iuribus rectum per Pedrussium pro quo solvuntur ut dixit frumenti staria tria, millei staria tria, surgi

sum non modicum prefate Aquil. Ecclesie et facturam cumque Nobb. et prudentes viri Provisores, consilium et Comune

staria tria, vini urnas tres, spallas duo, gallinas duo cum ovis, que
omnia solvuntur ad parvam mensuram. Insuper et Lacum suum
de Cavatio cum piscationibus et suis quibuscumque iuribus, curis
dictionibus spectantibus ad eundem situm supra Opizium versus
Carneam ac etiam idem D. Franciscus nominibus quibus supra
dedit et cessit ipsi D. Patriarche quibus supra nominibus stipulanti
omnia et singula sua iura et actiones reales et personales,
utiles et directas, que et quas habere asseritur contra ipsum
D. Patriarcham et Ecclesiam Aquilegensem in parte Castri
de Sophumbergo vigore unius privilegii de ducentis et quinqua
ginta ducatis sibi concessi per bone memorie D. Nicolaum Pa
triarcham predecessorem suum et scripti ut dicitur manu olim
Paulini patriarchalis scribe.
Ipse vero Dominus noster d. Patriarcha suo, Aquilegensis Ecclesie et suc
cessorum suorum nominibus quibus supra, eidem D. Francisco pro se
suisque heredibus aut cui hoc suum ius dederit recipienti, ut su
dictum, in cangambium et permutationem predictorum dedit, tra
didit, transtulit et mandavit omnia sua et Ecclesie supradicte
nemora sita in pertinenciis Tervisani in villis et territoriis et
curiis ac contratis de Medulo, de Medadis et de Videganis cum om
nibus et singulis iuribus, pratis, ripaticis, ... garitis et iurisdictionibus
quibuscumque spectantibus ad eadem, talibus quidem conditionibus
atque pactis inter prefatos Dominum nostrum D. Patriarcham nomi
nibus quibus supra ex una parte et d. Franciscum ex altera,
~~Franciscum ex altera~~ solemniter habitis et firmatis, quod ipse D. Fran
ciscus suis sumptibus et expensis possessionem et omnia iura ipsorum
nemorum iamdiu indebite et de facto occupatorum per olim Franceschinum
de la Turre habitantem Tervisii recuperare teneatur et debeat. Item
quod dictus D. Franciscus de sua pecunia satisfacere teneatur et debeat

perinde [provido] viro Trittho ser Marci de Venetiis Utini habitanti ducatos CVI, quos idem D. Patriarcha recepit a dicto Trittho pro pretio dictorum nemorum et litteras locationis facte ipsi Trittho de ipsis nemoribus eidem Domino Patriarche reddere teneatur, prout ibidem in presentia dictorum testium et mei Notarii infrascripti restituit atque dedit. Item quod si quo tempore in futurum successorum ipsius dicti nostri D. Patriarche vel ipse D. Franciscus et heredes sui tempore successoris vel successorum eiusdem Domini nostri permutationem huiusmodi ex aliqua informatione vel causa ratam habere non vellet, quod successori vel successoribus ipsius D. Patriarche et ipsi D. Francisco et suis heredibus vel habentibus ius suum, liceat tum sit permutationem huiusmodi dissolvere in hunc modum videlicet, quod ipse D. Patriarcha qui pro tempore fuerit nemora ipsa, omniaque iura et idem D. Franciscus ipsiusque heredes et habentes suum ius bona et iura sua omnia supradicta ac libere et omni impedimento cessante prout nunc habent, debeant rehabere et in omnibus eorum iuribus quibus nunc sunt et erant ante diem presentis permutationis, ambe partes permanere debeant et reduci, presenti permutatione in contrarium non obstante, ita tamen quod idem D. Patriarcha qui pro tempore fuerit, ad refectionem fructuum perceptorum ex dictis bonis et laca et ad solutionem seu restitutionem dictorum CVI ducatorum, quos idem D. Patriarcha debet solvere dicto Trittho et idem D. Francisco et heredibus suis et habentibus suum ius, ipseque D. Franciscus et sui heredes ad restitutionem fructuum omnium perceptorum et percipiendorum illo anno currente quo dicta permutatio tolleretur ex dictis nemoribus eidem Domino Patriarche qui pro tempore fuerit et Ecclesie Aquilegensi minime teneantur. Ad habendum, tenendum, possidendum hinc inde dicta bona omnia vel quasi et de eis suam omnimodam voluntatem et utilitatem faciendum sine contradictione hinc inde etc. Que quidem bona ipse partes una alterius nomine et altera nomine ut[?] nomine ...

dum non modicum prefate Aquil. Ecclesie et facturam cumque Nobb. et prudentes viri Provisores, consilium et Comune

quibus supra, constituerunt precario nomine possidere vel quasi, donec de eis possessionem acceperit corporalem, quam accipiendi et in se auctoritate propria retinendi ipse partes sibi invicem licentiam omnimodam contulerunt, promittentes que prefatus Dominus noster D. Patriarcha pro se et suis successoribus et Ecclesia supradicta ~~et D. Franciscus per se et~~ cum obligatione omnium ~~suorum et Ecclesie Aquilegensis bonorum et D. Franciscus per se et suos heredes~~ ~~[illegible]~~ ~~Aquilegensis~~ heredes et cum obligatione omnium suorum bonorum et prefatam permutationem et omnia in ea contenta perpetuo firma habere et non contrafacere etc. imo hinc inde bona ipsa in iure legitime manutenere etc.

Et si prefatus Dominus noster Patriarcha eidem D. Francisco Nicolaum Manini testem prefatum, ipse D. Franciscus eidem D. Patriarche Johannem Gumbertini patriarchalem scribam pro nunciis tenute dederunt, qui partes ipsas hinc inde de bonis huiusmodi permutatis tenutam ponant et inducant. Insuper ipse partes mandaverunt de premissis per me notarium infrascriptum fieri et scribi duo publica instrumenta unius eiusdemque continentie et tenoris et earum partium sigilli appensione muniri ad maius robur et testimonium premissorum.

Acta sunt hec in Patriarchali Castro Utini in camera prefati Domini nostri Patriarche, presentibus sapientibus nobilibus et discretis viris Dominis Johanne de Monticulis iurisperito prefati Domini nostri Patriarche in temporalibus Vicario Generali, presbitero Nicolao Colomo Civitatis et Utini Canonico, Altrafino de Civitate Austria, Nicolao Manino notario Utini habitante, Menfilio[1] cubiculario ipsius D. Patriarche et aliis pluribus vocatis et rogatis sub anno nativitatis Domini MCCCLXXIII, indictione XI, die XIX novembris.

Et ego Nicolussius Zinbini de Utino imp. auctoritate notarius et Sancte Rev.mi D. Marquardi Patriarche etc. — rogatus scripsi etc.

Da copia ~~[illegible]~~ del sec. XVIII, nel Vol. IV, fg. 42 Colleg. Concina, S. Daniele, cor-
retta con altro apografo della Bibl. Civ. di Udine. Mss Savorgnani, Catastico fol. 328 t.o

1) alias Theufilino.

X.

1373. 3 Ottobre - Udine.

(Risposta degli Udinesi ai reclami del Patriarca circa i Dazii della città.)

18

MCCCLXXIII. Inditione XI. die tertio mensis octubris. Utini in castro Patriarchali in camera cubiculari Domini nostri infrascripti. Presentibus venerabili viro D. Georio de Papia Decano Aquilegensi ejusdem domini in spiritualibus, sapienti viro D. Johanne de Montiulis u. i. p. in temporalibus Vicariis generalibus, nobili viro D. Beachino comite de Porciliis, nec non circumspectis Nicolussio Zerbini et Johanne ser Gubertini ambobus ipsius Domini aule scribis et notariis et testibus et aliis pluribus.

Constitutis coram Reverendo in Christo Patre et D. D. Marquardo Dei gratia Sancte Sedis Aquilegensis Patriarcha, prudentibus Nobilibus et providis Dominis et viris discretis Zanino de Pratta Capitaneo terre Utini, Francisco Pagano militibus, Federico nato dicti D. Francisci, Salono D. Belli, omnibus de Savorgnano, Azolino milite et Helia ambobus fratribus legum doctoribus q.m ser Gubertini, Francisco ser Valantini, Hectore Milite Protonotario dicti Communis, Detalmo de Andreotis, Tintino qui fuit de Artenea camerario, Nicolussio qui fuit de Castilerio et Petro de Belonis Procuratoribus dicti Communis, Tingo de Senis, Nicolao Magistri Gregorii, Francisco Tomasii, Nicolao Manini

...dum non modicum prefate Aquil. Ecclesie et jacturam cumque Nobb. et prudentes viri Provisores, consilium et Comune...

et aliis pluribus facientibus consilium ejusdem Terre Utini repprensentans, totam ipsius universitatem spe=cialiter per ipsum Dominum pro presentibus collationi=bus specialiter coram se convocatum. Quibus quidem verba monitoria, provisoria et declaratoria cum prote=stationibus infra sceulis prorumpens dixit in hunc modum.

Quod sine suis specialibus mandato, voluntate et con=sensu tanquam Pastoris sue benedicte Ecclesie Aquile=gensis Communitas Utinensis mediate subiecta jurisdi=tioni sue et dicte Ecclesie Datia in eadem elevare non poterat, quia jura Datiorum spectant ad regalia sua, et quia actus elevationis Datiorum Utini in ipsa terra nupe=rime factus est preter ejus consensum et conscientiam, protestabatur pro se et nomine sue Ecclesie predicte, quod talia fieri non poterant, et si fierent, vel facta essent non poterant nec possunt in dampnum et prejudicium sui et dicte Ecclesie sue aliqualiter fieri, nec juribus suis, neque dicte Ecclesie dampnum aliquod vel prejudicium non debeat generare, cui non consentiebat nec consentit, rogans et mandans suis Notariis, quod cis facerent de his protestationibus notantes scripturis publicis roborantibus memoriam specialem. Quibus namque protestationibus ipsius Domini eorum plenius intellectis notatis et auditis, prefatus Vintinus Camera=rius Nicolussius et Petrus Procuratores dicti Communis

camerario et procuratorio nomine ejusdem de solemni de-
liberatione predictorum Dominorum Capitanei et Consilii
prehabita quam diligenti responsione cum debitis reveren-
tia et humilitate ipsi Domino fecerunt sub hac forma.
Primo quod ex privilegio concedente auctoritatem habeant
ponendi Datia nomine dicte Communitatis, et ipsa Commu-
nitas elevandi, minuendi et ex toto ipsa auferendi, in cujus
auctoritatis possessione pacifica publica et notoria erat
dicta Communitas, fuit et est a tanto tempore citra quod
memoria in humanis vitam trahentium ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~ non extiterat in contrarium, et temporibus
utriusque Patriarchatum precedentium et vacationum
hucusque retroactis, et quod dictus actus elevationis dicti
Datii Utini non novum quid, sed continuo usitatum,
ut supra factus est non ad propriam seu aliqualem sin-
gularem, sed ad communem et ad reipublice utilitatem
redundandam, scilicet pro conservatione status et hono-
ris ipsius Domini nostri ejusque Ecclesie benedicte, totius
Patrie Forijulii, et in speciali pro fortificatione, pecunia
ejusdem ipsius terre convertenda fluente universalem forti-
ficationem ipsi toti Patrie, quia Utinensis terra est cor
Aquilegense, cui fortificationi ad laudem Dei et gloriose
Genitricis ficiendo faveat et protegat in agendis Altissimus.
unde mens ipsius Domini benignissima comprehendere
et tenere debet quod ~~[illegible]~~ hec non solum fiunt ad ejus

...chimen-
dum non modicum prefate Aquil. Ecclesie et jacturam
cumque Nobb. et prudentes viri Provisores, consilium et Comune ...

honorem et statum, ut supra, et in bona et pura parte sed etiam ad omnes fidelitates et subjectiones et infallibiles perpetualiter retinendas. Quibus omnibus se ministrantibus - - fortunis ipse Dominus et Successores sui, et dicta Ecclesia Aquilegensis valeat dictam Terram et Patriam totam tenendo subjectas feliciter congaudere. Quare cum omni reverentia, ut supra, protestationibus ejusdem Domini non consenserunt, rogantes etiam me Nicolussium notarium q.m Zignotti una cum supradicto Hectore concordanter conficeremus instrumentum.

1373. – 3 Dicembre. Udine.

Il Patriarca tenta di togliere agli Udinesi il Privilegio di riscuotere i Dazi; ed opposizione dei medesimi.

MCCCLXXIII. Inductione XI. die tertio mensis Decembris. Utini in Castro Patriarchali in camera cubicularia Domini nostri infrascripti. Presentibus venerabili viro D. Georgio de Papia Decano Aquilegensi ejusdem Domini in spiritualibus Vicario generali, sapienti viro D. Johanne de Montevidis utriusque juris perito in temporalibus Vicariis generalibus, nobili viro D. Henrico comite de Porciliis necnon circumspectis Nicolussio Zerbini et Johanne ser Gubertini ambobus ipsius Domini aule scribis et Notariis et testibus, et aliis pluribus.

Constitutis coram Reverendissimo in Christo Patre et Domino D. Marquardo Dei Gratia S. Sedis Aquilegensis Patriarcha prudentibus Nobilibus et providis Dominis et viris discretis Zannino de Pratta Capitaneo Terre Utini, Francisco, Pagano militibus, Federico nato dicti D. Francisci, Salono D. Belli omnibus de Savorgnano, Azolino milite et Elia ambobus fratribus legum Doctoribus q.m ser Gubertini, Francisco ser Valentini, Hectore Miulitte Prothonotario dicti Communis, Detalmo de Andriottis, Cintinio qui fuit de Artenea Camerario, Nicolussio qui fuit de Cortilerio et Petro de Belloniis procuratore dicti Communis, Tingo de Seniis, Nicolao Magistri Gregorii, Francisco Thomasii, Nicolao

tum non modicum prefate Aquil. Ecclesie et jacturam
cumque Nobb. et prudentes viri Provisores, consilium et Comune

Manini et aliis pluribus facientibus consilium ejusdem terre Utini putans totam ipsius universitatem specialiter coram se convocatum. Quibus quidem verba monitoria provisoria et declaratoria cum protestationibus infra sequtis prorumpens dixit in hunc modum: quod sine suis specialibus mandato, voluntate et consensu tanquam Pastoris sue benedicte Ecclesie Aquilegensis Communitas Utinensis mediate subjecta jurisdictioni sue et dicte Ecclesie Datia in eadem elevare non poterat, quia jura Datiorum spectant ad regalia sua, et quia dictus actus elevationis Datii vini in ipsa Terra nuperrime factus est preter ejus consensum et conscientiam protestabatur pro se et nomine Ecclesie sue predicte quod talia fieri non poterant, et si fierent aut facta essent non potuerunt nec possunt in dampnum et prejudicium sui et dicte Ecclesie sue aliqualiter fieri, nec juribus suis neque dicte Ecclesie sue dampnum ~~et prejudicium sui et dicte E~~ aliquod aut prejudicium non debebat generare cui non consentiebat nec consentit rogans et mandans suis Notariis quod eis facerent de his protestationibus notatis scripturis publicis roborantibus memoriam specialem. Quibus namque protestationibus Dominii eorum plenius intellectis, notatis et auditis prefati Cintinus Camerarius, Nicolussius et Petrus procuratores Communis Camerario et procuratorio nomine ejusdem cum solempni deliberatione

predictorum Dominorum Capitanei et Consilii perhabita quam diligenti, responsionem cum debitis reverentia et humilitate ipsi Domino fecerunt sub hac forma.

Primo quod ex Privilegio concedenti auctoritatem habeant ponendi Datia nomine dicte Communitatis, et ipsa Communitas elevandi, minuendi et ex toto ipsa auferendi. In cujus auctoritatis possessione pacifica, publica et notoria erat dicta Communitas, fuit et est a tanto tempore citra quod memoria in humanis vitam trahentium non extiterat in contrarium et temporibus utriusque Patriarcharum precedentium et vacationum hac usque retroactis: et quod dictus actus factus est non ad propriam seu aliqualem singularem sed ad communem et rem publicam utilitatem redundandam, silicet pro conservatione status et honoris ipsius Domini nostri ejusque Aquilegensis Ecclesie benedicte, totius Patrie Forijulii, et in speciali pro fortificatione pecunia ejusdem ipsius ~~terre~~ convertenda fluente universalem fortificationem ipsius ~~[illegible]~~ toti Patrie, quia Utinensis terra est Communitas Aquilegensis, cui fortificationi ad laudem Dei et ejus gloriose genitricis fienda faveat et protegat altissimus in agendis, unde mens ipsius Domini benignissima comprehendere et tenere debet quod hec non solum fiunt ad

dum non modicum prefate Aquil. Ecclesie et jacturam cumque Nobb. et prudentes viri Provisores, consilium et Commune

ejus honorem et statum ut supra in bona et pura parte sed etiam ad omnes fidelitates et subjectiones in-temeratas et infallibiles perpetualiter retinendas. Quibus omnibus sinistrantibus fortunis ipse Dominus, Successores sui et dicta Ecclesia Aquilegensis valeat dictam terram et Pa-triam totam tenendo subjectas feliciter congaudere. Quare cum omni reverentia ut supra protestationibus ejusdem Domini non consenserunt, rogantes etiam me Nicolussium Notarium q.m Zignotti una cum supradicto Hectore con-corditer confeceremus instrumentum.

1374 [illegible] Ud. [illegible]
[illegible] pel quale [illegible]
[illegible] il sussidio al Papa per la guerra contro i Visconti
Ermanno q. Nicolussio di Perotenst. auth. not. Udine

20

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem MCCCLXXIV,
ind. XII, actum Utini Aquilegensis diocesis in magna domus infra[illegible]
D. Joannis, presentibus Venerabilibus viris D.D. Presb. Nicolao Ulomo
Canon. Utinensi et Presb. Petro de Utino ac honorabili et sapiente
viro D. Joanne de Monticulis utriusque iuris perito Reverendissimi
in Christo Patris et D.D. Marquardi Dei gratia S. Sedis Aquilegiensis
Patriarche dignissimi in temporalibus Vicario generali, testibus et aliis pluribus
ad hec vocatis per infrascriptum Rustiganum specialiter et rogatis.
Ibique coram dictis testibus et me notario infrascripto providus vir Rusti-
ganus quondam D. Soldani de Bononia procurator et sindicus constitu-
ruit reverendi Patris D. Fratris Bondi Abbatis Mosacensis dicte Aquilegiensis
Diocesis venerabili et circumspecto viro D. Presb. Volrico de Dilinger ple-
bano plebis S. Adalperti de Cormono Aquil. Dioc. pro parte Reverendi
in Christo Patris D. Francisci de Incisa Electi Agnensis olim Canonici
Esculani per SS. in Christo Patrem et Dominum nostrum D. Gregorium
divina providentia Papa XI ad implorandum, requirendum, imponendum
et exigendum subsidio a prelatis, clericis, religiosis et aliis ecclesiasticis
personis secularibus et regularibus exemptis et non exemptis tam Patriar-
chatuum Aquilegensis et Gradensis quam nonnullarum aliarum provincia-
rum et partium Italie commissa, ii specialiter deputati quasdam
litteras apertas ipsius D. Francisci sigillo sigillatas impresso non viciatas,
non abrasas, non incisas nec in aliqua sui parte suspectas sed omni
vicio et suspicione carentes. Quarum quidem litterarum tenor
de verbo ad verbum sequitur et est talis, videlicet:

...dum non modicum prefate Aquil. Ecclesie et faciunt
cumque Nobb. et prudentes viri Provisores, consilium et Commune

Franciscus de Gaeta Dei et Apostolice Sedis gratia Electus Agnensis dim Canonicus Esculanus per SS. in Christo Patrem et D. nostrum D. Gregorium divina providentia Pape XI ad implorandum, requirendum, imponendum et exigendum subsidia a prelatis, clericis, religiosis et aliis ecclesiasticis personis secularibus et regularibus, exemptis et non exemptis, tam Patriarchatuum Aquilegensis et Gradensis quam nonnullarum aliarum provintiarum et partium Ytalie Commissarius specialiter deputatus, Ven. viro D. Plebano plebis S. Adalperti de Cormono Aquil. dioc. salutem in domino. — De vestra prudentia in domino confidentes, vobis reverendum patrem et D. D. Fratrem Bond. Abbatem Monasterii S. Galli de Mocio dicte Aquil. diocesis ab excommunicationis sententia quam incurrit ex eo quod infra terminum sibi statutum et assignatum per nos non solvit subsidium per nos sibi impositum pro subventione facienda Domino nostro Pape propter guerram quam idem Dominus noster habet cum Tyrannis de Mediolano, absolvendi in forma Ecclesie consueta ipsumque restituendi sanctis Ecclesie sacramentis et communioni fidelium ac interdictum quo causa predicta suum monasterium predictum erat et est suppositum relaxandi auctoritate apostolica nobis in hac parte concessa plenius committimus et concedimus per presentes. In quorum fidem et testimonium presentes litteras fieri iussimus et nostri sigilli impressione muniri.

Data Padue in domo Rev. in Christo Patris et D. D. Raymundi Dei gratia Paduani Electi; die sexto M. Mercii A. D. MCCCLXXIV, ind. XII, pontificatus SS. in Christo Patris et D. nostri Pape predicti anno IV.

Et Ego Joannes notarius prefati D. Electi subscripsi. —

Quibusquidem litteris per dictum D. Wolricum reverenter receptis et volens

ipsius D. Francisci Commissarii mandatis humiliter obedire, interdictum siquidem fuit est in dicto monasterio Motacensi occasione retardationis subsidii per dictum D. Franciscum Commissarium in hac parte concessa expresse et libere relaxavit, reservans sibi auctoritate predicta auctoritatem et arbitrium absolvendi dictum D. Abbatem ab excommunicationis sententia quam incurrit in forma Ecclesie consueta, ipsumque restituendi ecclesiasticis sacramentis et communioni fidelium occasione solutionis supradicti subsidii in terminum non soluti per antedictum D. Franciscum Commissarium eidem D. Abbati et dicto eius monasterio assignatum.

dum non modicum prefate Aquil. Ecclesie et jacturam
cumque Abb et prudentes viri Provisores, consilium et Commune

[illegible] devant dicte sue domus. Alldams 4 s. [illegible] Spittel
[illegible]

1374. 29 aprile. Udine. Il Vicario Patriarcale chiama
gli aventi interesse a venire a ricevere la restituzione
delle usure tolte dal fu Tingo di Siena abitante in Udine.

Ermanno fu Michelino notaio di Udine. Arch. not. Udine

Georgius de Portis de Papia Decanus Aquilegensis Rev.mi in Christo Patris et Domini nostri D. Marquardi Dei gratia S. Sedis Aquilegensis Patriarche dignissimi in Spiritualibus Vicarius generalis, universis et singulis hominibus et personis in Civitate et Diocesi Aquilegensi constitutis et aliis quos infrascriptum negocium tangit seu tangere poterit quomodolibet presentes nostras litteras seu presens nostrum edictum publicum inspecturis et ad quos ipsarum seu eiusdem edicti noticia pervenerit quoquomodo salutem in Domino. —

Ad vestram et cuiuslibet noticiam deducimus per easdem quod quidam Tingo de Senis olim Utini Aquil. Dioc. habitator, qui aliquo tempore quo in dicta Terra Utini et Patria Fori Julii in Dioc. Aquilegensi, in Tarvisio et in S. Geminiano et locis aliis habitavit, sue salutis immemor ac sacrorum canonum traditorum contemptor, nonnullis hominibus et personis dictarum civitatum et diocesis mutuavit pecunias ad usuras et usurarium nephandum scelus exercuit cum eisdem ab eis nonnullas pecuniarum quantitates et summas ultra veram sortem indebite extorquendo, in dicta Terra Utini nuper diem suum clausit extremum et ad cor rediens de huiusmodi usuris restituendis, in manibus dilecti nobis presbiteri Joseph Plebani, Agelli commissarii ad hec per prefatum D. nostrum Patriarcham specialiter deputati, sub omnium bonorum obligatione et per bonas securitates ydoneam prestitit cautionem. Ad quarum usurarum restitutionem faciendam, providi viri Nicolaus q.m Gabrielis notarii de Cremona Utini habitans et Nicolaus notarius q.m Mag. Gregorii de Utino tutores Johannis et Jacobi fratrum filiorum et heredum ipsius quondam Tingi, se et eorum bona usque ad summam et quantitatem duorum milium florenorum obligaverunt unicuique ipsa petenti et de iure habere debenti, usuras huiusmodi soluturos omnibus ab eodem

sum non modicum prefate Aquil. Ecclesie et jacturam
cumque Nobb. et prudentes viri Provisores, consilium et Comune

restitutionem usurarum habere debentibus. Nos vero intendentes
quatenus cum Deo possumus saluti anime ipsius Tingi salubriter
et indempnitatibus vestris providere, Vos omnes et singulos supradictos, aliquarum usu=
rarum per vos vel vestrum alterum datarum et solutarum ipsi
q.m Tingo seu alteri eius nomine restitutionem ab heredibus dicti q.m Tingi, seu tutoribus
ipsorum predictas habere debentes et ipsas petere volentes, presentium
tenore requirimus et peremptorie citamus, quatenus usque ad sex menses
a die publicationis predictarum litterarum nostrarum seu edicti
publici in Aquilegensi, Civitatensi, Utinensi, Glemonensi, Tulmetini,
S. Danielis, Sacili et aliis Ecclesiis Dioc. Aquil. predicte et earum
affictionis in foribus Ecclesiarum ipsarum ~~post presentium~~ facte presentium, ~~computandis~~ computandos,
quorum sex mensium duos pro primo, duos pro secundo et reliquos duo
pro tertio et peremptorio termino vobismet ~~et cuilibet~~ vestrum singulis assi=
gnamus, coram nobis in Aquilegia, Civitate Austria, in Utino vel
alibi in Dioc. Aquil. prout de more est, ubi nos esse et sedere
tunc contigerit in loco nostre solite audientie nostre comparen=
turis debite et legitime ostensuri omne id quod eidem q.m Tingo
seu alteri eius nomine pro usuris dicere volueritis vos solvisse
et petere ab eisdem heredibus et tutoribus ipsorum pro ipsis usuris
extortis per q.m Tingum superius nominatum seu alium eius nomine ut
profertur, quia illud totum quod legitime docueritis vos solvisse
vobis volentibus recipere predictos heredes seu tutores ipsorum et
securitates predictas cum debita iustitia restitui faciemus. Alioquin
elapso dicto termino in premissis mediante iustitia procedemus vestra seu alicuius
vestrum non comparentium absentia seu contumacia non obstante. Has autem
litteras seu edictum publicum sigilli Vicariatus nostri impressione munitas ad
cautelam fecimus registrari, de quarum seu earum affixione in foribus Aquilegensis

Civitatensis, Utinensis, Glemonensis, Tulmetii, S. Danielis, Sacili et Attens Calestianum Aquil. Dioc. facta relatione latori earum nuncii nostri iurati dabimus plenam fidem.

Data Utini die penultimo Aprilis, anno domini MCCCLXXXIV. Ind. XII.

titimen

tum non modicum prefate Aquil. Ecclesie et jacturam, cumque Nobb. et prudentes viri Provisores, consilium et Comune Terre

[illegible] davant dicte sue domus. Albdoms 4 s. [illegible] Spiritus
[illegible]

13

22

VII. 1344. 19 giugno Udine. Lett. del Comune a quello di Cividale per aggiustare le differenze tra Maggia e il Vicedomino del Patriarcato. (Arch. Com. di Cive. Coll. Guerra Vol. XXIII.

Nobilibus ac Prudentibus viris DD. Gastaldioni, Provisoribus atque Com. Civ. Austrie tamquam fratribus carissimis

Carissimi fratres Aspicientes quod causa presenti exigente debemus concordare vestras facere responsiones que reportantur D. Vicedomino vobis et nobis pro parte Mugensium quorum ambaxiatores ad vos veniunt et nobis eam illam responsionem quam vobis referunt, exposuerunt. Ortamur igitur et caram fraternitatem vestram rogamus, quatenus certos vestros eligendos ad dictum Vicedominum et ad nos placet mittatis, antequam eidem aliquam detis vestram responsionem, ut conveniamus insimul ad deliberandum de eadem fienda, Deo grata et nobis omnibus honorabilia et ad factum convenientia.

Dat. Utini die XIX iunii, XII ind. A.° 1344.

~~Ab[illegible] tamquam fratres~~ Zaninus de Prata capitaneus, Consilium et Comune Utini cum fraterna salutatione

Pubb.° dal Dr. Vinc.° Joppi nell'Archeografo Triestino 1877. Vol 5.

dum non modicum prefate Aquil. Ecclesie et jacturam cumque Nobb. et prudentes viri Provisores, consilium et Comune [illegible]

14.

7

Giacomuccio q. Bartoloso nott. di Valvasone . 25
Arch. not. Udine

Anno Domini MCCCLXXXIIII, ind. II die XVIII mensis augusti in Castro Vualvesoni, presentibus discretis viris DD Presb. Petro, Antonio Portolanij, Odoricoq. Ser Antonij, Gregorioq. Pilini habitantibus in Vualvesono, et M.º Nicolao muratore de Portu Naonij teste[s] et aliis. Nobiles viri D. Ulvinus q. D. Rizardi militis de Vualvesono et Ser Rizardus q. D. Henrici et Ser Simon q. D. Iohannis nepotes dicti D. Ulvini, cupientes et volentes inter se pervenire ad divisionem et divitionem facere castri Palaciorum et Zironi Vualvesoni inter ipsos tres de predictis concordes fuerunt et de comuni consensu et bona concordia tres partes fuerunt, primo in hunc modum ponentes et designantes in parte una totum Palacium novum intrando Zironum a manu dextra, que quidem pars de comuni concordia et consensu ipsorum trium dicto D. Ulvino in partem pervenit et de dicta parte se contentum vocavit et contentus fuit, salvis pactis que inferius exprimentur. In alia vero parte posuerunt et designaverunt Palacium novum intrando Zironum a parte sinistra usque ad cantonum Zironi secundum quod stat murum. et cum illa camera sive turisella et cum scalla turiselle et cum illa parte Palacii ipsa in tantum quantum durat et tendit ubicumque recta linea usque per medium caminum ut sunt signa posita in qua quidem pars de comuni concordia et consensu ipsorum trium dicto Ser Rizardo pervenit in parte et de dicta parte se contentum vocavit et contentus fuit, salvis etiam pactis

...timen[tu]m non modicum prefate Aquil. Ecclesie et iacturam cumque Nobb. et prudentes viri Provisores, consilium et Comune ...

que inferius exprimentur. In alia vero tertia parte posuerunt et

desgreverunt Palacium vetus et illam partem Palacii novi usque ad

Balchionem Ser Rigardi secundum signa posita cum scalis extra

pactis et pozollis, vel secundum quod eis placebit. que quidem pars de comuni concordia et consensu ipso

rum trium dicto Ser Simoni pervenit in partem et de dicta parte dictus Ser Simon

se contentum vocavit et contentus fuit salvis etiam pactis que inferius

exprimentur. Que quidem pacta de comuni consensu et voluntate et con

cordia dictorum D. Ulvini, Ser Rigardi et Ser Simonis fuerunt et sunt hec,

scilicet, quod porticalia dictorum Palaciorum debeant remanere aperta et non

debeant claudi. Item quod dicta Palacia que sunt unius solii, quilibet

eorum possit laborare et altius elevare uno solio vel tantum quantum

est camera sive turisella angulli dicti Ser Rigardi et quod possint et

debeant immerlare de foris si volunt sed non intra versus curiam.

Item quod murum intra partem Ser Rigardi et Simonis debet laborari

de parte inter ipsos duos in solium de una lappide cum dimidia usque

latere cum dimidio et ab in supra de una lappide. Item quod quilibet

ipsorum possit laborare et facere fenestras altius et inferius supra suas

partes dictorum Palaciorum. Castrum vero sive turris cum portello exeundi

et intrandi et turrisella supra portam cum porta et cum scalla eundo

supra turrisellam porte et curia cum puteo et illud modicum terreni

inter Palacium D. Ulvini et murum Zironi et Vualdesonem cum domi

nio sint et remaneant comunia ipsorum Dominorum Ser Ulvini,

Ser Rigardi et Ser Simonis. Item quod aliquis ipsorum partem suam

predictorum omnium non debeat nec possit dare vel vendere alicui persone nisi inter se met ipsos. Quam quidem divisionem et pacta et omnia et singula suprascripta dicti D. Ulvinus, ser Rizardus et ser Simon promiserunt et iuraverunt vicissim per se et suos heredes sibi unus alteri ad invicem stipulantibus hinc inde inter-venientibus firma et rata habere tenere attendere et perpetualiter observare et non contrafacere vel venire per se vel alios aliqua ratione dolo ingenio ingratitudine seu causa de iure vel de facto sub pena quinquaginta marcharum ... in singulis capitulis sti-pulata et promissa, que pena totiens peti et exigi possit cum ef-fectu quociens contrafactum fuerit et pena soluta vel non presens instrumentum in omnibus et per omnia semper plenam obtineat firmitatem cum obligatione omnium suorum bonorum mobilium et immobilium, presentium et futurorum ac cum refectione dampnorum et expensarum litis et extra.

Eadem die loco et testibus. Cum D. Ulvinus, ser Rizardus et ser Simon de Valvesono divisionem fecissent de Palaciis et Castro Valvesoni ut constat per instrumentum scriptum per me Jacobucium notarium de Valvesono in eodem millesimo, indictione, die etc. Quia pars dicti ser Rizardi melior erat et avantagata aliis partibus D. Ulvini et ser Simonis, dictus ser Rizardus per se promisit et stetit dare ac solvere dicto D. Ulvino et dicto ser Simoni marchas duodecim soldorum pro quolibet hinc ad festum S. Georgii proxime venturi pro equatione et equivalencia alia-rum partium, pro quibus dictus ser Rizardus obligavit omnia sua bona presentia et futura et cum refectione dampni et expensarum litis et extra et

vocavit se convictus et cum omni meliorামento de Ulvini et Simonis etc. —

Si rilascia il presente fascicolo di pagine dieci, che comprende copie e memorie di atti antichi originali, esistenti in questo Archivio riguardanti la storia patria, allo studente in tale materia presso quest'Ufficio Sig. Vincenzo D.r Joppi e per solo uso di studio di patria storia, a senso del Ministeriale Decreto 12 Dicembre 1871 N.o 19119, comunicato coll' Appellatorio 17 detto n.o 1995.

Dalla R. Conservazione dell'Archivio Notarile prov.

Udine, 4 (quattro) Luglio 1872 (settantadue).

Antonini

1374. 17 Ottobre - Monfalcone

Il Patr. di Aquileja raccomanda al Comune di Gemona di spedirgli il suo contingente di truppe per una spedizione che ei secretamente preparava verso il Carso ———

Marquardus Dei gratia S. Sedis Aquilegensis Patriarcha dilectis fidelibus nostris Capitaneo, Consilio et Communi Terre nostre Glemone

Fideles carissimi. Cum intendamus sub secreto aliqua in Carsis facere que statum et honorem nostrum et Patrie concernunt, fidelitatem vestram affectuose requirimus et rogamus quatenus sicut nostram gratiam cupitis obtinere, militiam vos tangentem et ultra quantum potestis subito preparetis ut cum nos requisiverimus [illegible] saltem per dies octo nobis servire valeatis et die dominica proxima unum ex vobis ad nos mittatis in Civitatem Austriam. Responsivam vero vestram statim D. Francisco Vicedomino super his plenius transmittatis.

Data in castro nostro Montisfalconis die XVII octubris, indictione XII.

(Arch. Capit. Udine)

Pubb.o dal D.r V.o Joppi nell'Archeografo triestino 1877. Vol. 5.o

... non modicum prefate Aquil. Ecclesie et jacturam ... cumque Nobb. et prudentes viri Provisores, consilium et Commune ...

[illegible]

1374

Rivolta di Muggia contro il Patriarca Marquardo, sua sottomissione e punizione de' ribelli.

Nota storica del notajo di Cividale Odorico q. Pietro trovata ne' suoi Protocolli nell'Archivio notarile di Udine

— De recuperatione Terre Mugle

die IV novembris ann. domini MCCCLXXIV.

Dum per aliquos cives de Mugla commissus fuerit excessus videlicet Potestatis eorum carceres armata manu frangentes et quendam carceratum furose arbitrio proprio et contra voluntatem Potestatis occidentes, Rev.mus D. Marquardus Patriarcha (Aquilegensis) eosdem in Utino decapitari fecit et puniri, quendam Raphaelem carceravit et deinde relaxavit. Qui Raphael cum scientia et voluntate aliquorum de Mugla secum aliquibus de Pirano hominibus accersitis, Terram Mugle armata manu intravit clandestine quadam mane et ibi interfecti fuerunt aliqui eius partis adverse et aliqui vero fugam ceperunt. Et sic Raphael iste et sui sequaces Terram modo tirannico regentes, homines captivavant et eorum adversariorum

dum non modicum prefate Aquil. Ecclesie et jacturam, cumque Nobb. et prudentes viri Provisores, consilium et Comune, dix

tam vivorum quam mortuorum divicias auferebant. Videns igitur
prefatus D. Patriarcha quod hec contra suum et suorum hono
nem quodammodo succedebant, dictam Terram Mugle cum
furlanorum suorum exercitu et auxilio ac adminiculantibus
Dominis Comite de Goricia et de Duyno, viriliter obsessisset circha
stetit per quatuor vel quinque diebus. Die autem sabbati
quarto novembris, predicti de Mugla contra tractionem D. Pa
triarche resistere non valentes, gratie ac misericordie
D. Patriarche se et Terram Mugla humiliter tradiderunt.

Pubb.to dal Dr. Vin.o Joppi
nell'Archeografo Triestino
1877. Vol 5.

X

1374. 19 decembre? Fagedis. Contratto di soccida di animali bovini.

26

Gabriele q. Bartolotto not. di Fagedis. Arch. not. Udine.

Anno 1374. ind. 12, die 19 decembris. In Fagedis in domo Decani taber=nari, presentibus D. Gabriele filio q. D. Scherfoletti de Civ. Austrie etc. testibus etc. dictis. Pelegrinus filius q. Mathiussii de Magredis per se et eius heredes fuit contentus et confessus habuisse et recepisse a D. Johanne q. ser Adalpretti de Zucho duas invenchas rubeas et unam vitulam parvam cum omnibus morbis et latentibus et apparentibus et magagnis in soccidam et nomine socide iuxta consuetudinem patrie Forijulii, renuncians exceptioni sibi non datorum non habitorum non receptorum dictorum animalium ex causa predicta et omni legum et iuris auxilio tam canonici quam civili. Pro quorum animalium contra dictus Peligrinus posuit penes dicta animalia unam mar=cham denariorum et denariis 20 et terminus ad solvendum dictam qitram hinc ad proximum festum S. Michaelis prox. fut., pro qui=bus animalibus et eius fructus percipiendis ex eis et omni utilitate extrahenda ex ipsis vel predictis animalibus promisit idem Peligrinus per se et eius heredes eidem D. Johanni stipulanti per se suisque heredibus aut cui ius suum dare voluerit rectam et legalem dare facere partem iuxta consuetudinem Forijulii patrie et de predictis omnibus et singulis dictus Peligrinus per se et eius heredes et cum obligatione omnium bonorum suorum presencium et futurorum etc. ac interesse dicto D. Johanni stipulanti per se suisque here=dibus aut cui ius suum dare voluerit solvere et satisfacere in totum ac respon=dere specialiter Utinum, Aquileiam, Civitatem, Glemonam etc. Sub pena etc. Pro quibus omnibus attendendis etc. D. Peligrinus obligavit pro pignore mobili eidem D. Jo=hanni partem suam dicte soccidatis et cum obligacione omnium aliorum bonorum presencium et futurorum. Cum omni meliorament...

quitra forse quintram?

...tum non modicum prefate Aquil. Ecclesie et jacturam, cumque Nobb. et prudentes viri Provisores, consilium et Commune ...

mou
[illegible]

A
Cap
Vic
tia
Ma
et
que
ten
pen
et
cap
bet
Ph
ha

4

27

Giacomuccio q. Bortolomeo not. di Porcia. Arch. not. Udine.

A. D. 1375, ind. 13. die 9 mensis januarii in Ecl. S. Andree Plebis de Castegnone, in Placito Christianitatis, coram venerabili et honesto viro Presb. Nicolao Canonico Concordiensi celebrante Placitum ~~Christianitatis~~ supradictum extitit sententiatum per Leonardum dictum Baronum, Radivum q. Ticiani de Castegnone, Mancassium q. Candidi de Cavraja, Michaelem q. Zuanini de Aquinio superiori et Dorianum q. Armani de Arcinio inferiori juratos deputatos in hac parte, quod quilibet homo et mulier laborans terrenum supra plebem predictam teneantur solvere decimam de omni laborerio habito et recepto de predicto terreno omnibus debentibus habere et decimam porcorum et vitulorum et agnorum et unum polecinum pro quolibet foco, teneantur solvere ova quatuor pro quolibet capite vitulorum, similiter de porcis et agnis vel parvulos quatuor pro quolibet capite non extrahendo bladum et vinum de festibus suis; presentibus Presb. Andrea Vicario Plebis supradicte, Jacobo q. Arbentini de Florencia habitante in Civ. Austrie, Johanne q.m Lodovici de Colonia.

dum non modicum prefate Aquil. Ecclesie et facturam
cumque Nobb. et prudentes viri Provisores, consilium et Comune

1375. 24 Gennajo. Arcano s. p. Convenzione tra vari rami della famiglia de' Signori di Morozzo di Arcano superiore dei diritti di bandiera cioè del marescial= lato della Chiesa d'Aquileja.

Camp. Morozz. 1895 **28**

In Christi nomine amen. Anno eiusdem domini millesimo trecentesimo septuagesimoquinto, ind. tercia= decima. Die vigesimo quarto mensis Januarii. In Trichano superiori apud Ecclesiam sancti Mauri de dicto loco, presentibus Ser Simone q. ser D... de Rodoglano, Flurino q. Ser Bernardi de Cavoriacho, Bernico q. Jacobi Payeruz de Trichano inferiori, Nathi... q. Berri de dicto loco, Niculussio q. Henrici de Buya habitante in Trichano superiori, Ste= phano filio Chulutti de Gavono et Nicolao filio Venuti q. Bartholomei de ... et aliis pluri= bus ad hec vocatis et rogatis.

Congregatis in unum nobilibus et sapientibus et sapientibus viris dominis Peglo q. d. Federici de Morucio, ser Federico eius nepote q. d. Pertoldi de dicto loco, pro se et Johanne et Anthonio fratribus suis et filiis q. dicti d. Pertoldi pro quibus promisit de ratihabitio= ne videlicet se facturum et curaturum omni exceptione remota quod quum= cumque dicti Johannes et Anthonius fuerint etatis habilis et ipse ser Federicus ... in hoc requisitus ratificabunt et approbabunt omnia et singula in hoc in= strumento contenta in omnibus et per totum, nec non ser Odorico q. d. Panthaleonis de Trichano superiori ex parte una ac etiam nobilibus et sapientibus viris dominis Henrico q. d. Jacobi pro se et Nicoletto ac Rodulfo fratribus et filiis q. d. Francisci de Trichano nepotibus suis pro quibus promisit de ratihabitione videlicet se facturum et curaturum omni exceptione remota quod quumcumque fuerit requisitus ad hoc dictus ratificabit et approbabit omnia et singula in hoc instrumento contenta in omnibus et per totum ser Nicolao dicto Tino q. d. Francisci de Trichano et Leonardino q. d. Thomasii de dicto loco pro se et ser Bartholomeo eius fratre pro quo promisit de ratihabitione videlicet se facturum et curaturum omni exceptione remota quod quumcumque fuerit

dum non medium prefate Aquil. Ecclesie et facturam cumque Nobb. et prudentes viri Provisores, consilium et Comune

requisitus ad hoc dictus ser Bartholomeus ratificabit et approbavit omnia et sin-
in hoc instrumento contenta in omnibus et per totum ex parte alia pro infra
scriptis pactis habendis et declarandis inter ipsas partes videlicet pro dividendis iuri-
bus banere ipsis dominis et eorum heredibus spectantibus et pertinentibus
inter ipsos ordinate pro rata et de anno in annum ut inferius continetur:

In primis quidem voluerunt, ordinaverunt, declaraverunt et ex ipsis nemine
discrepante unanimiter concordes fuerunt reservando dictorum dominorum cuilibet
in se ius suum seu iura sua, quod a festo s. Georgii proxime futuro usque ad
unum annum proxime subsequentem supradicti domini Henricus, Nicoletus, Rodulfus,
Nicolaus dictus Tinus, Zuaninus et Bartholomeus ac eorum heredes una cum Mis de Trichano
inferiori in se habere, tenere et possidere debeant omnia et singula iura banerie ante-
dicte et de ipsis iuribus suam utilitatem et debitum infra dictum terminum facere
prout antiquitus facere consueverant.

Item voluerunt, ordinaverunt et declaraverunt quod elapso dicto anno videlicet incipiendo
in dicto festo s. Georgii ~~proxime futuro~~ proxime sequenti post dictum annum completum et finiendo in alio festo
s. Georgii proxime subsequenti, ~~predictos duos annos~~ supradicti domini Peglus, Federicus, Iohannes et
Anthonius fratres et nepotes dicti d. Pegli de Morucio nec non ser Odoricus q. d. Pantha-
leonis de Trichano superiori ac heredes q. d. Rigardi de dicto loco, in se habere, tenere
et possidere debeant omnia iura banerie antedicte et de ipsis iuribus suam uti-
litatem et debitum facere prout antiquitus facere consueverant.

Item voluerunt, ordinaverunt et declaraverunt quod elapsis et completis dictis duobus
annis, videlicet incipiendo in dicto festo s. Georgii proxime sequenti post dictos duos
annos et finiendo in festo s. Georgii tunc proxime subsequenti, supradicti domini
Henricus, Nicoletus, Rodulfus, Nicolaus dictus Tinus, Zuaninus et Bartholomeus in se
habere, tenere et possidere debeant omnia iura banerie que olim pertinebant ~~[illegible]~~ Matuini

et de ipsis iuribus suam infra dictum terminum utilitatem et debitum facere prout antiquitus facere consueverunt.

Item voluerunt, ordinaverunt et declaraverunt quod elapsis et completis dictis tribus annis sive terminis, videlicet incipiendo in dicto festo s. Georgii proxime sequenti post dictos tres annos et finiendo in proximo festo s. Georgii tunc subsequenti, supradicti dominum Peglus et Federicus ac Johannes et Anthonius fratres de Maracio in se habere, tenere et possidere debeant iura banerie antedicte que olim pertinebant d. Fulcherio et de ipsis iuribus omnimodam suam utilitatem et debitum facere prout antiquitus facere consueverunt.

Item voluerunt, ordinaverunt et declaraverunt quod elapsis et completis dictis quatuor annis sive terminis, ~~videlicet incipiendo~~ in dicto festo s. Georgii proxime sequenti post dictos quatuor annos completos et finiendo in proximo festo s. Georgii tunc proxime subsequenti, supradicti domini Peglus et Federicus ac Johannes et Anthonius fratres de Maracio una cum heredibus q. d. Rigardi de Trichano ~~et~~ superiori in se habere, tenere et possidere debeant iura banerie predicte que olim pertinebant Francischuto de Menzano (sic) et d. Rigardo de Trichano predicto et de ipsis iuribus suam utilitatem et debitum facere prout antiquitus facere consueverunt.

Que quidem pacta sic habita et firmata inter ipsos dominos voluerunt et mandaverunt per se et eorum heredes hinc in perpetuum inter se inviolabiliter observari, ita tamen quod deinceps supradicta iura et actiones banerie antedicte sic divisa inter ipsos dominos valeant et debeant per ratam hinc in perpetuo de anno in annum pervenire ut superius continetur, reservatis ~~deperratis~~ et reservandis quoque omnibus

dum non modicum prefate Aquil. Ecclesie et iacturam, cumque Nobb. et prudentes viri Provisores, consilium et Commune

iuribus cuiuslibetcumque supradictorum dominorum. Que quidem pacta ac omnia et singula in hoc instrumento contenta promiserunt ad invicem habere et tenere firma, rata et grata et non contrafacere vel venire sub pena dupli eius de quo questio ageretur minus quinque soldis veronensium parvulorum in singulis capitulis huius contractus stipulata et promissa, qua soluta vel non presens instrumentum et omnia in eo contenta obtineant plenum robur atque perpetuam firmitatem.

Ego Bindaloretus filius ser Nicolussi notarii de Meduno, imperiali auctoritate notarius supradictis omnibus interfui et rogatus fideliter scripsi scripsi.

Dalla pergam. originale nella Colleg. Joppi in Udine

A Moruzzo 1895

XXXVII

1375. 2 Marzo. Chiesa di S. Zenone di Basagliapenta. Compromesso e sentenza arbitraria per questioni di pascolo comugne tra i Signori di Moruzzo, le ville di Moruzzo, Modotto, Colloredo, Basagliapenta e tra i Signori del castello di Villalta e la Villa di tal nome.

29

In Christi nomine amen. Anno domini MCCCLXXV. indict. XIV. die secundo intrante Marcio. Prope ecclesiam s. Zenonis de Basalgutta, presentibus d. Simone de Rodeglano in Murucio habitante, Zanino q. Coraducii, Missino q. Johannis, Matia q. Pilini, Colussio q. Misani omnibus de Murucio, Odorlico q. Jacobi, Odorlico filio Nassi et Vecillo q. Henrici, Tomasio q. Bere omnibus de Villalta et Bertoloto q. Minici Gironi, Francisco q. Johannis, Tonio q. Andree, Tatiro filio Blasuti omnibus de Faganea et Jacobo filio Zucii, Juliano filio dicti Gucii de Silvella et Sephino de Zuchonico q. Dusse testibus et aliis pluribus.

Cum lis et questio verteretur et esset inter homines et Comune Castri et Ville seu Ville de Murucio, Modoto et Colovario ac Basalguta ex parte una agentes et defendentes et homines et Comune ~~...~~ Castri quam et Ville de Villalta agentes et defendentes ex parte altera de eorum pascuo sive comunea sitis et positis infra confinibus de Murucio et Basalguta et strada que est prope Collum maiorem; et in confinibus sub tavella que dicitur sub ... alnum; et infra sanctum Clementem et Murucium et Villaltam et nomine et occasione pascuum (et de) pratis et campis vacuis sitis in tavella de Murucio et Villalta in loco dicitur Pauglan et nomine et occasione unius silve site infra prata de Murucio et Lauzana que dicitur silva de Lauzana et cum omnibus et singulis dictis pascuis, campis, arboribus, fossatis et rebus spectantibus et pertinentibus ac viis, fossatis et comugnis ac pratis. In presentia dictorum testium et mei Notarii infrascripti Nobiles viri domini Pileus q. d. Federici et Federicus q. d. Bertoldi pro se et fratribus dicti loci et Tomadus q. Gregorii de Prato et Johanne q. Quaglini de Modotto sindici et procuratores hominum et Comunitatis de Muracio, Modoto et Colovario per se et eorum heredes et per omnes alios homines et personas absentes de Murucio, Modoto et Colovario ac Basalguta de rato habendo, obligantes ad hec omnia eorum bona ex parte una agentes et defendentes et Nobiles viri domini Nicolussius q. d. Federici et Luissius pro se et fratribus q. d. Meynardi de Villalta per se et eorum heredes et per alios homines absentes de Villalta et de rato habendo et ad hec obligantes omnia eorum bona ex parte altera, agendo et defendendo, pro quibus omnibus

...

venientes, aucti quamplurimis ... et detrimentum non modicum prefate Aquil. Ecclesie et jacturam, cumque Nobb. et prudentes viri Provisores, consilium et Comune

in hoc instrumento promiserunt dicte partes se ad invicem stipulacionibus hinc inde intervenientibus pro omnibus quorum supra dictum est etc. dictas duas partes (et) Comunitates insimul unaniter et concorditer per se et eorum proprio nomine de rato habendo de omnibus pasquis, comugnis, silvis, campis, pratis, viis, fossatis, sentiris (sic), palutis, dampnis et expensis illatis et factis et de omni eo quod dicte partes unus alteri (sic) inter dictas partes et Comunitates petere possit usque hunc diem presentis contractus unaniter et concorditer se compromiserunt in Nobilem virum d. Fradonum de Bragaco superiori Gastaldione de Faganea et in d. Tomadum dictum Tuoterum de Faganea tamquam arbitros, arbitratores etc. de dicta questione etc. etc. sub pena quatuor centum librarum veronensium parvulorum etc. cuius pene cedat medietas domino Patriarche Aquilegensi, alia medietas parti observanti etc. etc.

Sub dictis millessimo, indicione et die, in loco questionis prope viam eundi de Basalguta versus sanctam Margaretam, presentibus testibus predictis et aliis.

Qui vero dicti arbitri et boni viri et amici de predicta lite et questione, coram testibus predictis et aliis pluribus, partibus presentibus, visis et auditis allegacionibus et demonstracionibus cuiuslibet partis cum ore, testibus, dictis, scriptis ac cum cartis prout ostendere et demonstrare voluerunt et potuerunt et de voluntate et consensu partium predictarum et puro, verissimo concordio et pacto expresso vicissim unus alteri ad invicem stipulantibus in perpetuo habere firmum et ratum de omnibus et singulis infrascriptis et suprascriptis Christi nomine invocato et signaculo sancte Crucis facto, pro bono pacis et amore Nos vero Fradonus de Bragacko superiori Gastaldione de Faganea et Tomadus dictus Tuoterus de Faganea arbitri, arbitratores predicti sentenciando sentenciaverunt, arbitrando arbitraverunt et per sentenciam dederunt quod quolibet tempore quod domini de Castro de Murucio et dederint cum consensu et supra dicti homines et Comunitates de Murucio, de Modoto et Colovrio ac Basalguta vel maior pars istorum dedissent (sic) totam silvam seu partem ipsius de Lauzana ad incidendum eam silvam, quod tunc ipsi homines de Murucio notificare debent dominos de Villalta et homines et Comunitatem Ville de Villalta diem incisionis silve et comunitionem et pactum incisionis, quantitatem et modum quod illi de Murucio tunc dederint, ut antiquitus est observatum inter dictas partes, et tunc dicti homines esse debent in dicta

incisione, pro eorum voluntate stare et incidere et facere ~~inter eos~~ inter eos ut antiquitus est observatum supra predictis comunis et comunitatibus predictis, de Murucio et de Villalta.

Item sententiando sententiaverunt, arbitrando arbitraverunt etc. quod predicti homines et Comunitates de Murucio, Nodosto et Colovario possint ire et pasculare cum eorum animalibus in comunia et in campis vacuis et pratis in omnibus locis sitis in tavella de Pauglano una cum illis de Villalta secundum modum et usum est antiquitus observatum inter dictos homines et Comunitates de Murucio et de Villalta.

Item sententiando sententiaverunt etc. quod dicte partes et Comunitates dictarum villarum ponere debeant unam lapidem magnam prope viam versus meridiem prope campum de Basalguta, qui campus in capite et recte prope rengatam eundo ad trezetum quo itur ad Murucium, prope campum olim Ettoris de Villalta et comunia et ibi facere supra lapis unam crucem pro uno termino ad eundem supra ~~quandam~~ quamdam fossam supra magnas lapides que ibi sunt eundo versus montes in omnibus lapidibus teneantur facere pro qualibet lapide unam crucem incisam usque ad locum quidam sterpi baracii albi ~~Filii~~ Francesutti et Petri de Basalguta siti prope viam qua illi de Villalta vadunt ad Cavorgacum et ibi sit posita una alia lapis assignans pro termino unam crucem et de dicto termino eundo per viam predictam quod illi de Villalta vadunt ad Cavorgacum per traversum campos illorum de Basalguta eundo et confinando usque ad stratam de Basalguta et prope collum maiorem et ibi sit positus unum alium clapum cum signo crucis inciso et hoc pro termino. Item quod predicti homines et Comunitates de Villalta cum eorum animalibus transire non debeant terminos et signa et viam predictam versus Murucium. Item quod Comunitates de Murucio, de Nodosto et Basalguta, de Villalta de dictis lapidibus et terminis assignatis versus Basalgutam et collum maiorem usque ad stratam de Basalguta unanimiter et concorditer in omnibus collis, comugnis, campis, pratis et aliis territoriis vacuis sitis infra dictos confines sine contradictione unius alteri in perpetuo pasculare teneantur et remanere debeant in comunitate eorum et ipsi de Villalta in omnibus aliis locis, pratis, palutis et comugnis sitis versus Murucium et in pratis de Murucio in perpetuum ire non debeant salvo tamen quod in pratis illorum de Villalta … in dictis pratis et pascuis

…tenebat, annis quamplurimis … ad detrimentum et detrimentum non modicum prefate Aquil. Ecclesie et jacturam, cumque Nobb. et prudentes viri Provedores, consilium et Comune …

Item dicti arbitri et arbitratores mandaverunt, arbitrati fuerunt et per sentenciam dederunt quod a partibus predictis predictas sentencias sub pena et penis in compromisso et pena soluta vel non, presens nichilominus laudum, sentenciam, instrumentum et omnia in eo contenta obtineant in perpetuum plenum robur ate.

Item dicto die, loco et testibus et aliis. Dicte partes et Comunitates de Muracio ex una parte, dicti homines et Comune de Villalta ex parte altera, unanimiter et concorditer fuerunt insimul vicissim unius alteri, stipulacionibus hinc inde affirmaverunt, posuerunt et concordes fuerunt, nemine eorum discrepante. In primis quod incipiendo via quod est (sic) prope campum Vanuti filii Tomadi de Prato et ~~...~~ prope campum olim Dussi veniendo per viam in traversio campum Jacobi Targa de Murucio eundo per viam prope bevoicham colli Casarilli (sic) eundo per viam quod itur prope territorium d. Luissi (de Villalta) et prope campos Misulini de Utino eundo per viam quod est crux prope campum Nicolai q. Odorlici ea via eundo quod vadit ad s. Margaretam usque ad locum quod via vadit ad s. Clementum scilicet usque ad stradam illorum et per comunia illorum de Martignaco eundo per viam sea viam quod vadit intra Tomadum et territorium dominorum de Villalta. Ita quod in omnibus collis positis et pascuis sitis infra ... de Villalta et infra s. Clementum, quod in dictis locis homines et Comunitates Villarum de Murucio et de Villalta cum eorum animalibus in dictis collis pasculare debeant et non in aliis locis et predicti homines de Villalta in perpetuum cum eorum animalibus transire non debeant vias predictas versus Muracium nec illi de Murucio transire non debeant supra territoriis illorum de Villalta versus Bulsis.

Que omnia et singula dicte partes perpetuo per se et eorum heredes promiserunt habere et observare et attendere omnia et singula in hoc instrumento contenta sub pena dupli de quo questio moveretur minus quinque solidis veronensium parvulorum et ea soluta vel non, omnia et singula habeant plenum robur.

~~Not.~~ Giovanni di Moruzzo. A. N. U. ~~Arch. notar. Udine~~

1375. 8 Aprile. Aquileja Cessione del castello e Gastaldia di Buia a Francesco di Savorgnano. 30

In Christi nõe amen — Anno nativitatis ejusdem 1375 - indne

1375 - ind. XIII. 8o Aprilis. 13a die 8o Aprilis Aquileje in Sacristia majoris Ecclesiae Aquilejen. Presentibus venerandis et discretis viris D. D. Eberardo canonico, Augustesi et Henrico de Goritia capellanis infrascripti Dni Patriarchae sapiente viro Dno Joanne de Montitalis juris utriusque perito vicario in temporalibus ejusdem D. Patriarchae, Nobilibus et prudentibus viris D. D. Nicolussio de Ragonea ipsius D. Patriarchae Marscalcho, et Nicolao de Prodolone, Joanne Antonio et Jacobino caniparo de Civitate Austriae, Simbaldo de Bardis de Florentia Utini residente, Nicolussio Zerbini Patriarchalis aulae scriba, et Nicolao Manini, Notario de Utino testibus et aliis pluribus ad hoc vocatis, et rogatis.

In presentia supradictorum testium, ac mei notarii infrascripti Rev.mo in Christo Patre, et D. D. Marquardo Dei Gratia Sanctae Sedis Aquilejensis dignissimo Patriarcha, nec non venerabilibus viris D. D. Hermacora de Murusto Vicedgano e Pagano della Ture, Bosici de Jaganea, Guttufredo de Lecho, Joanne de Spiritelles de Civitate Belluni, Joanne Bocca, et Christoforo de Spilimbergo omnibus canonicis supradictae Ecclesiae Aquilejensis loco ca more solitis ad sonum campanae in Capitulo ipsius Ecclesiae, ut moris est, pro infrascriptis specialiter ordinandis, et disponendis invicem congregatis et totum Capitulum supradictum cum plures non essent tunc apud ipsam ecclesiam residentes constituentibus Prefatus D. Patriarcha ibidem exposuit, et narravit quod cum dudum pro feliciori statu, et augmento, et suae Aquileiensis Ecclesiae Castrum, Curiam et Gastaldiam, nec non totam contratam suam Tulmini cum omnibus juribus iurisdictionibus, et pertinentiis suis redimere voluisset, et ut est notorium redimisset de manibus Mag.ci D. Maynardi Goritiae, et Tiroli comitis, qui Castra, et contratam huiusmodi pignoris nomine pro Marchis denariorum quatuor millibus quingentis occupatam detinebat, annis quamplurimis detinuerat ad damnum et detrimentum non modicum prefatae Aquil. Ecclesiae et jacturam, cumque Nobb. et prudentes viri Provisores, consilium et Comune, Sacrae

Civitatis Austriæ tanquam veri atque præcipui dictæ Aqui-
lejensis Ecclesiæ filii et fideles eidem D. Patriarchæ tunc defi-
cienti in pecuniis de medietate supradictæ pecuniæ scilicet de
Marchis denar. duobus millibus ducentis quinquaginta pro
redemptione supradicta nõe puri mutui in prompta pecu-
nia subvenisset pro quibus quidem pecuniis eisdem de Civita-
tem fortilitia Tulmini quam etiam Castrum Sophumberghi cum
medietate omnium censuum, et fictuum ex Gastaldia, seu contra-
ta supradicta Tulmini quomodolibet obvenientium tunc expres-
se et solenniter obligata, et designata extitissent per præfatum
D. Patriarcham, donec eis de suprad.ª mutuata pecunia foret
plene, et efficaciter satisfactum, prout hæc, et alia, istru-
mento publico inde scripto manu Nicolussii Notarii q. Domi-
nici Zerbini de Utino supradicti D. Patriarchæ Officialis et Scribæ
D. Patriarchæ et communis Civitatis pendentibus communito sigillis
sub anno Dni 1367 - ind. 5ta - die I mensis 7bris plenius
continetur - Nunc vero præfatus D. Patriarcha attendens
statum, comodum et perfectum suum et dictæ Ecclesiæ suæ
aquilejensis et propterea volens, et cupiens supradicta castra
et fortilitia, nec non dictam contratam, et Gastaldi-
am Tulmini cum omnibus juribus et pertinentiis suis
de manibus dictorum hominum, et communis Civitatis Austriæ
redimere et adducere, ac tuæ Aquilejensis ecclesiæ patriarchalem
mensam solutis, seu restitutis tamen dictis pecuniis eisdem
de Civitate Austriæ debitis totaliter reducere, ut ex debito
tenebatur ibidem postulavit et requisivit eosdem Dnos D.
Decanum, Canonicos et capitulum ut cum pro redemptione
fortalitiorum et contratæ Tulmini huiusmodi existentibus
expensarum profluvis plurimis et diversis ad plenum pecunias
non habeat, ut expedit immo deficiant sibi marchæ Denar.
sexcentæ triginta duæ scilicet ducati mille quingenti
octuaginta pro solutione dictis de Civitate Austriæ integre
facienda nec pecunias deficientes huiusmodi recte parare possit
nisi fidelium suorum, et suæ Aquilejensis Ecclesiæ ...

consilio, favore, et auxilio succurrant, prefati D.ni Vice Deganus, Canonici et Capitulum eidem D.no Patriarche, et ipsi Aquil. Ecclesie deberent, ac vellent in premissis de opportunis subvenire suffragiis, consilio et favore, tandem autem nominati D.ns Patriarcha, vice Deganus, Canonici, et Capitulum ibidem in instanti, et absque intervallo quocumque super predictis, et infrascriptis solemnibus, et maturis inter se tractatu, collat.e et deliberat.e perhabitis advertentes non fore ad presens res vel bona aliqua dicte Eccl.ie, ex quarum venditione dicte pecunie quantitas recuperari commode posset de Communi omnium consensu pro evidenti utilitate, et necessitate dicte Eccl.ie concorditer deliberaverunt Castrum Bugie alias per predecessores ipsius D. Patriarche pignoratum, et demum per eundem D.num Patriarcham redemptum eiusque gastaldiam cum omnibus, et singulis fructibus, redditibus affictibus, proventibus, juribus, jurisdictionibus et obventionibus universis ad dictum Castrum, et gastaldiam quovis modo spectantibus, concedi et obligari cum pactis, et conditionibus infrascriptis strenuo, et famoso militi D. Francisco de Savorniano nunc dicti D.i Patriarche vice domino generali, eiusque heredibus pro dictis mille quingentis octuaginta ducatis mutuandis per eum eidem D. Patriarche, eiusque Aquil. Eccl.ie antedicte pro recuperatione, et redemptione dictorum fortalitiorum, et contracte Tulmini dictis Provisoribus Hominibus, et Comuni Civitatis Austrie assignandis, tradendis et efficaciter persolvendis, decernentes, et efficaciter declarantes dicta obligationem Castri premissi cum eius Gastaldia juribus et jurisdictionibus antedictis fore minus damnosam, quam alienationem, et [redacted] translationem, seu obligationem feudam alicui alteri persone, sive alicuius alterius rei, vel possessionis, aut fortalitii Ecclesie memorate, imo obligationem huiusmodi feudam ipsi D. Francisco, ut premittitur tamquam minus damnosam, et magis utilem ipsi Aquil. Ecclesie expedire, quapropter

prefatus D. Patriarcha pro se, suisque successoribus, ac vice et noie sue Aquil. Ecclesie antedicte cum ex-so consensu, et voluntate dictorum Dnorum. Vice-decani, Canonicorum, et capituli, et ipsis ibidem coram suprascriptis testibus, et me subscripto Not. predicto, et infrascripta omnia approbantibus, ratificantibus, auctorizantibus, et confirmantibus eorum, et Ecclesie Aquil. predicte noiibus, et ipsi D.D. Vice Decanus, Canonici, et Capitulum cum voluntate et consensu eiusdem D. Patriarche ibidem consentientis et auctorizantis, atque omnes in simul nominatim, et expresse unanimiter, et concorditer ipsorum nemine discrepante pro dicta quantitate pecunie mille quingentorum octuaginta ducatorum auri, et iusti ponderis, quam totam pecuniam prefatus D. Patriarcha ibidem confessus fuit, et recognovit in veritate, et non sub spe numerationis, vel receptionis future pro solvendis et assignandis pecuniis debitis dictis de Civitate Austrie, ut prefertur de pure et vera sorte habuisse et recepisse, exceptioni non habite, non recepte ac sibi numerate, et mutuo assignate ob causas predictas, ac sit, ut premittitur, non .... dicte quantitatis pecunie, et omni alii iuris canonici, et civilis auxilio expresse renuntiantes obligaverunt, et hypothecaverunt eidem D. Francisco ibidem present. pro se, suisque heredibus stipulanti et recipienti supradictum Castrum, et Gastaldiam Buje cum omnibus et singulis fructibus affictuum redditibus, regaliis, iuribus et iurisdictionibus quibuscumque ad dictum castrum, et Gastaldiam quovis modo spectantibus quibus pro custodia, et expensis custodie dicti Castri Buje tandem D. Franciscum gaudere, uti et frui, et illos ac illa habere, et percipere voluerit absque diminutione qualibet sortis et quantitatis pecunie supradicte, donec sibi de dicta pecunia, prout premittitur, mutuata extiterit integre satisfactum &. dantes, et concedentes eidem D. Francisco pro se suisque heredibus stipulant.

authoritatem, et potestatem plenariam, et D. bajliam specialiter reparandi, et fortificandi turrim dicti Castri, ac perficiendi murum palatii ipsius Castri pro abitatione, et pluviarum et stilicidiorum defensione prout eidem D. Francisco melius et utilius videbitur expedire, nec non faciendi in dicto Castro Bujæ ultra promissa omnes impensas, et expensas, quæ videbuntur pro satisfactione dicti Castri, et comodiori habitatione in eodem juxta tamen dispositionem, ordinationem, et mandatum dicti D. Patriarchæ, et successorum suorum prout taxatum per amicos electos, vel eligendos, unum scilicet pro parte dicti D. Patriarchæ et successorum suorum et alterum pro parte eiusdem D. D. Francisci, et heredum suorum existent, expendisse, et expendet futuris temporibus in eodem. Qui quidem amici electi, vel eligendi ut supra pro taxatione huiusmodi fienda saltem semel in anno singulo simul in dicto Castro ad videndum et examinandum expensas singulas debeant convenire promittentes insuper pro se, ipsisque tamquam successoribus eidem D. Francisco pro se suisque heredibus stipulanti, et recipienti litem seu controversiam de dictis Castro et Gastaldia, ac eorum redditibus, juribus et jurisdictionibus prædictis vel ipsorum aliquo ipso D. Francisco, vel suis heredibus aliquatenus non inferre, neci inferrenti consentire, sed ipsum D. Franciscum, eiusque heredes in possessione dicti Castri Gastaldiæ et redditum prædictorum ab omni persona, et universitate legitime defendere autorizare et expedire, vacuamque possessionem dictorum Castri, et Gastaldiæ sibi tradere, ipsumque in eadem possessione facere potiorem donec sibi de prædicto debito, et expensis per eum fiendis, ut supra dictum est facta extiterit satisfactio integralis. —
Præfatus namque D. Franciscus pro se suisque heredibus promisit et juravit corporaliter ad Sacta Dei Evangelia præfatis Domini Patriarchæ, vice Decano, Canonicis et Capitulo

supradictis dictum Castrum Buje fideliter et legaliter ad honorem, et statum dictæ Aquil. Ecclesiæ, custodire ipsum sic victualibus armis, custodibus aliisque necessariis fulcitum tenere, quod sinistrum aliquod propter ipsius negligentiam non incurrat quod ei possit verisimiliter imputari, ipsumque Castrum prefacto D. Patriarchæ, eiusque successoribus apertum tenere bona fide omnibus dolo, et fraude remotis ad eorum libitum voluntatis, hominesque et personas qualibet dictæ Gastaldiæ subjectas ducere rationabiliter per laudum et sententiam juxta Patriæ more, easque ~~et~~ aliter non gravere et insuper Castrum, et Gastaldiam prædictam cum eorum juribus, et pertinentiis supradictis eidem D. Patriarchæ suisque successoribus quandocumque ipsi D. Francisco, vel heredibus suis debitum mutuum huiusmodi, ac expensas fiendas, taxandas, ut superius est expressum, persolverint, seu persolvi fecerint quintadecima die tantum ante, vel post festum Nativitatis D.ni, et non alio tempore, statim restituere, et libere absque difficultate qualibet assignare. Pro quibus omnibus et singulis attendendis, ac firmiter adimplendis prefacti D. Patriarchæ, Vice Decanus, Canonici et Capitulum eidem D. Francisco pro se suisque heredibus stipulanti obligaverunt se principaliter et in solidum, ac eorum, ac cuiuslibet ipsorum, nec non successorum, et heredum suorum ac dictæ Aquileiensis Ecclesiæ bona omnia mobilia et immobilia, presentia et futura Ecclesiastica, et mundana nomine, et pro eo se constituerunt jure precario possidere usque ad satisfactionem plenariam omnium premissorum

et e converso obligavit omnia sua bona mobilia et immobilia, presentia et futura cum refectione damnorum omnium et expensarum litis, et extra, ac interesse. Quibus denique sic peractis prefati D.ni Patriarcha sui proprii, et Vice Decanus, Canonici Capitulum eorum capitudi sigillorum appensionibus jusserunt nexeus istum publicum ad cautellam et majorem roboris firmitatem in huius rei testimonium communiri.

Et ego Odoricus q.m Andree de Utino Aquil. Diocesis authoritate, Imperiali Not.s pub.s supradictique D.ni Patriarche Officialis, et scriba premissis omnibus interfui, et rogatus de mandato eiusdem D.ni Patriarche, scripsi, et fideliter publicavi meo hic signo apposito consueto.

S. N.

Sigillum R.mi Patriarche

(Da una copia esistente fra gli atti dell'archivio municipale di Gemona intorno alla causa coi Felisi di Buja)

N.B. È alle stampe nel fasc. Investiture … pubblicate per le nozze … del secolo corrente (1846)

1378. 26 Agosto. Udine. Sentenza arbitraria nelle differenze tra Elisabetta vedova del Cav. Francesco di Savorgnano ed il di lei figliastro nob. Federico di Savorgnano.

In Christi nomine amen. Nobiles et providi viri domini Schinella miles q. nobilis militis d. Gerardi de Cucanea. Selonus q. d. Bialli de Savorgnano. Simon q. nobilis militis d. Henrici de Prampergo. Paulus q. d. Guicardi de Coloreto. Nicolussius q. d. Odorici de Castro Porpeti, ser Nicolussius Bonbeni q. ser Symonis de Bonbenis de Florentia, ser Nicolaus q. d. Gabrielis de Cremona. ser Detalmus q. d. Indriotte de Indriottis de Utino. ser Nicolaus notarius q. magistri Gregorii de Utino et ser Nicolaus notarius ser Manini de Utino arbitri arbitratores amicabiles compositores et comunes amici electi comuniter et assumpti a partibus in infrascripto (1) compromisso contentis ad cognoscendum amicabiliter et per compositionem atque de iure et de facto videlicet ab honesta nobili et egregia domina Helisabetha relicta olim nobilis et famosi militis D. Francisci de Savorgnano ex parte una et a nobili viro D. Federico nato olim suprascripti D. Francisci parte ex alia de omnibus et singulis peticionibus quas dicta D. Helisabetha petere aut facere posset dicto D. Federico ut heredi dicti olim eius patris pro parte eum tangente tam vigore testamenti et codicillorum scriptorum manu Nicolai notarii q. ser Manini et conditorum per supradictum D. Franciscum quam alia quacumque racione vel causa et quas dictus D. Federicus dicte D. Helisabethe iure petere aut facere posset quibuscumque modis et formis iuris constat in suprascripto compromisso continetur sicut in suprascriptis racionibus et causis ut sic et latius pronunciaverunt dixerunt et sententiaverunt arbitrati fuerunt secundum modum et formam sententialiter ac comuniter infrascriptas:

(1) Il compromesso fu fatto nell'anno, giorno e luogo della Sentenza arbitraria ed in esso è menzionato il testamento del q. Cav. Francesco di Savorgnano fatto in Udine nel 1373 il 2 luglio per il notajo Nicolò q. Manino ed i Codicilli nel 1376 il dì 2 del mese di ..... per mano del d.o Notajo. Nob. Sofia figlia della D. Francesco di Savorgnano ~~moglie del~~ Nob. Vancellao di Spilimbergo, prodotto l'agosto 1378 confermò la sentenza arbitraria.

Nos Schinella miles q. nobilis militis Gerardi de Cucanea. Solonus q. D. Bialli de Savorgnano. Simon q. nobilis D. Henrici de Prampergo Paulus q. D. Guicardi de Coloreto. Nicolussius q. D. Odorici de Castroporpeto. Nicolussa q. ser Simonis de Bonbenis de Florencia. Nicolaus q. D. Gabrielis de Cremona. Detalmus q. D. Indriotte de Indriottis. Nicolaus notarius q. magistri Gregorii et Nicolaus notarius ser Manini arbitri arbitratores amicabiles compositores et comunes amici allecti communiter et assumpti a suprascriptis partibus in suprascripto compromisso contentis. Christi nomine invocato de cuius vultu recta procedunt iudicia et arbitria pro bono pacis et concordie et ut inter partes predictas omnis tollatur dissensio et iurgandi materia et amor inter eas perpetuo solidetur proposito signaculo sanctitatis + Sententiamus mandamus diffinimus promulgamus decidimus declaramus et sententialiter arbitramur videlicet:

In primis quod dicta Domina Helisabetha libere et pacifice non obstantibus aliquibus testamentis vel codicillis de quibus supra fit mentio conditis per olim suprascriptum D. Franciscum militem de Savorgnano et iuribus quibuscumque vigore dictorum testamenti et codicillorum dicte D. Helisabethe acquisitis in Castro Flagonee et bonis et redditibus et usufructibus ac proventibus spectantibus et modo quolibet pertinentibus ad dictum Castrum Flagonee quibus iuribus ipsa D. Helisabetha certificata de suis iuribus quid sint et quid dicant renunciare teneatur expresse prout expresse per sacramentum sibi a me Notario infrascripto prestitat tactis scripturis illico renunciavit promittens debeat cum effectu quod dictum Castrum de Flagonea cum omnibus sibi pertinentibus libere et expedite perveniat et pervenire debeat cum pleno dominio et proprietate sicut olim spectabat ad dictum D. Franciscum

infra octo dies proxime futuros ad manus nobilium Dominorum

Federici Francisci et Hectoris fratrum et filiorum ac heredum

dicti olim D. Francisci et ad eorum custodiam et gubernacionem

cum tota canipa et cum omnibus aliis et singulis suis iuribus et

iurisdictionibus affictibus redditibus ad dictum Castrum qualitercumque

spectantibus ac etiam cum omnibus aliis redditibus et affictibus

quibuscumque de novo emptis per dictum D. Franciscum et per

ipsum deputatis ad dictum Castrum prout in dictis codicillis dicitur

contineri et cum omnibus aliis bonis mobilibus et usufructibus exactis

qui sunt in dicto Castro;

Item quod dicta D. Helisabetha libere sit relevata et absoluta ab omni

onere custodie milicie et aliarum angariarum dicti Castri de Flagonea;

Item quod si casu contingat dictam D. Helisabetham velle habitare

per se et separatim a filiis suis ipsa Domina habere debeat habita=

tionem suam in domo ubi ad presens habitat ad vitam suam. Dummodo

ipsa tamen casta vivendo et ad secundas nuptias non transeundo secundum

formam limitationes condiciones et declarationes contentas et declara=

tas in testamento dicti olim D. Francisci sine contradicione dicti D. Fe=

derici et eius heredum;

Item sententiamus mandamus diffinimus promulgamus decidimus de

claramus et sententialiter arbitramur quod dicta D. Helisabetha habere

debeat in suo dominio pleno et libertate ac proprietate omnia

. . . . Francisci ac omnes et singulos

. . .

alios pannos cuiuscumque conditionis ornamentis fulcitos et decoratos nec non

zugellos quoscumque, lapides preciosos, perlas ac totum argentum et aurum

sive in pecuniis fabricatum qui et que in domo

dicti olim D. Francisci tempore publicationis dictorum codicillorum conditorum

per ipsum D. Franciscum erant et quos ac que in domo eius . . . . .
. . tam in vita quam in morte possit omnimodam facere voluntatem
sine contradicione dicti D. Federici. ita tamen quod dicta D. Heli=
sabetha tempore quo nobilis iuvenis domina Sophia . . .
. . maritabatur . . . . omnibus pannis lineis condecen=
tibus sine aliquo onere vel gravamine aut expensis dicti D. Fede=
rici et eius heredum fulcire . . . .

. . . . pro tercia parte dicti olim eius patris designare et
tradere dicte D. Helisabethe terciam partem vig. . . .

. . . .

curie super dictis bonis omnibus dicta D. Helisabetha habere debeat et
usufructuare pro suis. . . . .

. . . . . . per suprascriptos dominos Schinellam, Selomum.
Paulum et ser Nicolaum magistri Gregorii infra dictum. . . . .

. . . . . .

. . . . . ratione dictorum bonorum
dicte D. Helisabethe infra suprascriptum terminum . . . .

. . . .
de suis propriis bonis pro parte. . . . . . reficere;
Item si contingat dictam D. Helisabetham mori vel ad alias nuptias tran=
sire dicta bona illico revert . . . . fratrum
inter eos equaliter dividenda;
Item quod dicti domini . . . . . . Federicus non possit nec debeat durante
vite tempore quo dicta D. Helisabetha gaudere debet dictis bonis et reddi=
tibus angariare . . . . massarii dictorum
bonorum sine licentia vel beneplacito dicte D. Helisabethe;
Item sententiamus mandamus diffinimus declaramus et sententialiter arbitramur

quod dicta D. Helisabetha cum pleno dominio et proprietate habere
debeat ultra supradicta bona unum mansum situm in Ortagnano
rectum per David et fratres eius et omnia ac singula bona sua
et mansos sitos et sita in villa de Visandono et eius pertinenciis
rectos et recta per quascumque personas nominibus quibuscumque
nuncupentur cum omnibus et singulis eorum et cuiuslibet istorum
decimis et iuribus cuiuscumque condicionis existant de quibus bonis
proxime suprascriptis sitis in Ortagnano et Visandono prefata D. Heli=
sabetha sine contradicione dicti D. Federici et eius heredum tam in
vita quam in morte suam possit omnimodam facere voluntatem se=
cundum formam supradicti testamenti;

item sententiamus mandamus etc quod si aliquod instrumentum
emptionis aliquorum bonorum aut mutui accomodati vel depositi vel
alterius condicionis contractus reperiretur in persona dicte D. Helisabethe
celebratum ipsa Domina teneatur omnia sua iura sibi vigore dictorum
instrumentorum acquisita cedere dicto D. Federico et fratribus et in
eorum personas transferre cum omni solemnitate ita tamen quod per
contenta in presenti capitulo et per prestitas cessionem et translationem
non derogetur aliquibus ex supradictis debitis et ad . . . dicte D. Helisabethe;

Item sententiamus mandamus etc. quod prefata D. Helisabetha habere
debeat a dicto D. Federico hinc ad unum annum proxime futurum
terciam partem ducatorum ducatorum quos dicta D. Helisabetha
habere debebat ab olim suprascripto D. Francisco nomine eius morgen=
gabii et quos dictus olim D. Franciscus ipsi D. Helisabethe legavit;

Item sententiamus mandamus etc. quod dicta D. Helisabetha

suo proprio nomine petere posset ipsi D. Federico virtute seu vigore dictorum testamenti et codicillorum conditorum per dictum olim eius patrem de quibuscumque ipsi D. Helisabethe debitis et legatis in dictis testamento et codicillis et ex forma ipsorum et cuiuslibet eorum ac quacumque alia racione vel causa que dici vel excogitari poterit usque in diem presentem exceptis iudicatis et debitis dicte D. Helisabethe superius declaratis et reservato Domine predicte iure tutele acceptate per ipsam dominam in persona Anne eius filie et Hectoris eius filii et filiorum dicti olim D. Francisci secundum formam testamenti supradicti conditi per olim dictum D. Franciscum prout ibidem in presentia dictorum testium ipsa D. Helisabetha dictam finem ac remissionem dicto D. Federico stipulanti pro se et eius heredibus fecit ipsam finem ac remissionem cum suo sacramento sibi prestito a me Notario infrascripto validando et roborando et quod dictus D. Federicus teneatur et debeat dicte D. Helisabethe suo proprio nomine tantum ut prefertur petere possit usque in diem presentem, exceptis tamen hiis que dictus D. Federicus ipsi D. Helisabethe petere potest vigore presentis et suprascripte sententie. prout ibidem secundum presentem latam sententiam in presentia dictorum testium et mei Notarii infrascripti fecit per se et heredes eius ipsam finem et remissionem etiam cum sacramento validando sibi a me Notario infrascripto prestito.

Quas quidem sententiam mandatum diffinitionem declarationem et arbitrium mandamus dictis partibus sub pena in suprascripto compromisso contenta a suprascriptis partibus inviolabiliter observari et quam sententiam mandatum etc dicte partes ibidem per sacramentum

omologaverunt et eidem acquieverunt.

Lecta lata et in scriptis publicata fuit hec suprascripta sententia per supradictos dominos et providos viros Schinellam militem. Salomonem. Simonem. Paulum. Nicolussium. ser Culussium. ser Nicolaum q. Gabrielis ser Odatalinum. ser Nicolaum magistri Gregorii. Nicolaum notarium ser Manini arbitros Utini in camino parvo domus nove ante cameram magnam et penes stuphum parvam olim solite habitationis suprascripti D. Francisce presentibus supradictis partibus et sententiam per dictos dominos fieri petentibus. Sub anno nativitatis Domini nostri Jesu Christi millesimo trecentesimo septuagesimo octavo. indictione prima. die vigesima sexta mensis Augusti presentibus testibus infrascriptis videlicet. nobilibus sapientibus et discretis viris dominis Asquino milite ac legum doctore de Gubertinis de Utino Hellia eius fratre legum doctore. Johanne q. D. Guarnerii de Cucanea Candido q. D. Aynzii o Henrici de Ragonea. Johannino q. Buglini qui fuit de Pinzano habitante Ragonee. ser Francisco de Valentinis de Utino. ser Johanne q. D. Gabrielis de Cremona. ser Hectore notario q. ser Odorici Meulitet. ser Sirono notario vicecapitaneo Terre Utini q. Palay. Hermano notario q. ser Nicolussii de Percuto. Nicolao q. Jachilli de Partistagno Utini habitatore testibus et aliis pluribus in multitudine copiosa.

Et ego Jacobus filius Marquardi de Fagedis nunc Utini habitans publicus imperiali auctoritate notarius predictis omnibus et singulis interfui et rogatus scripsi meisque signo et nomine appositis consueto in testimonium omnium premissorum.

Da pergamena nell'Arch. dei Nob. Spilimbergo di Sopra Trascritto F. C. Carreri 1886.

I 1375. 16 Aprile. Cividale. Il Comune di Cividale dichiara d'aver ricevuto
32 dal Patriarca d'Aquileja marche 2250 di den. aquil. per la ricupera
dal castello, curia, contrada e Gastaldia di Tolmino dalle mani del Conte di Gorizia.
II Detto anno giorno e luogo = I procuratori del Patriarca dichiarano aver ricevuta la consegna di Tolmino.

Anno domini MCCCLXXXV. ind. XIII. die XVI mensis Aprilis in Civ. Austria, in patriarchali palatio presentibus dominis Nicolusio de Ragonea Marescalcho infrascripti domini nostri d. Marquardi Patriarche Aquilegensis, Jacobino d. Justini, Jo. Antonio q. Gabrii, Bernardo q. Dominici, Sandro Macionario q. Facini omnibus hiis quatuor habitantibus in Civ. Austrie predicta, Johachino q. Francisci, Venuto Cataldini, Nicolusio de Andriotis, Nicolao notario q. Manini, Johanne notario q. Gumbertini notarii omnibus hiis de Utino testibus et aliis pluribus.

Prudentes viri dd. Rudolphus q. d. Nicolai de Portis, Otta[c]us q. d. Nicolai et Marchus notarius q. Stephani notarii omnes de Civitate, tamquam sindici et procuratores dd. Gastaldionis, Provisorum, Consilii et Comunis Civ. Austrie, sicut de procuratorio et sindicatu constat quodam instrumento scripto manu mei Johannis notarii sub eisdem anno et indictione die XIII mensis Aprilis, contenti fuerunt et confessi nomine dicti Comunis Civ. Austrie habuisse et integre recepisse a magnifico milite d. Francisco de Savorgnano et a d. Johanne de Monticulis habitantibus in Utino tamquam commissariis Rev.mi in Christo patris et d. d. Marquardi dei gratia sancte sedis Aquilegensis dignissimi Patriarche, sicut de commissione constat quadam litera sigillata et munita sigillo ipsius d. Patriarche, cuius tenor in precedenti instrumento de verbo ad verbum seriosius continetur, ac nomine et vice ipsius d. Patriarche successorumque suorum et Aquilegensis Ecclesie, dantibus ibidem et solventibus duo mille ducentas quinquagintas marchas denariorum novorum aquilegensis monete, ibidem coram suprascriptis testibus et me Notario in auro partim et argento partim, datas solutas et numeratas aliis quidem per Comune Civ. Austrie datas solutas et traditas pro recuperatione et redemptione Castri, curie et contrate Tolmini de manibus magnifici et potentis domini d. Meinardi Goricie ac Tirolis Comitis pro Ecclesia Aquilegensi, renunciantes quidem exceptioni dicti Sindici et procuratores non habite ibidem non recepte ac sibi non date, non solute et non numerate dicte pecunie quantitatis et tempore huius contractus et omni legum et iuris auxilio tam canonico quam civili quo ipsi procuratorio et sindicario nomine ut supra seu ipsa Comunitas Civ. Austrie se contra in hoc instrumento contenta posset defendere

modo aliquo vel tueri. De qua autem pecunie quantitate prefatus d. Franciscus dedit et solvit prout ibidem dixit, de suis propriis denariis marchas denariorum novorum aquilegensis monete sexcentas profato Breye et Gambius q. Picholi et Candidus notarius q. Misitini uterque de Tulmetio solverunt et dederunt de ipsis duobus millibus ducentis quinquaginta marchis denariorum marchas denariorum novorum aquilegensis monete sexcentas, quas domino nostro Patriarche predicto tenebantur, prout ipse d. Franciscus dixit pro gastaldia Carnee seu pro fructibus et redditibus et proventibus et garitis ipsius Gastaldie emptis per eosdem Gambinum et Candidum. Residuum vero ipsarum duarum mille ducentarum quinquaginta marcharum, Varnerius teutonicus caniparius ipsius domini nostri d. Patriarche in Utino dedit et solvit de denariis d. Patriarche.

Qui autem dd. Rodulphus de Portis, Ottacus et Marchus notarius tamquam sindici et procuratores ut supra, ac nomine et vice dicti Comunis Civ. Austrie eiusque successorum, fecerunt eisdem d. Francisco et Iohanni domini Patriarche eiusque successorum ac nomine et vice Aquilegensis Ecclesie supradicte solempniter stipulantibus et recipientibus, de ipsis duobus mille ducentis marchis denariorum novorum aquilegensis monete finem perpetuam et remissionem quietationem absolutionem et pactum de ulterius aliquid non petendo, dantes ibidem manualiter prefati sindici et procuratores privilegium seu instrumentum vicissim in manibus ipsius d. Francisci nomine ut supra recipientis, quod ipsum Comune Civitatis Austrie habebat in facto Castri, curie et contrate Tulmini sigillatum sigillo domini nostri Patriarche, Capituli Aquilegensis et Comunitatum et aliquorum nobilium Patrie Forijulii, in quo quidem privilegio seu instrumento continebantur pacta et conventiones inita, inite, celebrata et celebrate inter ipsum dominum nostrum d. Patriarcham ex una parte et dictum Comune Civ. Austrie seu sindicos et procuratores dicti Comunis ex parte altera supra recuperatione predictorum Castri, curie, contrate et gastaldie Tulmini de manibus antefati d. Comitis Goritie.

Quam quidem finem et remissionem, absolutionem et omnia et singula in hoc instrumento contenta, antescripti dd. Rodulphus, Ottacus et Marchus notarius sindacario et procuratorio nomine dicti Comunis Civ. Austrie, cum obligatione omnium bonorum dicti Comunis Civ. Austrie

mobilium et immobilium, presentium et futurorum et omnium dampnorum, interesse et expen
sarum litis et extra refectione antescriptis dd. Francisko et Johanni de Monticulis tamquam
commissariis ut supra ac nomine et vice ipsius d. Patriarche eiusque successorum et Aqui=
legensis Ecclesie solempniter stipulantibus et recipientibus perpetuo firma rata et grata
habere tenere et observare promiserunt et nunquam contra in hoc instrumento contenta
nec ipsorum aliquod per se nec per aliquam personam dicere, facere vel venire aliqua
ratione vel causa, de iure vel de facto sub pena dupli eius de quo ex premissis tempore
aliquo questio moveretur, minus quinque soldis veronensium parvulorum in singulis huius instru=
menti capitulis et particulis solempniter stipulata et promissa, que totiens peti et exigi
possit cum effectu quotiens committetur in ipsam et ea pena soluta vel non presens tamen
instrumentum in omnibus et per omnia semper obtineat plenum robur. Cum omni
melioramento et consilio sapientum

1375. 16 Aprile. Cividale. — N.t. Giovanni q. Guglielmo di Cividale. Orig. nella Civ. Biblioteca. Udine.
I procuratori del Patriarca dichiarano di aver ricevuta dal Comune di Civid.
dale la consegna del castello ecc. di Tolmino

Item dictis anno, mense et die et testibus. Magnificus miles d. Franciscus de Savorgnano vicedominus
et d. Johannes de Monticulis iuris utriusque peritus vicarius in temporalibus generalis infrascripti
d. Patriarche tamquam commissarii reverendissimi in Christo patris et domini d. Marquardi
dei gratia s. sedis Aquilegensis dignissimi Patriarche prout de ipsa commissione constat
quadam litera supra in alio instrumento ~~contenta~~ continetur, facta per eos solutione ibidem coram
supradictis testibus sicut supra in precedenti instrumento continetur de duobus mille
ducentis quinquaginta marchis den. novorum aquilegensium alias datis per Comune Civitatis
pro redemptione Castri, curie et contrate Tulmini de manibus d. Comitis, contenti fuerunt et
confessi in se habuisse et recepisse ac sibi datum et consignatum fuisse Castrum superius
Tulmini, medietatem curie, gastaldie et contrate Tulmini a dd. Rodulpho de Portis, Ottacho
q. d. Nicolai Mussatini et Nasicho notario q. Stephani notarii tamquam sindicis et procuratoribus
Comunis Civ. Austrie, ibidem in manibus dictorum dd. Francisci et Johannis de Monticulis
recipientium nomine et vice d. Patriarche predicti et Aquilegensis Ecclesie dictum Castrum

superius Tolmini, medietatem curie et gastaldie et contrate Tolmini, resignantibus nomine et vice dicti Comunis Civ. Austrie predicte, renunciantes quidem dicti DD. Franciscus et Johannes de Monticulis nomine commissario ipsius d. Patriarche eiusque successorum et Aquilegensis Ecclesie omni legum et iuris auxilio etc. quo ipse d. Patriarcha etc. se posset defendere etc. Qui autem DD. Franciscus et Johannes commissario nomine etc. fecerunt antescriptis DD. Rodolpho, Ottacho et Marcho tamquam sindicis et procuratoribus perpetuam finem et remissionem etc. de ipso Castro, medietate curie seu de ipsa etiam curia et contrata Tolmini ac de omnibus et singulis fructibus, redditibus, vadiis, coltis, colletis, impositionibus, fructibus, iuribus et proventibus quibuscumque per ipsam Comunitatem seu per officiales dicte Comunitatis Civ. Austrie usque in presentem diem quomodocumque habitis, exactis et receptis de ipsa gastaldia et contrata Tolmini et de omnibus et singulis a premissis dependentibus et connexis, modo, via et forma quibuscumque, promittentes dicti DD. Franciscus et Johannes tamquam commissarii etc. cum obligatione omnium bonorum dicti d. Patriarche et eius Aquilegensis Ecclesie mobilium etc. prefatis DD. Rodolpho, Ottacho et Marcho tamquam sindicis etc. dictas finem et remissionem etc. perpetuo firma, rata et grata tenere et observare etc. sub pena dupli eius de quo etc. questio moveretur etc. Ceterum d. Franciscus de Savorgnano predictus promisit et se obligavit proprio suo nomine solemniter et expresse dictis DD. Rodolpho, Ottacho et Marcho notario nomine sindicario etc. facere et cum effectu procurare quod dominus noster Patriarcha predictus approbabit omnia et singula suprascripta seu in hoc instrumento contenta et quod bona fide faciet quod Capitulum Aquilegense ratificabit similiter omnia contenta in hoc instrumento.

Not. Gio. q. Guglielmo di Cividale. Bibl. Civ. Udine. Orig.

1375. 17 Aprile – Cividale – Il Comune di Cividale restituisce le somme ricevute da alcuni cittadini per anticipare il prezzo della ricupera del castello e gastaldia di Tolmino.

37

A. D. MCCCLXXV. ind. XIII. die XVII mensis Aprilis in Civ. Austria in domo habitationis Otthoboni Stacionarii infrascripti, presentibus Nicolao notario q. Francisci, Iohanne dicto Spirito, Odorlico q. Milii, Antonio q. Bontadi omnibus de Civ. Austria testibus et aliis.

Otthobonus Stacionarius q. Cavalerii de Civ. Austria vocavit sibi solutum et integrum satisfactum pro se et omnibus et singulis personis que sub eo posuerunt denarios in recuperatione Castri et Gastaldie Tolmini de manibus d. Comitis Goritie a d. Rodulpho q. d. Iohannis de Portis tamquam Sindico et procuratore Comunis Civ. Austrie et nomine ipsius Comunis dante et solvente de trecentis quadraginta una marchis et denariis XLIII denariorum novorum aquilegensis monete, quam pecunie quantitatem posuerant, dederant et solverant alias pro redemptione Castri, curie et contrate et gastaldie Tolmini de manibus d. Comitis Goritie, renuntians ipse Otthobonus exceptioni etc. De quibus autem CCCXLI marchis et XLIII denariis dictus Otthobonus per se et suos heredes ac pro omnibus et singulis qui sub eo posuerant seu posuerunt denarios sub eo causa dicte recuperationis Tolmini, nec non de omnibus et singulis fructibus, redditibus et proventibus quos ipse et quilibet qui sub eo denarios posuerunt in Tolmino dicere seu petere posset usque ad presentem diem Comuni Civitatis predicte causa dicte pecunie quantitatis fecit ipsi d. Rodulpho nomine et vice dicti Comunis Civ. Austrie ~~solempniter~~ stipulanti et recipienti finem perpetuam et remissionem etc. et pactum de aliquid non petendo, promittens dictus Otthobonus per se et suos heredes cum obligatione omnium suorum bonorum etc. dicto d. Rodulpho de Portis nomine et vice Comunis Civ. Austrie predicte solempniter stipulanti etc. dictam confessionem, solutionem etc. perpetuo firma et rata ac grata habere tenere et observare et ipsum Comune Civ. Austrie de dicta quantitate pecunie cum omnibus dampnis ac expensis ac de omnibus expensis temporis preteriti custodie Castri superioris Tolmini usque ad presentem diem pro rata dicte quantitatis pecunie si aliqua questio ipsi Comuni modo aliquo seu forma moveretur causa dicte pecunie seu causa expensarum custodie dicti superioris Castri

extrahere, expedire ac conservare penitus sine damno et numquam contra dicta ... instrumento contenta per se vel aliquam interpositam personam dicere etc. sub pena dupli eius de quo questio moveretur minus quinque soldis etc. ea soluta vel non etc. Cum omni melioramento et consilio sapientum.

Not. Gio q. Guglielmo di Cividale. Bibl. Civ. Udine. Orig.

Seguono altre ricevute di obbligazioni di denari prestati al Comune di Cividale per la ricupera del Castello di Tolmino, fatte nel detto giorno e luogo, cioè da:

Ulvino di Canussio	per Marche di denari Aquil.	182	fertoni 3	denari 18.
Egidio q. M.o Gio. medico	"	327.	"	44
Nicolò q. Filippo drappiero	"	339	"	100
Giacomo di Bernardo	"	172 e mezza	"	100
Ottavio q. D. Nicolò Massabbini	"	50	"	100
Ermanno q. Leonardussio		200 meno 20 den.		
Nicolò Mettron calzolajo	"	163		33 50
Giovannutto q. Bacinello	"	60		
Gli eredi del q. Simvido mercatante	"	210 meno 20 denari		
Gabriele q. Corrado di Trusso	"	100		
Landrio Magiarano	fiorini	100		
Paolo genero di Nicolò Zuies	marche di den.	20		

Detto Notajo

1375. 23. Aprile. Fagagna. I nobili di Villalta affittano una loro Fornace in Caporiacco.

A.D. MCCCLXXV. ind. XIII. die XXIII intrantis Aprilis. In Faganea prope canipam ecclesie s. Marie, presentibus D. Johanne de Cavoryaco q. d. Federici; Henrico et Virhoyo et Bartholomeo fratribus q. d. Petri, Francisco q. Nicolai omnibus de Faganea testibus et aliis.

Domini Luisinus et Odorlicus fratres q. d. Meynardi de Villalta pro se et fratre suo Hendriucio dederunt et affictaverunt Johanni furnesario unam eorum fornacem cum toto terratorio adiacente sita in Cavoryaco, de festo s. Georii futuro ad quinque annos completos, ita quod non possit dimittere et non possit eam auferre usque ad terminum predictum, solvendo annuatim dictis fratribus et eorum heredibus tresdecim marchas denariorum aquilegensium in tribus terminis pro quolibet anno pro rata. In primis et cotta fornace marchas IIII et dimidiam[?] II; item in secunda cotta tot et in tercia cotta totam et integram solutionem dicti ficti, ita quod si pecunia non fuerit persoluta in dictis terminis, tunc prefati fratres D. Luisius, Odorlicus et Hendriuccius possint et valeant predictum Johannem fornaserium et eius heredes accipere de bonis suis usque ad integram satisfactionem de dicto ficto et nichilominus eum capere et substinere tamquam suo massario ubicumque loco et terra quod ipsum Johannem invenerint, ita quod in capite dictorum quinque annorum predictam fornacem et domos dimittere teneatur immelioratas XL solidos et si dictus Johannes fecisset domos de novo, predicti fratres satisfacere debent operum domorum ad estimacionem bonorum virorum de parium predictorum eligendorum. (sic).

Not. Giovanni di Moruzzo, Arch. notar. Udine.

1375, 23 Aprile Udine. Altrupino di Cividale vende il Ponte di Premariacco e suoi redditi ad Antonio q. D. Gallo di Cividale.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem Domini Millesimo
ccclxxv, indictione tertiadecima, die xxiii mensis Aprilis, in Utino supra
podolo quod est in Galeppa S. Stephani Egregi Militis quondam de Savorgnano
iuxta domum habitationis, presentibus egregio Milite D. Francisco
q. D. Federici de Savorgnano habitante in Utino, nobilibus ser Rodulpho
q. D. Johannis de Portis de Civitate Austria, Jacobo q. ser Leonardi Ribis
de dicta Civitate, Johannino filio q. ser Nicolussi dicti Bayni de Pingano,
habitante in Ragonea, Leonardello habitante in Utino q. ser Ossalci
de Lirvidrago sub castellanum familiari dicti D. Francisci Militis,
Angelo de Mossa familiari antedicti D. Francisci Militis, ac Jacobo
Zanno filio q. Jacomini de Civitate habitante in Utino testibus
et aliis pluribus vocatis et rogatis
Ser Altropinus de Civitate Austria q. ser Giravdi de Coneglano, pretio
et foro ducentarum et quadraginta marcharum denariorum
novorum aquilegensis monete quod totum contentus et confessus
fuit habuisse et integre recepisse a ser Antonio Gallo q. D.
Galli de Civitate Austria, renunciant exceptioni non habiti non
recepti etc. per se suosque heredes in perpetuum dedit vendidit
et tradidit ~~eidem~~ et ~~pi~~ infrascriptus Pons cum annuo censu reddito
sive affictu infrascripto, quia pro dicto Ponte solveretur et
solvi deberetur valeret plus pretio suprdicto illud plus dedit et

donavit irrevocabiliter donationis titulo et nomine quod dicitur inter vivos eidem ser Antonio Gallo pro se suisque heredibus et cui dare voluerit ementi et recipienti proprium iure proprii, feudum iure feudi Pontem suum qui nominatur Pons de Premeriacho, posito et hedificato supra Natissam flumen videlicet ab uno latere supra territorio Ville de Premeriacho, ab alio latere supra territorio Ville de Firmano, cum annuo censu reddito iure et aficto, qui et quod solvitur et solvi debetur pro Ponte et iure Pontis antescripti, scilicet solvendo annuatim eidem Antonio Gallo et suis et cui hoc ius suum dederit pro dicto Ponte et iure dicti Pontis per homines et personas habitantes loco et foco in dicta Villa de Premeriacho videlicet pro qualibet domo cum foco sita in dicta Villa de Premeriacho pisonale unum frumenti et pisonale unum surgi et per homines et personas habitantes in Villis de Paderno et Firmano videlicet pro qualibet domo cum foco et pro qualibet Cossano de dictis duabus Villis unam galinam. Ad habendum, tenendum, possidendum et quasi possidendum, dandum, vendendum etc cum omnibus et singulis que dictus Pons ius census et redditus antescripti habent supra se, intra seu infra se cum omni iure, actione, usu seu requisitione, servitute, dominio, honore, comodo et utilitate ad dictum Pontem ius,

redditum seu affictum spectantibus, de iure vel de facto. Quem quidem Pontem cum iure, reddito seu affictu dicti Pontis dictus ser Altrofinus venditor per se suosque heredes et ipsius ser Antonii Galli emptoris nomine precario constituit possidere donec possessionem vel quasi possessionem acceperit vel quasi acceperit corporalem, quam acciperendi etc. promittens antescriptus ser Altrofinus venditor per se suosque heredes cum obligatione omnium suorum bonorum mobilium et immobilium etc. et omnium damnorum et expensarum, interesse litis et extra etc. refectione nominato ser Antonio Gallo emptori suisque heredibus et aliis etc. dictam venditionem et donationem et omnia et singula in hoc instrumento contenta perpetuo firma, grata et rata habere et tenere, ipsum pontem cum iure etc. prescriptis eidem emptori et suis heredibus et cui dederit ab omni homine, universitate, collegio, ecclesia et persona ea ratione legitime defendere, manutenere, varentare, auctorizare et in solidum disbrigare, numquam contra premissa vel infrascripta vel ipsorum aliquod per se vel alios dicere, facere vel venire aut de ipso Ponte, iure et affictu vel parte ipsorum movere litem vel controversiam illam aut donationem huiusmodi ingratitudine vel offensa aliqua revocare ratione aliqua etc. sub pena dupli valoris dicti Pontis, iuris et affictus predicti ut pro tempore plus etc. quod totiens peti et exigi possit quotiens etc. et ea soluta vel non, presens instrumentum et omnia et singula in eo contenta obtineant plenum robur. Pro quibus omnibus attendendis et firmiter observandis precibus et instantia dicti ser Altrofini venditoris ser Rodulphus q. D. Iohannis de Pontis de Civitate et ser Iacobus q. ser Leonardi Ribis presentes etc. de Civitate predicta per se suosque heredes cum obligatione omnium suorum bonorum mobilium et immobilium etc. pro rata extiterunt fideiussores et in iure legitimi

defensores, manutentores ac varentatores, in cuius quidem Pontis, iuris, redditus et afictus predicti tenutam et corporalem possessionem ad ponendum ipsum emptorem Jacobum Zan testes predictos sunt nuntios assignatos etc.

MCCCLXXV. Ind. tertiadecima, die XXIII mensis Aprilis. In pertinentiis de Premeriacho iuxta Pontem infrascriptum, presentibus ser Rodulpho q. D. Johannis de Portis de Civitate, ser Jacobo q. ser Leonardi Vitis de Civitate, M.° Leonardo fabro, Pol q. Fradonis, Jacobo q. M.ⁱ Nicolussii et Donato q. Leonardi his quatuor de Premeriacho et habitantibus in Premeriacho testibus et aliis.

Cum Jacobus Zan q. Jacomini de Civ. Austria datus fuisset nuncius a ser. Altropino q. D. Girardi de Coneglano ad inducendum et ponendum ser Antonium Gallum q. D. Galli de Civitate in tenutam et possessionem vel quasi possessionem Pontis et iuris et afictus ipsius Pontis qui nominatur Pons de Premeriacho, positi et hedificati supra Natisonem fluvium, videlicet ab uno latere supra territorio Ville de Premeriacho, ab alio supra territorio Ville de Firmano, quem Pontem cum omni iure et aficto quod solvitur pro dicto Ponte dictus ser Altropinus ipsi ser Antonio Gallo vendiderat prout continetur quodam instrumento scripto manu mei Nicolai notarii de Castelutto sub millesimo, indictione et die presentibus, prefatus Jacobus Zan adiens dictum Pontem, supradictum ser Antonium Gallum in tenutam et corporalem possessionem dicti Pontis seu quasi possessionem iuris et afictus qui pro dicto Ponte solvitur, posuit et induxit dando sibi de lignis dicti Pontis in manus eundo et redeundo super eum prout in talibus fieri consuetum est et sic idem Antonius Gallus tenutam et possessionem dicti Pontis, iuris, redditus et afictus eiusdem et qui pro eo solvuntur animo et corpore est adeptus

Pergamena in copia dall'originale di mano di Nicolò di Castellutto notajo fatta dal notajo Luigi q. di Filippo de Cottis di Cividale: Arch. Capit. di Cividale Vol. XIV N. 115

1375. 20 Maggio. Cividale. Il Comune di Cividale sborsa 140 marche di den. aquil. per il pagamento della strada fatta nel Canale del Natisone.

36

A. D. MCCCLXXV. ind. XIII. Die XX Maij, in Civ. Austria supra platea publica apud domum Comunis, presentibus Ser Lovisino q. ser Candidi, Placentino q. D. Bertholdi de ~~Faetis~~ ~~Antonio~~ Antonio q. Folci etc. testibus et alijs.

Candussius q. Johannis de Aresia maiore suo nomine ~~et~~ in quantum interesset et nomine et vice heredum q. Bernardi de Aresia maiore, quos promiserunt cum effectu facere consentire ad hec obligans omnia bona sua et Johannes q. Iacobi de Coste alto fecerunt finem et remissionem, quietationem et pactum de non petendo pro se et eorum heredibus Nicolao Mathei de Civ. Austrie Camerario Comunis Civ. Austrie nomine et vice dicti Comunis recipienti de centum et quadraginta marchis denariorum novorum aquilegensis monete, eisdem et dicto q. Bernardo in diversis vicibus datis et solutis, prout dixerunt et expresse confessi fuerunt, pro parte seu nomine et vice Comunis Civitatis predicte, pro constructione et edifficatione Strate Canalis Natissie per eosdem Canducium et q. Bernardum per dictum et ipsum Johannem facte et edifficate iuxta formam pactorum contentorum quodam instrumento scripto manu mei Johannis notarii sub anno domini MCCCLXXIV die . . . . , promittentes dicti Canducius et Johannes per se et eorum heredes cum obligatione etc. eidem Nicolao nomine et vice ipsius Comunis Civitatis eiusque successorum stipulanti dictam finem etc. habere firmam et ratam et non contrafacere etc. sub pena dupli eius de quo et [illegible] premissis questio moveretur etc. qua ea soluta vel non etc. – –

Not. Giovanni q. Guglielmo. Bibl. Civ. Udine. Orig.

tuno [illegible]
fue[illegible]
tat[illegible]
sed[illegible]
pal[illegible]
pre[illegible]
fra[illegible]
ka[illegible]
a [illegible]
a [illegible]
up[illegible]
la[illegible]
u[illegible]
Ut[illegible]
[illegible]

1375. 24 Luglio

Permuta di sedimi nel castello di Savorgnano fatta tra i nobili consorti di quello.

Anno domini MCCCLXXV. ind. XIII die XXIV Julii. Ad tale pactum et concordium fuerunt d. Paganus de Savorgnano ex una parte et d. q. d. Fulcherii et Antonius eius nepos ambo heredes dicti d. Fulcherii ex altera parte occasione unius sediminis positi in dicto castro Savorgnani inter duo palatia videlicet inter palatium dicti d. Pagani et predictorum Doimi et Antonii stabulorum, in quibus predicti D et Antonius tenent equos suos, de pleno amore et concordia predicti Doimus et Antonius fuerunt contenti quod dictus d. Paganus deberet habere supradictam sedimen iuxta murum positum iuxta dictum sedimen a latere inferiori, iuxta alium sedimen positum iuxta murum castellanum a latere anteriori burgi et montem, quantum durat murum castellanum usque ad runchum vocatum Zocco del pasco. Salvo quod d. Paganus non possit laborare in palatium predictorum (sic) D. et Antonii per unum passum comunis ut continetur in una charta facta manu Nicolai q. M.i Gregorii de Utino notarii et dictum passum comunis debeat esse comunis inter ipsos Dominos Paganum, et Antonium.

Paulinus de Civitate notarius.

Da copia nell' Arch. Savorgnano. Busta 159

1395, 5 Agosto. S. Daniele. Convenzione con un maestro tor-
per lavori nel Castello di Ragogna nella parte del
Cav. Simone di detto luogo

MCCCLXXXV, ind. XIII, die V mensis Augusti, presentibus nobilibus
viris Dominicus [illegible] de S. Daniele q. D. Coradelle, Johanne [illegible]
q. Gabrii de Civitate Austrie, Corrado de S. Daniele, Nicolao filio D.
Guigelmi et Odorico Rossitto de S. Daniele fratre presbiteri D.
Johannis plebani S. Danielis testibus et aliis pluribus fidedignis.
Hoc est pactum firmatum et factum inter D. Leonardum q. D. Nichelli
Prandutii de Ragonea procuratorem et procuratorio nomine nobi=
lis Militis D. Simonis de Ragonea ex parte una et Magistrum Lis=
sium filium Uliani de S. Daniele ex parte altera. Primo namque ipse
Magister Lissius per se etc. stetit et promisit ac se obligavit omnibus
suis sumptibus et expensis debere cohoperire turrim ipsius D. Simo=
nis cum tegulis et cuppis et eam de omni lignamine necessario [illegible] ad
tectum quam ad armaturam diligenter armare et aptare et totum
lignamen quod defficeret in dicto opere construendo [illegible]
misit emere et recuperare in ponendo bonum et sanum totum lignamen,
quod nunc poterit in dicto turri reperire et ut dictum est quidquid
defficiet promisit suis expensis recuperare et emere.
Item per similem modum promisit et stetit omnibus suis expensis elle=
vare lindam et eam ad pristinum statum reducere et aptare et forti=
ficare de omni bono necessario lignamine et cohoperire [illegible] cum scan=
dolis ubicumque fuerit necessarium et cum modo glavis necessariis
in muro infigere.
Item simili modo promisit aptare bertonescam palacii, que est usque
domum Nassii et eam fortificare de omni necessario opere.

Item similimodo promisit aptare tectum tam de supra quam de subtus et fortificare de omni necessario lignamine lo ... videlicet scale prope caniparn.

Item similimodo promisit cohoperire coquinam.

Item similimodo promisit cohoperire ipsam domum in angulo usque Petrum ladam.

Item similimodo promisit renovare armaturam dicte domus ... portam usque pontem et eam diligenter de omni necessario lignamine fortificare:

Que omnia promisit bona fide usque ad proximum futurum festum Nativitatis D. N. complere et completo opere stetit in dicto ma gistri Pauli de Glemona si bene factum erit et quidquid defficiet promisit complere et hoc pro precio marcarum XXII denariorum nove rum aquilegensis monete. Nunc quidem ipse Magister Lissius confessus fuit se habuisse supra ipso precio a dicto D. Leonardo dante pro ipso D. Simone ducatos XXXII in auro et residuum debeat habere finito opere Pro quibus omnibus attendendis etc. D. Hector testis predictus pro dicto Lissio se fideiussorem constituit et pro dicto D. Simone, tali modo, quod si ipse Lissius, quod absit, moriretur et non serviverit, quod receperit, quod ipse et eius heredes reddere teneantur quod receperit ultra opus factum. Que omnia promisit complere et attendere ut dictum est in pena librarum quinquaginta etc..

Actum in S. Daniele supra plathea.

Da Giovanni q. Aliuo notajo di Maniago. Arch. Not. Udine.

1375, 8 Agosto — Ragogna. Quitanza dei Nobili di Ragogna, meno D. Nicolò Zopo, de' danni ricevuti dalle genti della Chiesa d'Aquileja, essendo loro stati soddisfatti come dai patti da cui fatto con Francesco di Savorgnano Vicedomino del Patriarcato.

A. D. MCCCLXXV, ind. XIII, die VII mensis Augusti, presentibus nobilibus viris Dominis Francisco filio D. Nicolai Zou de Ragonea, Antonio q. D. Bartoli de S. Daniele, Johanne q. D. [illegible] de Cucanea [illegible], Ridulfo q. D. Jacobi de Pinzano, Briato q. D. Briati de Monte regali nunc gastaldione Aviani, Simone q. Virgilii de S. Daniele nunc Fagagne habitante et Jacobo filio naturali dicti D. Zopi, Gemono q. D. Fantz de S. Daniele, Benardello de Utino testibus et aliis pluribus fide dignis vocatis et rogatis.

Cum Nobilis Miles D. Franciscus de Savorgnano tunc [illegible] Nobiles cuncti de Ragonea preter quam D. Zopus, ab aliis Aquilegensis Ecclesie pervenerint, prefatis Nobilibus dederit litteram cum suo sigillo sigillatam promittens in ipsam litteram quod si aliquid dampnum eis fieret, quod ipse tamquam Vicedominus Aquilegensis Ecclesie eis promittebat reficere integraliter, unde Nobiles viri Domini Simon Miles, D. Zuttus pro se et Diotesalvo nepote filio q. D. Nassinguerre, Candidus q. D. Amici pro se, Leonardus q. D. Ricarducii pro se et [illegible], Antonio et Bennaiutto filiis q. D. Grigoloni [illegible], Zaninus q. D. Nicolussi [illegible] et Habsburgus q. D. Zanei pro se quilibet ipsorum pro se et nominibus antedictis et eorum heredes fuerunt contenti, confessi, taciti et manifesti se habuisse ac integre recepisse omnem et singulam solucionem et satisfacionem dampnorum omnium eis factorum per [illegible] dicte Aquilegensis Ecclesie a prefato D. Francesco Vicedomino renunciantes omni exceptioni ei non dati, non habiti etc. Eapropter prefati omnes

Nobiles pro se et nominibus quibus supra et eorum heredes fecerunt ipsi D. Francisco Vicedomino stipulanti pro se et suis heredibus liberam finem remissionem transactionem et pactum de ulterius non petendo etc de predictis omnibus promissionibus et omnibus hiis que in dicta littera continentur, absolventesque prefati Nobiles de Ragonea ipsum D. Franciscum Vicedominum per Aquilianam stipulationem et acceptilationem etc ac volentes et mandantes ipsam litteram et omnes alias scripturas que in contrarium ipsius D. Francisci apparerent, ea esse cassa et vana etc. Quam finem remissionem et omnia et singula in hoc instrumento contenta etc promiserunt prefati Nobiles de Ragonea pro se etc perpetuo habere firma rata etc et non contrafacere etc in pena duplicius de quo peticio fieret minus solidis veronensium parvulorum. Que vero pena tociens petatur etc. Qua soluta vel non etc.

Actum in Castro Ragonee in domo ipsius D. Simonis Militis.

Giovanni q. Silino notajo di Maniago, Arch. Not. Udine.

1315-80 (circa)

[illegible] Statuto [illegible] controversie [illegible]

[illegible] 1334 [illegible] 1335 [illegible]

40

[illegible] De [illegible] multi [illegible]

[illegible] Johannes [illegible]

[illegible] quod [illegible] denariis [illegible] seu [illegible]

[illegible] xl denariorum [illegible] contrarium [illegible]

[illegible]

Dote sua, et non alibi. Item quod nullus predictorum DD.

[illegible] ella [illegible] Viris [illegible] tie [illegible] testes [illegible] Andree [illegible]

[illegible] et [illegible] maioris quoniam Statuto non [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Statutum [illegible] in [illegible]

[illegible] preiuditium [illegible] alicuius [illegible], nec alicuius [illegible]

[illegible], [illegible] quod [illegible] facere [illegible] in [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] Atensis [illegible] de Atensis [illegible]

[illegible] et [illegible], [illegible] [illegible] [illegible], [illegible]

[illegible] in [illegible] [illegible] [illegible] in [illegible]

[illegible], [illegible] et [illegible] in [illegible] campo [illegible], [illegible]

[illegible], [illegible] [illegible] Statuti. [illegible] [illegible] D. Gab[illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible], quod [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible], [illegible] et [illegible] de Atensis [illegible] [illegible]

[illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

(1). Il protocollo ove è registrato quest'atto, è mutilo e mancante dell'anno, però dall'esame delle date degli istrumenti che lo seguono, [illegible] [illegible] [illegible] stato rogato tra il 1375 ed il 1379.

1375. 8. Nov. Colloredo [Ex Apographo ...]

Accordo tra i Nobili di Colloredo e gli Nobili di Mels sul sacerdote officiante nella chiesa di S. Andrea di Mels.

Anno Dni 1375. Ind. XIII. Die 8. men. Nov. præsentibus Nobilibus Viris

141

Dnis Bartholomæo q. Dni Nicolai fratris de S.to Daniele
Paulo Bojardo q. Dni Gulielmi de Civit.e Austriæ
Nicolao q. Dni Rizardi de Castro Propeti
Bartholomæo q. Dni Nicolai de Brazzacco
Bartholomæo q. Dni Petri de Fagagna Colloreti habit.
Hosimundo q. Dni Ottoli de Susanis et
Petro q. Cesaruti de Verdozio Colloreti habit. testibus
et aliis pluribus ad hæc vocatis et rogatis

NB: Nel Diplomatario Bigotti è più copioso e completo

Nobiles Viri et Domini
Franciscus q. Dni Bernardi
Federicus q. Dni Asquini
Paulus q. Dni Ricardi pro se et Dno
Simone ejus fre pro quo...
Odoricus q. Dni Plizoi pro se et
Jacobo ejus fre ...
Odoricus q. Dni Nicolussii pro se et
Henrico ~~ejus fre~~
Johanne et
Asquino fratribus suis ... prædictis omnibus de Colloreto
ex parte una, et
Nicolaus q. Dni Duringussii pro se
Odorico
Utinurino
Mattia et
Beltrando ejus fratribus ...
Henricus q. Dni Linussii et
Federicus q. Dni Mathiæ pro se
Duringussio et
Antonio ejus fratribus ... prædictis omnibus de Mels ex
parte altera Inter se ad hanc compositionem et
pactum intervenerunt, fecerunt, et afirmarunt.
In primis quidem quod quilibet sacerdos et capellanus
officians, et beneficians in eorum Ecclesia S. Andreæ
de Mels, qui pro tempore fuerint, debeant stare sub
Dote sua, et non alibi. Item quod nullus prædictorum

DD.

DD. audeat nec possit aliquem predictorum sacerdotum qui pro tempore fuerit, in aliquo molestare, vel gravare, nec aliquid eis minuere, vel accipere de bonis eorum prebendis cujuscunque conditionis datis, legatis, et assignatis eisdem prebendis, vel legatis pro Anniversariis aliquorum dictorum DD. antecessorum fiendis per dictos Sacerdotes et Capellanos eorum.

Item si aliquis sacerdos et Capellanus . . . esset negligens . . aliquod dictorum Anniversariorum fiendorum, vel aliqua prebenda vacaret, tunc dicta Anniversaria seu Anniversarium fiant per Cambrarium dictae Ecclesiae qui pro tempore fuerint cum consilio dictorum DD. de Colloreto, et de Mels. Item quilibet Dominus Domus, a quo Domino ejusdem Sacerdotibus et Capellanis aliquid legatum et dimissum fuerit, ipse Dominus habeat proprietatem in bonis dimissis et legatis, affictandi, et disaffictandi, et si in defectu dicti Domini aliquis mansus iret in pristota, tunc ipse Dominus Domus teneatur et debeat supplere ad dictum fictum solvendum dictis sacerdotibus et Capellanis de sua caniparia bonis suis. Item si aliquis mansus sive bonum dictorum sacerdotum eisdem legatis et dimissis non solveret fictum consuetum integre, tunc ipse Dominus Domus, a qua Domo mansus sive bonum descendit, et habet proprietatem in dictis Mansis, sive bonis, teneatur et debeat supplere de caniparia sua in suis bonis integre.

Item ad ponendum et deponendum Sacerdotem et Capellanum, seu sacerdotes et Capellanos in dicta eorum Ecclesia et Capella S. Andreae de Mels, debeant esse simul ad ponendum et affirmandum sacerdotem sive Capellanum in dicta eorum Ecclesia S. Andreae de Mels, et ubi plures voces erunt, sic debeant fieri . . . . . Actum in Colloreto sub Domo Communis. Et ego Jo. q. Magistri Laurentii de Utino Impli auct. Nots.

(1) 1375-79. 20 novembre. Attimis

42

Il nob. Durazzo di Attems protesta contro uno Statuto fatto dal Comune di Attems e dal Gastaldo di Tricesimo contro i giuocatori ai dadi.

Giovanni q. Guglielmo di Cividale notajo, Arch. Not. di Udine.

A. D.... ind...., die dominico xx mensis novembris in Centa de Atems sub lozia Comunis, presentibus Dominis Asquino D. Hermanni, Jacobo et Bartholomeo fratribus q. D. Franciscutti, Varnerio D. Philippi omnibus de Atens, Vorlio q. Nicolai de Sophumbergo habitante in Partistagno, Nicolao q. Antonii de Civ. Austria testibus et aliis pluribus in multitudine copiosa.

Coram D. Johanne q. D. Morandi de Castellerio Gastaldio in Tricesimo et in plena Vicinantia hominum de Atens ibidem ad sonum campane ut moris est solempniter congregata, nobilis vir D. Duratius q. D. Duringusii de Atens personaliter constitutus proposuit dicens, quod ad eius notitiam est deventum quod ipse D. Johannes Gastaldio una cum quibusdam hominibus Ville de Atens velit facere unum Statutum quod nemo audeat taxillari seu ludere cum taxillis pro denariis, seu pro vino, seu pro alia re in nocte in canipa aliqua, nec in domibus seu alibi in villa seu centa de Atens in pena XL denariorum pro quolibet et pro qualibet vice: unde cum huiusmodi Statutum si fieret, sit contra ius et consuetudinem et iurisdictionem Nobilium de Atens, protestatus fuit idem D. Duratius pro se et suis masariis quod huic Statuto non consentiebat nec intendebat consentire nec deberet huiusmodi Statutum esse in suum aliquod preiuditium nec alicuius sui masarii, nec alicuius sui familiaris, dicens quod intendit facere vendi vinum in sua canipa et in domo sua in centa de Atens et in Villa de Atens ubi magis voluerit, in nocte et die, sicut est hactenus usitatum, protestans quod si aliquis in nocte luderet ad taxillos seu alium ludum pro denariis vel pro vino et pro aliqua re in sua canipa vel domo, non incurrat penam dicti Statuti. Quibus sic auditis D. Gastaldio predictus dixit protestando, quod intendebat in quantum in eo erat quod ius Aquilegensis Ecclesie et ius Dominorum de Atens sit semper salvum, de quibus rogatus scripsi instrumentum etc.

(1) Il protocollo ove è registrato quest'atto, è mutilo e mancante dell'anno, però dall'esame di esso e degli altri istrumenti che lo seguono, desumesi essere stato rogato tra il 1375 ed il 1379.

Dall'opuscolo - Statuti di Attimis a cura di Vinc° Joppi - Udine Kitz. 1879

[illegible]

dou[illegible]

q. 2[illegible]

on[illegible]

nor[illegible]

[illegible]

[illegible]

in[illegible]

non[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

de[illegible]

[illegible]

me[illegible]

[illegible]

1376 23 gennaio ... [illegible] ... [illegible]
[illegible]
[illegible]

Giovanni q. Guglielmo not. Arch. not. Udine

A. D. 1376, ind. XIV, die XXIII januarii, in Civ. Austria sub domo Comunis, presentibus DD. Jacobo q. D. Leonardi de [illegible], Rodulpho q. D. Johannis de Portis, Jacobo q. Bernardi, [illegible] q. Jacobi [illegible] omnibus habitis in Civ. Austrie, Johanne notario q. [illegible] notarii de Utino testibus et aliis.

[illegible] Petrus [illegible] q. Johannis et Stephanus q. [illegible] utrique de Stayn [illegible] promiserunt iurantes ad sancta Dei evangelia [illegible] prestito iuramento eorum nomine et nomine et vice Vandili de Stayn et quorumcumque [illegible] suorum in manibus providi viri D. Jacobi q. Hermanni de Civitate Austrie tamquam Provisoris Terre [illegible] stipulantis et recipientis nomine et vice omnium et singulorum quorum interest seu interesse poterit et posset quomodolibet in futurum [illegible] investitionis seu intromissionis noviter fate ad instantiam Nicolai Petiz, becarii de Civitate, seu quorumcumque civium [illegible] [illegible] Civitatis Austrie et Utini de decem et octo [illegible] [illegible] ipsorum Petri et Stephani et Vandili et [illegible] [illegible] seu occasione damnorum, interesse et expensarum

que et que ipsi habuerint usque quandolibet substinuerint seu occasione quorumcunque dependentium a premissis bellis seu eorum occasione, nullam faciant per se nec per aliquam interpositam in iuriam vel offensam, molestiam nec gueriam in personas seu bona ipsius Nicolai Pesig, nec aliquorum hominum de Civ. Austria seu de Utino seu aliquorum quorumcunque subditorum Dni Patriarche Aquilegensis et Ecclesie Aquilegensis. Insuper per sacramentum suum promiserunt efficaciter procurare et bona fide quod pro parte D. Hermani Comitis Cilie etc et pro parte Iudicis, Iuratorum et Comunitatis de Stayn et pro parte ipsius Vandili litere munite sigillo ipsius D. Hermani Comitis Cilie etc et Comunitatis de Stayn usque ad mediam quadragesimam proximam venturam dabuntur, mittentur et presentabuntur Comuni et Consilio Terre Civ. Austrie, finis et absolutionis et quietationis de ipsis arrestatione, sequestratione bellis et damnis et expensis in favorem ipsius Nicolai Pesigs et omnium et singulorum subditorum Dni Patriarche Aquilegensis Ecclesie, obligantesque se omnia bona sua etc. –

1346, 10 magg. [illegible] [illegible]
[illegible]
[illegible] alcuna persona.

Giovanni q. Guglielmo not. di Civ. [illegible] [illegible] [illegible]

. A. D. 1346, ind. XIV die veneris XVI mensis maij, in Civ. Austria, super
platea publica apud domum Comunis, presentibus DD. Johanne de [illegible]
grano gastaldione Civ. Austrie, Rodulpho de [illegible], Ottacho q. D. Nicolai,
Jacobo q. Hermanni, Francischo [illegible] q. Sandri, Federico q. Stephani Balden-
tini omnibus habitantibus in Civ. Austria, [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] copiosa.

Mathia preco comunis Civ. Austrie ex parte Rev.mi in Christo Pa-
tris et D.D. Marquardi Dei gratia S. Sedis Aquilegensis dignissimi
Patriarche et ex parte Dominorum Johannis de [illegible] grano
Gastaldionis Civ. Austrie, Provisorum et Consilii Civ. Austrie predict.
alta voce preconia proclamavit quatenus sub obtentu gratie pre-
fati Dni Patriarche et sub pena quam idem Dominus noster Pa-
triarcha cum suo Consilio cuilibet contrafacienti imponere voluerit,
aliquis terrigena, habitator seu vicinus Terre Civitatis predicte non
debeat equitare extra Civ. Austriam predictam causa offendendi
aliquam personam in Patria Forijulij vel extra Patriam. —

Item die eodem, in Civ. predicta supra platea mercati Civitatis predicte
presentibus etc. Mathia preco predictus audito a platea de prope
domum Comunis recedens a [illegible] voce preconia ibidem supra platea mercati
proclamavit in omnibus et per omnia prout supra. ═══

A.D. [illegible]

Johan[illegible]

[illegible]

uff[illegible]

tiens [illegible]

gaft[illegible]

mon[illegible]

p[illegible]

1376 5 giugno. Fagagna. Rifiuto di conchiudere tregua Andrea di Fagagna.

A.D. MCCCLXXVI. ind. XIV. die V intrante Junio In burgo Faganee prope ecclesiam Johannis, presentibus ser Tustiro et Meynardo q. d. Firtti de Faganea testibus et aliis

Philippus q. d. Nicolai de Faganea vicegastaldio Faganee dicens Culussius q. ser Naussii de Faganea quod faciat trevas Jacobo filio Gardrussi. Ad hec dictus Culussius dicens quod ipse non vult sibi facere trevas quod ipse non sit (sic) quod sit vicegastaldio prout dictus Philippus sibi mandavit quod faciat trevas in pena unius marche et noluit facere. Post sibi mandavit in pena librarum L et ipse noluit facere, post sibi mandavit in pena centum librarum et iterum recusavit.

Not. Giovanni di Moruzzo. Arch. notar. Udine.

1376 - 8 Giugno - Cicconico - Compromesso in arbitri e loro sentenza nelle questioni per pascoli fra le Ville di Cicconico e dei Signori di Villalta da una parte e la Villa di Blessano.

46

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo septuagesimo sexto, inditione quartadecima, die octavo intrante Junio. In villa de Zuchunico in platea ipsius Ville, presentibus ser Tuotero de Faganea q. d. Rodulfi de Buya, Blasuto q. Philippi, Jacobo et Bonassio fratribus q. Martini et Tomado q. Albrici omnibus de Faganea testibus et aliis pluribus.

Convenientibus in unum hominibus et personis Ville de Zuchunico de mandato preconis et ad sonum campane et more solito congregatis pro vicinantia facienda, videlicet Michaele q. Pidussi Potestate ipsius Ville de Zuchunico et Leonardo de Puteo et Nicolao q. Marchi Juratis ipsius Ville, dominorum Lursii, Odorlici et Hendriucii fratrum de Villalta et vice et nomine ipsorum tamquam ius et girium in dicta Villa habentium et Miano q. Vidussi, Cilio q. Francisci, Leonardo q. Sabadini, Tonio q. Come, Dominico et Girussio, Bartulo q. Dusse, Sabadino q. Come, Marcucio q. Morassi, Calussio q. Jacobi, Vidussio q. Nicolai, Vercio Francisco q. Dominici, Guicardo q. Driucii, Johanne q. Artici, Philippo q. Jacobi, Stephano, Francisco q. Martini, Mucio q. Jacobi et Candido q. Pizuluti et Philippo de Puteo et aliis viciniis quampluribus dicte Ville de Zuchunico, omnes predicti Potestas, Jurati ipsius Ville et dicti homines et Comune omnimodo, iure et forma quibus melius efficacius atque potest fecerunt, constituerunt etc. suos et dictorum hominum et Comunis Martinum q. Johannis de Ronchis, Nicolaum q. Miussi, Dreca q. Simonis et Minicum q. Come et Simonem q. Drege et Nicolaum q. Driucii ibi presentes etc. suos certos nuncios et veros syndicos, actores, procuratores etc. in omni lite et questione quam vel quas homines et Comune de Blessano movent seu movere intendunt etc. hominibus et Comuni de Blessano occasione predictorum dictorum hominum et Comunis de Zuchunico occasione pignorationis quod predicti homines de Zuchunico fecerunt supra pratis vacuis eorum dictis hominibus de Blessano et occasione quod dicti homines de Blessano supra pratis vacuis et dictorum hominum de Zuchunico dum sunt segatis usque ad S. Floryanum et ipsi de Zuchunico recusant ac occasione quacumque seu causa dependentibus ex predictis pratis ac pignoribus et generaliter in omnibus aliis et singulis casibus, litibus et questionibus etc. coram reverendo in

in Christo patre et DD. Marquardo dei gratia sancte sedis Aquilegensis Patriarcha quam quolibet eius Vicario et ad agendum, defendendum, petendum etc. etc.

Item die VIII mensis Junii. In domo Comunis de Villalta, presentibus nobilibus viris DD. Luysio, Odorlico et Indriuccio q. d. Meynardi de Villalta, Tomado dicto Tuotiro de Faganea, q. d. Rodulfi de Buya, Bartoloto de Basalgutta, Niclao q. Francisci, Niclao dicto Ferro q. Dominici, Artusico q. Dominici et Matia q. Johannis omnibus de Martignaco, Odorlico Sartore et Corrado q. Rodulfi de Faganea ambobus de Villalta testibus et aliis pluribus.

Martinus q. Johannis de Ronchis, Niclaus q. Mussi, Drea q. Simonis et Minicus q. Come et Simon q. Endree et Niclaus q. Hendriuccii procuratores et sindici, homines et Comune de Zuchanico pro se ipsis et aliis de Zuchanico ad quos spectat, pro quibus promiserunt de rati habitione, tamquam sindici et procuratores dictorum hominum et tocius Comunitatis de Zuchanico et de voluntate et consensu dominorum predictorum de Villalta et testium predictorum tamquam ius, dominium et giritum eorum de Zuchanico et eius pertinenciis ex parte una et Pizulus q. Tomadi et Stephanus filius Petri Faoni de Blesano tamquam sindici et procuratores hominum et Comunis de Blesano prout de sindicatu etc. constat in publico instrumento scripto manu mei Johannis notarii infrascripti sub dictis millesimo et indicione, die vero XXVI mensis Madii ex parte altera, eorum proprio nomine et nominibus vice et nomine omnium et singulorum hominum et Comunis de Blesano et promiserunt de rati habitione, de omni lite et questione que vertitur inter ipsas partes seu verti et esse potest nomine et occasione pratorum predictorum hominum et Comunis de Zuchanico, sitorum et positorum infra confines de Zuchanico et de Blesano, in quibus pratis iidem de Blesano asserunt se ius pasculandi habere cum suis animalibus quando prata sunt segata et vacua usque ad s. Florganum, ut antiquitus erat per eos usatum et ipsi de Zuchanico asserunt quod ipsi de Blesano non habent ius pasculandi in eorum pratis vaccis sed continue sunt impignorati. Prefati sindici et procuratores

de Zuchunico in d. Tuoterum de Faganea et iidem de Blesano in Tomasium q. Bere
de ~~Blesano~~ Villalta et si in deffiniendo concordes esse non possent pro comuni amico in me Iohan-
nem notarium infrascriptum tamquam in arbitros, arbitratores et amicabiles composi-
tores comuniter et concorditer compromiserunt, dantes quoque dicte partes suis et nominibus
quibus supra eisdem arbitris plenam et liberam potestatem et auctoritatem arbi-
trandi, sentenciandi etc. in predictis et circha predicta etc. promittentes dicte par-
tes etc. corporali prestito sacramento michi Notario firmum, ratum et gratum
perpetuo tenere etc. omne et totum et quidquid per ipsos arbitros vel duos eorum
sentenciatum etc. fuerit in premissis etc. sub pena centum librarum veronensium
parvulorum, cuius pene medietas cedat ipsis arbitris, alia medietas parti sentenciam ob-
servanti pro parte que illud infringerit persolvenda et qua soluta vel non etc.

Item die loco et in presencia dictorum testium et mei Notarii et aliorum. In Christi
nomine amen. Nos Tomadus dictus Tuoterus de Faganea et Tomasius q. Bere de Vil-
lalta arbitri et arbitratores et amicabiles compositores litis et questionis vertentis
inter Martinum q. Iohannis de Ronchis, Nicolaum q. Miussi, Dream q. Simonis et
Minicum q. Came et Simonutum q. Dree et Nicolaum q. Dricii sindicos et procuratores
hominum et Comunis de Zuchunico ex parte una et Pizulum q. Tomasini et
Stephanum filium Petri de Blesano procuratores et sindicos hominum et Comunis de
Blesano ex parte altera, occasione pratorum predictorum hominum et Comunitatis
de Zuchunico positorum infra Zuchunicum et Blesanum, in quibus pratis ii-
dem de Blesano cum eorum animalibus se ius pasculandi habere in eisdem quando
sunt prati segati usque ad S. Florianum asserunt, visis, auditis et examinatis
iuribus et allegacionibus utriusque partis que dicere et producere voluerunt ac supra
his deliberacione habita diligenti et auctoritate arbitraria nobis in hac parte
concessa, Christi nomine invocato de cuius vultu recta procedunt iudicia sen-
tenciamus, arbitramus et mandamus quod incipiendo quod homines et Comune de Zuchunico

vel aliquis ipsorum segaverit prata seu prati ipsorum de Zuchunico vel ipsorum
aliquis, quod tunc quod prati vel aliquis ipsorum sunt segati, pro gratia speciali in perpetuo duratura quod
quod ipsi homines et Comune de Blesano possint et valeant pascalare cum eorum
animalibus in dictis pratis vel aliquo ipsorum, excepto porcis seu porcas (sic) et hoc
de die segationis et pratis vacuis usque ad diem festum SS. Jacobi et Philippi
primo die mensis Madii et hoc per totum diem, salvo si remanserit in dictis pratis
vel aliquo ipsorum aliquam medam feni et predictos homines de Blesano vel aliquis ipso=
rum cum eorum animalibus vel aliis modis fecisset dampnum, quod tunc teneantur
satisfacere dampnum cui vel quibus personis de Zuchunico habuerint et solvere
moltam consuetam et de dicto die SS. Jacobi et Philippi omnia et singula prata dicto=
rum hominum de Zuchunico si sint et esse debeant imbanditi usque ad diem sega=
tionis pratorum predictorum et hoc sit perpetualiter.

Item sentenciamus, volumus et arbitramus atque mandamus, quod predicti homines et Co=
mune de Blesano annuatim perpetualiter pro pratis et pasuis predictis teneantur
et debeant dare et solvere dictis dominis Luysio, Odorlico et Endriuccio fratribus
de Villalta vel alicui ipsorum et eorum heredibus nomine fictus perpetualiter in
die S. Jacobi et Philippi primo die mensis Madii denarios centum et quatuor aqui=
legenses et viginti libras casei vel octo diebus post et de predictis denariis prefati domini
Luysios, Odorlicus et Endriuccius et eorum heredes annuatim teneantur per eos receptos vel
aliquis ipsorum, ea pecunia recepta, dare et solvere ad fabricam Ecclesie Sanctorum
Cosme et Damiani de Zuchunico denarios XXIV aquilegenses.

Item volumus, sentenciamus, arbitramus et mandamus si aliquo tempore in dicto termino vel
ante, prefati homines et Comune de Blesano non dedissent et solvissent pecuniam et
caseos, quod tunc tempore sint caduta (sic) omnia eorum iura et in perpetuum
in predictis pratis pascalare non possint nec debeant et non amplius habeant aliquod
ius supra predictis pratis.

Que quidem omnia et singula suprascripta precipimus ab eisdem partibus sub pena

centum librarum veronensium parvulorum in compromisso apposita per partem non observantem, premissa tociens persolvenda, tociens committetur in in ipsum firmiter et inviolabiliter observari et pena soluta vel non, presens nichilominus laudum et sentencia et omnia in eo contenta obtineant plenum robur. Qua sic lata sentencia in eodem statu partes predicte, sindici et procuratores sindicariis nominibus antedictis, ibidem probaverunt et ratificaverunt, laudaverunt in omnibus et per omnia. Lecta et lata et sentenciata et pronunciata fuit sentencia antedicta per arbitros suprascriptos.

Not. Giovanni di Moruzzo Arch. not. Udine.

1376. 12 giugno. Friedis. Dono di una parte di bura nella
Contrada di Bertiolo

Gabriele q. Bortolotto not. di Fried. Arch. Not.

Anno 1376. ind. 14. die 12 junii. In Fozedis sub tilio in platea parva Comunis, presentibus D. Matthiussio filio nob. viri dom. D. Varnerii de Cucharea et testibus et aliis.

Herasma uxor q. Culote de Bratiulo pro bonis serviciis iam habitis et receptis et quibus sperat habere a Ven. viro D. Presb. Baptista Plebano Flambri nunc cessit donavit transtulit ac mandavit eidem Presb. Bapt. ... unam suam partem unius bure que ei tangit pro parte que iacet in contrata ville de Bratiulo et omnem actionem, rationem, utilem, directam que supradicta Herasma habeat in predicta bura cuius hii sunt confines, ab una parte possessionem Nicholussii Macharoni de dicta villa Bratiuli a secunda parte possessionem Bernardi Marochi de dicta villa, ~~Menigus Decani et si meliores~~ a tercia parte possessionem Menigus Decani et si meliores forent confines, ad habendum tenendum quantum ad predictum ius omne sibi datum est et etiam partem tocius domini[?] comunis que est in in manso Culote que nunc regitur per uxorem et repotem Cum omni melioramento.

1376. 19 de decembre. Aquileja. Giberto Vescovo di Parenzo Vic. in Pont. del Patr. Marquardo, conferisce la tonsura a due Chierici.

48 Pietro de Loca di Reggio, notajo in Udine. arch. Not. Udine.

MCCCLXXVI ind 15. die sabbati quatuor temporum XVIIII mensis septembris. Actum Aquilegie in loco Capituli Aquilegensis presentibus Ven.bus viris D. Hermanno de Murucio Canonico, Presb.is Johanne de Verona et Zanino de Venetiis mansionariis Aquil.is Ecclesie testibus et aliis.

Reverendus Pater D. Frater Gibertus Dei gratia Episcopus Parentinus Rev.mi in Christo Patris et D. D. Marquardi Dei gratia S. Sedis Aquil. Patriarche in Pontificalibus Vicarius Generalis, Mattheo filio Nicolussii notarii de Utino q. Jacobi de Samerdencha Aquil. Dioc. de legitimo matrimonio nato in forte maiori desideranti ascribi militie clericali, primam contulit tonsuram secundum S. Romane Ecclesie formam. Item primam tonsuram contulit Andree filio Presb. Nicolai de Cavatio vigore dispensationis manu mei Petri notarii scripte etc eidem. Ep. Episcopo fide facta de eadem. —

1376. 23 ottobre. Udine. Lettera del Patr. d'Aq. Marquardo al Clero che non aveva contribuito alla tassa imposta per le ambascerie da spedirsi al Re d'Ungheria ed alla Repubb. di Venezia e pene contro gli stessi.

49 Ermanno fu Nicolò notajo di Udine, Arch. not. Udine

Marquardus Dei gratia S. Sedis Aquilegensis Patriarcha, Universis et singulis ... Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archipresbiteris, Plebanis, Presbiteris, Vicariis, ceterisque ecclesiarum rectoribus et ministris in Civitate et dioc. Aquilegensi constitutis ad quos presentes pervenerint, salutem in Domino.

Ad vestram et cuiuslibet vestrum noticiam deducimus per presentes quod nos pro certis rationabilibus et oportunis causis pro ecclesia et Patria Fori Julii nostrarum, subditorumque nostrorum bono statu et tranquillitate Sacratissimum Dominum Regem Ungarie et Dominium Venetorum nostros solemnes destinavimus ambaxiatores et pro predictis ambaxiatis et negotiis exequendis de voluntate et deliberatione existentium tunc penes nos pro clero nostro, pro oneribus et expensis dictarum ambaxiatarum rationabiliter [illegible] supportandis congruum et honestum fuit, Vos universos et singulos contribuere ad expensas et onera antedicta sub excommunicationis sententia in vos et vestrum quemlibet in termino alias assignato et elapso non solventes suas partes [illegible] ratas dictarum expensarum per alias nostras literas vobis. . .

Nonnulli Plebani et Clerici prefati nostre Diocesis quorum nomina inferius sunt descripta in termino per nos . vobis et ipsis competenti assignato et iam elapso ratam eos et quemlibet ipsorum contingentem Marquardo plebano Glemone et Canonico Utinensi in Utino Collectori per nos ad hoc in premissis specialiter deputato solvere minime procuraverunt. Ideo ne prefati non solventes quorum nomina ut profertur inferius sunt descripta de eorum pertinentia valeant gloriari. Vobis omnibus et singulis tenore presentium committimus et sub excommunicationis pena districte precipiendo mandamus quatenus in Ecclesiis vestris infra missarum solemnia dum ibidem maior aderit populi multitudo singulis diebus dominicis et festivis, campanis pulsatis et candelis accensis et demum

extinctis ut manifestum, prefatos non solventes excommunicatos publice nuntientur tamdiu donec corde contrito ad ecclesie et nostra mandata redierint humilliter petituri ac ratam de premissis expensis eos tangentem prefato Collectori nostro assignaverint cum effectu et a nobis seu nostro in spiritualibus Vicario vel ab eodem Collectori cui in premissis absolvendi prebuimus plenariam potestatem absolutionis beneficium meruerint obtinere. Mandamus insuper ut cum presentes unum vestrum fuerit presentatum ipsas earum latori restituatur illesas ut eas aliis valeat presentare. Has autem litteras nostri Sigillum impressione munitas ad cautelam decimas registrari; de quorum presentatione relationi latori earum nostri iurati nuntii dabimus plenam fidem.

Data in Castro nostro Serpenbech XXIII octubris, Anno Domini MCCCLXXVI. ind. XIII. —

Nomina vero dictorum Plebanorum et Clericorum non solventium sunt hec, videlicet:

Plebanus Quadrubii; Clericus Variani; Plebanus Mosse; Plebanus Lucinii; Plebanus Saculi; Plebanus S. Pauli; Plebanus Campe; Plebanus Medune; Plebanus Enemoncii; Plebanus de Legio et Clericus Flambri

1377, 23 Febbrajo. Cividale. I PP. Predicatori di Cividale chiedono un'inchiesta a quel Comune per l'esposizione di un bambino fatta presso il Monastero della Cella di Cividale

57

A. D. MCCCLXXVII, ind. XV, die XXIII mensis februarii, in Civitate Austrie supra domum Consilii Civ. Austrie predicte, presentibus D. Rodulpho q. D. Johannis de Portis, Jacobo q. Hermanni, Jacobo q. D. Leonardi Ribis testibus et aliis pluribus. Coram sapientibus viris DD. Johanne q. D. Nicolai de Savorgnano in Castaldione, Ottacho q. D. Nicolai, Odalrico q. D. Gregorii Provisoribus et coram pleno Consilio Terre Civitatis Austrie ibidem ad sonum campane ut moris est solemniter congregatis, personaliter constituti venerabiles et religiosi viri frater Odoricus de Bricinico sacre pagine magister et frater Nicolaus de Mugnaco, frater Johannes de Romano lector et frater Albertus de Goricia Ordinis predicatorum S. Dominici Civitatis Austrie pro eorum nomine et vice fratrum ordinis et conventus S. Dominici Civ. Austrie et pro monialibus et monasterio S. Marie de la Cella in pertinentiis Civ. Austrie rogaverunt DD. Johannem de Savorgnano Gastaldionem, Provisores et Consilium Civ. Austrie, quatenus diligenter inquirere debeant unde processit quidam infans nuper positus clandestine apud monasterium S. Marie de la Cella sub actu vituperii monialium dicti monasterii, que semper fuerunt et sunt religiose et honeste et per ipsos, inquisito de ipso infante, restituere dictis monasterio et monialibus eisdem debitam famam suam, protestantes supradicti fratres pro eis et pro toto Conventu et ordine S. Dominici, quod hoc a supradictis DD. Gastaldione, Provisoribus et Consilio non petunt ut fiat huiusmodi inquisitio ad hoc quod aliqua pena pecuniaria vel corporea seu membralis imponatur alicui persone, sed solum ut debita fama restituatur antescriptis dominabus monialibus et monasterio, rogantes me notarium ut instrumentum scriberem prout scripsi:

Dagli atti di Giovanni q. Guglielmo notajo di Cividale. Bibl. Civ. Udine.

1377, 15 giugno. Maniago. Il Com. di Maniago concede a quei di Tesis di pascolare e segare per quest'anno nei prati fino a Trivianana?.

MCCCLXXVII, ind. XV, die XV mensis Junii presentibus Odorico [illegible] de Basalgella, Matheo q. Barzano et Nicolao q. [illegible] dicti loci testibus et aliis.

Sedentibus ad regulam pro iure reddendo Galvano q. D. Nicolai Potestate Maniaci cum suis Juratis et omnibus hominibus Ville predicte ad sonum campane more solito congregatis ad vicinantiam, concessum fuit de gratia speciali Martino de Tesis massario D. Nicholli et Johanni Mintusii nunciis ut dicebatur hominum et eorum vicinorum de Tesis specialiter ad hec missis, quod per annum presentem possint et valeant de gratia speciali usque ad Trivianam secare et pasculare sine preiudicio hominum Maniaci et Tesarum.

Qui vero nuncii predicti regratiantes ipsam gratiam a prefatis Potestate et hominibus Maniaci acceperunt et acceptaverunt etc.

Actum Maniaci sub domo comunis.

Gio. q. Ailino di Maniago notajo. Arch. Not. Udine.

52

1377, 16 Agosto. Maniago. Intimazione a G. [illegible] di mandare gli ordini per formare [illegible] dei custodi del Castello di Maniago.

MCCCLXXVII, ind. XV, die XVI mensis Augusti, presentibus Johanne Folie, Paysan et Guecelone fratribus, Johannuti et aliis.
D. Gaspardus q. D. Galvani de Maniaco requisitus per maiorem partem Vicinorum Maniaci quod debeat imponere scriptas custodie Castri prout in primo fuit electus et deputatus per Vicinos ad hoc custodes possint pervenire ad solutionem sui salarii a [illegible].
Actum Maniaci sub domo Comunis.

Gio. q. Alino not. di Maniago Arch. Not. Udine

1377, 21 Agosto Cividale. Patti fra i Signori di Manzano per la paga del custode della porta del Castello.

A. D. MCCCLXXVII, ind. XV, die XXI mensis augusti; in Civitate Austrie in curia domorum habitationis ser. Ottacii q. D. Nicolai Mantini de Civ. Austria predicte, presentibus q. ... ser Ottacio, Jacobo q. D. Leonardi Ricchi, Antonio q. Francisci pelliparii omnibus de dicta Civitate ... in Civ. Austria predicta testibus et aliis.

Nobiles viri D. Varnerius q. D. Francisci de Manzano ex parte una et ser Federicus q. D. Detemarii de Manzano predicto suo et nomine ac vice Pretagne sui fratris quondam antescripti D. Detemarii quem promisit omnibus in hoc instrumento contentis cum effectu facere consentire ex parte altera, ad huiusmodi pactum et conventionem inter se solemniter pervenerunt scilicet quod idem D. Varnerius suique heredes pro turri sibi alias data et permutata, sita in Manzano que fuit q. D. Detemarii supradicti sicut de huiusmodi datione et permutatione continetur dispositum quodam instrumento scripto manu mei Johannis notarii ... anno domini ... . (sic) debeat et teneatur solvere terciam partem expensarum pro portaria a die qua sibi data et permutata fuit ipsa turris et nichilominus in antea solvere debeat ipsam terciam partem portarie de eo quod antescriptus q. D. Detemarius pro ipsa portaria solvere tenebatur et solebat tempore quo vivebat et idem ser Federicus solvere debeat deinceps ut supra nomine alias duas partes expensarum pro ipsa portaria de eo quod idem q. D. Detemarius solebat solvere pro sua parte loci de Manzano predicta portaria et de duabus quibus partibus de toto eo quod idem q. D. Detemarius solvere solebat pro portaria non solutis a die qua facta fuit permutatio de ipsa turri usque ad nunc prefatus ser Federicus cum portario debeat esse concors. Que omnia et singula in hoc instrumento contenta dicti D. Varnerius et Federicus per eos et eorum heredes hinc inde solemnibus stipulationibus intervenientibus

perpetuo firma rata et grata habere tenere adimplere et observare promiserunt, obligantes ad hoc hinc inde omnia eorum bona mobilia et imobilia, presentia et futura cum refectione omnium damnorum interesse et expensarum litis et extra hinc inde refectione; sub pena dupli eius de quo ex premissis aliquo tempore questio moveretur, minus quinque soldis veronensium parvulorum solemni stipulatione premissa hinc inde, qua soluta vel non presens tamen instrumentum in omnibus et per omnia semper obtineat plenum robur etc.

Dagli atti di Giovanni q. Guglielmo notajo di Cividale, Bibl. Civ. di Udine.

1377, 1 ottobre Aquileja. Investitura feudale data ai Signori di Prampergo dal Marquardo Patr. d'Aquileja e nota de' Castelli e beni infeudati. 511

Dai Processi in atti del notajo di Udine Aluise a Cortivo Arch. Not. di Udine.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem MCCCLXXVII, indictione XV, die primo octobris, Aquilegie in patriarchali palatio presentibus venerabilibus et sapientibus viris Dominis Georgio de Tortis de Papia Aquilegensis et Otthobono de Coneta Civitatensis Ecclesiarum Decanis, Odorico de Ragonea et Thomasino de Forlivio Aquilegensibus Canonicis et D. Johanne de Monticulis et Rolandino de Regio Utini commorantibus iuris utriusque peritis testibus et aliis pluribus.

Constitutus in presentia Reverendissimi in Christo Patris et Domini D. Marquardi Dei gratia Sancte Sedis Aquilegensis dignissimi Patriarche Nobilis vir D. Nicolaus q. D. Fantini de Prampergo eidem Domino Patriarche pro se et ceteris Consortibus de domo sua humiliter supplicavit ut ipsum tamquam antiquiorem domus de Prampergo de ceteris bonis pheudalibus infrascriptis, que ibidem in scriptis dedit, investire benignius dignaretur. Prefatus namque D. Patriarcha supplicationi eiusdem D. Nicolai rationabiliter inclinatus, eundem D. Nicolaum pro se et dictis suis Consortibus et heredibus recipiente, de bonis pheudalibus huiusmodi que ipse et dicti

ni Consortes ac progenitores ipsorum dictis a dominis Patriarchis et Aquilegensi Ecclesia recognoverunt et possiderunt per se suosque successores ac vice et nomine dicte Aquilegensis Ecclesie manu propria investivit, salvo semper iure nostre Aquilegensis Ecclesie et alterius cuiuscumque. Qui tunc D. Nicolaus in manibus prefati D. Patriarche fidelitatis debite prestitit iuramentum, quod fidelis vassallus domino suo prestare in talibus consuevit.

Bona quidem pheudalia per dictum D. Nicolaum in scriptis data et superius contineturs sunt hec, videlicet, Castrum de Prampergo cum bonis omnibus que habent circa Prampergum et in villa Arthenee eisque pertinentiis, Castrum de Rovistan cum bonis omnibus, garito, iuribus et iurisdictionibus in Montenario et circa ipsum Castrum et Pontaticum sive Jus Pontatici in strata Cluse cum bonis, garito, galayto, iuribus et iurisdictionibus omnibus ville et strate Cluse predicte, nec non mansi et bona omnia que habent in villa de Lattiza, salvis semper aliis bonis pheudalibus, si qua reperientur eos tenere et possidere ab Aquilegensi Ecclesia ut superius est expressum.

Odoricus de Susannis notarius.

1377, 11 dicembre. Maniago, il comune ... ... concede 20 carra di pietre al patriarca per fortificare Meduna?

5

MCCCLXXVII, ind. XV, die X Novembris, presentibus domino presbitero Martino, domino fratre Ulrico q. D. Vodvani Custode Aule S. Quirini Ordinis S. Johannis Jerosolim. ..., Ragnerio de Porta nunc habitante Maniaci testibus et aliis

D. Guizardus q. D. Galvani de Maniaco accessit coram Galvano q. D. Nicolai de Maniaco Potestate ipsius Ville ad regulam cum maiori parte Vicinorum more solito congregatorum, proponens et dicens quod predictus Bartolomeus dictus Marantiga de Meduna venit ad eum ex parte Domini nostri D. Marquardi dignissimi Patriarche Aquilegensis dicens quod ex parte dicti Domini nostri deferit litteram unam credulitatis omnibus de domo et contrata Maniaci, quam copiam ipsius littere ibi legi et vulgarizari fecit et ambasiatam fecerat, quod Dominus noster predictus requirebat de subsidio uno aliquorum curruum lapidum pro fortificatione loci Medune conducendorum usque ad pontem Medune et hoc requirebat de gratia speciali sibi fieri, unde ibi fecit toto populo ambasiatam predictam, ortans et requirens totam Comunitatem predictam ut de gratia speciali ipsi D. Patriarche velint et debeant complacere. Et ibi per totam Comunitatem predictam fuit deliberatum servire debere et complacere dicto D. Patriarche de speciali gratia de viginti curribus ad conducendum predicto [illegible],

totum Maniaci sub domo Comunis.

Giovanni q. Albino not. di Maniago [illegible]

n c
jent
Ma
tes
Jac
habi
l
niac
Me
do
hom
in
pr
q
f
E
S
[illegible]
V
v
V

1377 4 Novembre. Maniago libero. Deliberazioni del Consiglio sulla colletta e esente dalla Chiesa e sulla elezione di Podestà.

MCCCLXXVII, ind. XV, die IV intrante mense Novembris, presentibus presb. Bartolomeo de Azano nunc vicario plebis Maniaci et Jacobo sartore q. Nicolai Paganonis de Maniaco testibus et aliis.

Jacomettus Jacobus q. Berlanti, Zenonus et Daniel eius frater habitantes in Maniaco liberi fecerunt querimoniam D. Gaspardo q. D. Galvani de Maniacho et Raynerio de Pratta nunc Maniaci habitanti, recipienti pro D. Baldasaro, quod pro Comuni Maniaci liberi, empti fuerunt cent. castinarii pro faciendo fieri salarias aquarum et totum quod superabundavit homines dicte Ville fecerunt carbones et vendiderunt et denarios in se reservant, unde quia eis nunc imponunt collectam pro scandolis Ecclesie et in aliis, rogabant prefatos dominos quod eos adiuvarent ut eorum partem possent habere.

Actum in Villa Maniaci liberi supra platheam.

Eodem loco et testibus. D. Gaspardus proposuit coram Razedo de Maniaco liberi, Busio Candido q. Nicolai et aliis pertinentibus sue parti et D. Baldasii sui fratris in Maniaco liberi, quod ~~[illegible]~~ quia collecta omni tempore imponebatur ipsis eorum subditis unde videbatur quod potestatos continuo elligebantur a parte inferiori, quod non erat iustum, unde requirebat quod appeat in simul et providerent, quia de iure sic elligi debent potestates a parte inferiori

dicuta superiores qui deliberaverunt cum consilio respondentes quod usque ad xv dies volebant habere eorum consilium et eis responderent et dedit eis terminum respondendi a die dominico proxime futuro ad xv dies et ibi D. Gaspardus ei fecit mandatum quod interim non compareant in aliqua regula.

Giovanni q. Antonio di Mariago notaio. Arch. Not. Udine.

1378. 1 Febbraio. Cividale — Delibera del Consiglio sul servizio de' carri ed altri lavori alle porte della città per parte delle ville soggette.

A. D. MCCCLXXVIII. ind. I die primo Februarii. In Civ. Austrie supra domo Comunis, presentibus dd. Iacobo Hermani; Rodolpho q. d. Iohannis de Portis, Federico Baldachino, Placentino q. d. Nicolai, Nicolao Avelli; Anthonio q. Felici, Hermano Leonarducii, Bernardo q. Dominici omnibus habitantibus in Civ. Austrie testibus et aliis.

In Civitate Austrie supra domo Consilii in pleno Consilio ibidem ad sonum campane ut moris est solempniter congregato in quo interfuerunt dd. Iohannes q. d. Nicolai de Savorgnano Gastaldio, Ulrissus q. Iacobi Sabbatis, Nicolaus q. Matthei de burgo pontis provisores et alii consiliarii qui fecerunt duas partes et ultra omnium consiliariorum dicte Austrie Civitatis, diffinitum, deliberatum et ordinatum fuit quod si quo tempore laborari fuerit necessarium in Civitate vel burgis ad aliquam portam primo ville existentes sub illa porta facere debeant carratica et alia oportuna dicte Terre Civitatis et postea ville existentes sub aliis portis carratica et necessaria Terre vadendo per Rotulum ordinatum facere debeant et teneantur etiam ad aliam portam quam ad illam sub qua sunt; de quibus omnibus supra scriptis Iohannes Anthonius q. Gabrii de Civ. Austrie rogavit me Notarium ut scriberem prout scripsi instrumentum.

Not. Giovanni q. Guglielmo. Bibl. Civ. Udine. Orig.

1348. 24 febbraio Gemona. Contratto del Comune di Gemona per la costruzione di due Torri del muro nuovo.

57

Carta Zanni Guarij antiqui, Furtinieri(?) q. Matthussij Fabri Massarium depputatorum pro Comunitate Glemone contra Philippum etc. muratores de Artenea.— Enricus Giovanni di Tolmezzo, not. in Gemona ...

A.D. 1348, ind. I, die 24 februarii, Glemone supra platea macellorum, ante macellum, presentibus Otto, Quaglino, Dominico q. Iusti de Artenea et aliis.

Ibique Philippus, Bozant et Leonardus muratores de Artenea, promiserunt laborare et edificare atque complere duas turres murorum de Glemona pro libris denariorum quatuor et dimidia passum et facere viam ad conducendum lapides de Vuelg et complere dictas turres usque ad merlaturam et facere bonos coratores et suis sumptibus aptare lapides et facere cementum et quod dicti Massarii debeant eis facere conduci lapides, calcem, sabulonem et aquam ad eis facere armaturam et hec promiserunt facere completo laborerio turrium Brugni et nulli alteri laborerio, in pena 25 libr. den.—

1378, 10 maggio. Udine. Il nob. Duracco di Attems disdice la tregua conchiusa per se ed aderenti con Jacomina di Attems.

Giovanni q. Guglielmo notajo di Cividale. Colleg. Porta. Orig.

A. D. 1378, ind. I. die lune x mensis maij, actum in Utino apud stationem Ser Antonii apothecarii q. Ser Vendramini de Venetiis, presentibus providis viris Dolaiuto q. D. Bonacursii habitante in Badrio, Henrico q. D. Wuargendi de Pakona, Gasparutto q. Melchioris testibus ad hoc vocatis specialiter et rogatis. Providus vir Philippus q. Rynaldi de Civ. Austrie ex parte Nobilis viri Ser Duracii q. D. Duringussii de Atems clarius notificavit et intimavit Ser Regardo Vicemarescalcho pro D. Nicolusio de Ragonea honorabili Marescallo Domini nostri D. Marquardi Dei gratia sancte Sedis Aquilegensis Patriarche dignissimi, quod cum una istarum dierum et nec dum sint elapsi octo dies idem Ser Duracius in manibus ipsius D. Vicemarescalci fecerit treugas per se et suos amicos, affines, attenentes et familiares usque ad proximum futurum festum S. Georgii Jacomitte de Atems nisique filiis pro eis et eorum amicis sicut de ipsis treugis contineri dicitur instrumento manu publici tabellionis, idem Ser Duracius sive voluntate personis infrascriptis amicis suis si treugas ipsas observare volebant et ipse persone scilicet Zargillus, Gabriel, Bartholomeus fratres de Mossa, Zanillus de Gardasella, Coradus de Cormono, Jacomucius de Vipulzano, Federicus Ser Nichilli habitans in Vipulzano, Zaninus de Tarvisio habitans quandocumque in Vipulzano et quandocumque in Cucanea, Johannes Henricus q. D. Nicolusii de Atems, Philip et Jacobus eius frater q. Philippi de Belgrado, prefato Ser Duracio dixerunt

quod de treugis ipsius Ser Duracii se non impediebant. Quare cum ipse Ser Duracius aliquem ipsorum aliquem non possit compellere sicut ipsum Philippum informavit, ut quidem ipse Philippus huiusmodi informationem habere se dixit, idem Philippus ex parte prefati Ser Duracii eidem D. Vicemarescalco notificavit quod ipse Ser Duracius ipsas treugas non intendebat observare nec facere per suprascriptas personas que superius descripte sunt videlicet Zanellus, Gabriel et Bartholomeus fratres de Motta, Zanellus de Zandasella, Conradus de Cormons, Federicus Ser Michaelis, Zaninus de Tarvisio, Johannes, Henricus, Philipus et Jacobus eius fratres. De quibus omnibus rogatus scripsi publicum instrumentum. =

XXVII

66

1379. 4 Febbrajo. Moruzzo. Feudo d'abitanza coll'obbligo de servire con un cavallo per i Signori di Moruzzo. ~~Vedi retro altro Atto~~ 1366. 15 febr. ~~conforme~~ ... ~~mente~~.
(Vedi Doc. XXIII e XXVI.)

A. D. MCCCLXXIX. ind. II. die quarto intrante Februario. In Cortina d. Tome de Murucio in canipa heredum q. Nicolai Minisuti de Modoto, presentibus presbitero Leonardo q. Johannis de Utino in Murucio habitante, Adamussio q. Odorlici de Cavoryaco, Petro de Murucio filio Simonis, Petro q. Clarelli de Martignaco, Minico q. Valentini de Murucio in Brazaco habitante testibus et aliis pluribus.

Nobilis vir d. Pileus de Murucio dedit et tradidit Johanni q. Odorlici dicti Cintilini de Faganea et Nicolao q. Odorlici dicti loci fratribus stipulanti et recipienti marchas decem denariorum aquilegensium iure habitancie cum pactis quod predicti Johannes et Nicolaus seu aliquis eorum servire (debeant) iure habitancie cum uno equo, precio librarum quinquaginta parvulorum paulo minus in omnibus eorum expensis, salvo tamen quod quolibet tempore et die quod dicti fratres requisiti essent aliquis eorum, tunc servire et equitare teneatur et ~~equitare teneatur et~~ dictus d. Pileus facere debet eis expensas in omnibus secundum usum habitancie; item quod si dicti fratres vel aliquis eorum noluisset servire, tunc infra sex menses dare teneatur dicto d. Pileo vel eius heredibus predictas X marchas et e converso si dicti fratres noluissent servire, tunc dare teneantur dicto d. Pileo infra tres menses et si requisiti fuerint et servissent, tunc teneantur de expensis; item si equus in servicio d. Pilei moriri, tunc videatur de satisfactione secundum usum de habitatoribus. Pro quibus omnibus attendendis dicti fratres dederunt dicto d. Pileo pro pignore mobili unam suam silvam cum prato et campis contingentibus in Faganea prope Pitrossium et Comunia de Faganea et viam publicam et Vrisogium, item campum unum situm in Faganea in loco qui dicitur Val prope terram d. Patriarche et prope viam et prope Vrisogium de Faganea, promittentes dicte partes attendere et servire unus alteri sub pena dupli; item dicti fratres promiserunt dare dicto d. Pileo annuatim unam libram piperis iure fictus usque ad vitam d. Pilei et hoc supra campum in loco qui dicitur Tamburlini in Faganea et steterunt manutenere usque ad vitam suam etc.

Vol. Giovanni di Moruzzo., Arch. notar. Udine.

XXVI

1378 - 1 Giugno. Moruzzo. Feudo di abitanza colli obbligo di servire con un cavallo per i Signori di Moruzzo.

~~Stampa~~. Moruzzo 1895

Volta carta

A. D. MCCCLXXVIII. indict. I. die primo intrante Junio. In Cortina s. Tome de Murucio, presentibus presbitero Leonardo vicario de Murucio, Fino q. Jacobi Francisci de Rodeglano, Bartholomeo scutifero omnibus habitantibus Murucii testibus et aliis.

D. Pileus de Murucio dedit iure habitancie marchas decem denariorum aquilegensium Blasissio q. d. Viduffi de Fagana iure habitancie in quibus debet sibi servire cum uno equo precio librarum LX, cum pacto quod si predictus den. Pileus noluisset de servicio, tunc dicere debet infra unum mensem et dimidium teneatur sibi dare predictas marchas et si predictus Blasissius noluisset, tunc dicere et notificare debet dicto d. Pileo infra unum mensem et dictus d. Pileus dare debet expensas dicto Blasissio omni die quod ipse equitasset pro servicio (manca il rimanente)

Not. Giovanni di Moruzzo. ~~Arch. notar. Udine~~ A. N. U.

Volta carta %

1378. 3 giugno. Udine. Il Decano e uomini di Porta San Lazzaro rimettono al primitivo posto i confini ~~della ...~~ dei pascoli loro di tre determinazione del consiglio della comunità.

Ambrogio q. Alberto not. di Udine Arch. Not. Udine

A.D. 1378, ind. 1, die 3 iunij, actum in villa superiori Utini porte S. Lazari in strata publica et platea dicti loci ante domum Jacobi Zanni de Fontanabona, presentibus Sandro pelipario q. Stephani de Utino, Jeronimo q. Venuti de Pozzuolo, testibus et alijs.

Cum alias de mandato et ad instanciam Decani et hominum Decanie Porte S. Lazari Utini cum suis pertinentijs fuerat et sint videlicet nuper signata et terminata cum signis et terminis lapideis pascua in tabella et circha tabellam Utini pertinentem dicte Decanie, a Zenzarlinum decanum, Nicolussium Magdaline, Morassium, Andream Chiaranat, Jacobum Bavam et Dominicum Tomasi consciliarios prefate Decanie et deputatos per homines ipsius Decanie causa divisionis dictorum pascuorum et comuniarum a terrenis alienis et laboratis; Que tamen signa et terminationes non possunt ad presens permanere sicut sunt posita et poste et retrahi debent, remanentibus dictis pascuis et comunijs in pristinum gradum et terminacionibus quibus erant ante dictas terminationes nuper factas, de expresso mandato dominorum ... Capitanei et hominum Consilij et Comunis Utini iuxta deliberationem dicti Consilij nuper factam et ideo ablatis dictis signis et foditis ad presens iuxta relationem et visum dictorum Nicolussij, Morassii, Andree, Jacobi et Dominici deputatorum et supra ac mei Ambrosii notarii infrascripti qui vidimus dicta signa ablata et fodita. Prefati Zenzarlinus Decanus dicte Decanie, Nicolussius Magdalene, Morassius, Andreas

Calzarattus, Iacobus Bava, Dominicus Tomasi, Zilottus Mandini,
Henricus Zanusse, Fantussius notarius, Candidus de Liula, Iohannes
…inus, Barittus, Paulus, Pelegrinus, Nicolaus, Nicolaus Iohannis de Melare
omnes de dicta decania ibidem congregati cum pluribus de dicta decania qui
dem comode adesse non potuissent, in presencia dictorum testium et mei
notarii infrascripti volentes obedire mandatis et deliberacionibus predicti
Consilii Terre Utini contentaverunt et contenti confitentur dicta signa
esse fodita et ablata prout sunt et prefata pascua et terrena ac co
mune remanere et esse debere prout erant ante dictam presentem
signationem et terminacionem per predictos nuper factas, de quibus roga
tus fui publicum debere conficere instrumentum. —

62

1348. 17 giugno Udine. Il Vicario [illegible] ed il [illegible] del Patriarca d'Aquileja lodano il Podestà di Marano delle misure con [illegible] luogo e gli ordinano di [illegible]

Da lettera originale tra gli atti di [illegible] Cod. [illegible] 135

Georgius de Tortis Decanus Aquilegensis Vicarius in [illegible]

Franciscus de Savorgnano Vicedominus

[illegible]issime! Recepimus litteras tuas super diligentia per te [illegible] circa fortificationem Terre Marani aliaque custodiam et profectum eiusdem Terre respicientia. Discretionem igitur tuam in premissis digne merito commendantes te [illegible] hortamur quatenus sicut incepisti ita continue [illegible] de dicta Terra [illegible] Veneciis [illegible] in [illegible] procures caute tamen quod [illegible] expedire [illegible] propria quantitas se reducant.

Datum in Utino die XVII junii, ind. I. (1348)

Tergo: Discreto viro Gandolo de S. Vito Potestati Marani.

1378 18 giugno. Cividal. — Protesta del Gastaldo contro lo Statuto che lo obbliga al giuramento de' Statuti del Comune lesivo alla giurisdizion ...

63

A. D. MCCCLXXVIII. ind. I. die veneris XVIII mensis Junii. In Civ. Austria supra domo Consilii, presentibus nobilibus et discretis viris DD. Rodulpho q. d. Johannis de Portis, Ottacio q. d. Nicolai Mussatini, Jacobo q. d. Leonardi Ribis, Ulvino q. d. Nicolai de Canussio, Federico q. Stephani Baldachini omnibus de Civ. Austria testibus et aliis pluribus in multitudine hominum copiosa.

Cum Statuta noviter formata in pleno Civitatensi Consilio in predicto loco ad sonum campane iuxta morem solempniter congregato, in quo quidem consilio interfuerunt ~~homines~~ cum multi homines vicini Terre Civitatis qui non erant de Consilio in multitudine copiosa, legerentur ut ibidem deberent affirmari per Consilium et per homines dicte Terre, providus vir Jacobus Hermani Gastaldio Civitatis predicte dixit et protestatus fuit expresse tanquam Gastaldio dicte Terre pro reverendissimo in Christo patre et domino d. Marquardo Dei gratia Aquilegensis Patriarcha, quod Statuto posito sub rubrica, de eo quod Gastaldio per sacramentum teneatur observare ordinationes, nec aliquibus Statutis noviter compositis non consentit nec intendit consentire in quantum ipsa Statuta iurisdictioni domini nostri D. Patriarche predicti aut Aquilegensis (Ecclesie), contrariarent aliqualiter derogare. Cuius protestationi per ipsum d. Gastaldionem sic facte, providus vir Utussius q. Jacobi Subtilis tanquam provisor dicte Terre Civ. Austrie dixit se non consentire pro Comuni dicte Terre. — Cum omni meliori modo et consilio sapientum.

Not. Giovanni q. Guglielmo. Bibl. Civ. Udine? Orig.

64

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] =

1378. 22 Luglio Cividale – Protesta di un cittadino contro l'approvazione di uno
Statuto contro quelli che incanevano il vino. ~~incanevano il vino~~

A. D. MCCCLXXVIII. ind. I. die XXII mensis Julii in Civ. Austria supra domo Consilii, presentibus dd. Jacobo Hermani Gastaldione, Andalpretto notario q. ser Meinardi, Conrad... q. ser Candidi, Anthonogallo q. d. Galli, Johannantonio q. Gabrii, Nassinguerra q. d. Hen... de Savorgnano, Johanne q. d. Nicolai de Savorgnano, Tristano q. d. Philippi olim d. Quoncii, Utrallio q. Philippo q. Raynaldi, Nicolao notario dicto Calosij testibus et aliis pluribus in multitudine hominum copiosa.

Coram predictis dd. Jacobo Hermani Gastaldione, Andalpretto not. provisore et coram pleno Consilio ~~Civ. Austrie, in quo interfuerunt multi homines in ma~~ in domo inter ibidem ad sonum campane pro corrigendis Statutis solempniter congregato, in quo interfuerunt multi homines in magna multitudine, qui non erant de Consilio, Anthonius q. Folcii de Civ. Austria personaliter constitutus dixit et protestatus fuit, quod uni Statuto ibi lecto et solempniter approbato in rubrica continenti quod nullus habitans in Civitate et Burgis intra iuras debeat incanepare vinum extra Civitatem et in villis Gastaldie Civ. Austrie nec in circumstantiis dicte Terre et quicumque illud vinum incanepabit et vendet daciario, pro illo vino sic vendito et incanipato dacium solvere debeat et teneatur, non consentiebat nec intendebat consentire, rogans me Johannem Notarium q. Guillelmi inde scriberem prout scripsi instrumentum.

Not. Giovanni q. Guglielmo di Cividale. Bibl. Civ. Udine. Orig.

A.D. MCCCLXXV. ind. X. die XXV Junii in Civ. Ravenne

66

1378. 25 Luglio. Cividale. – Proclama patriarcale che non attiensa i mercanti che uscissero dal Friuli, se non avessero lettere del patriarca.

A. D. MCCCLXXVIII. ind. I die XXV mensis Julii. In Civ. Austrie supra platea publica apud domum Comunis, presentibus dd. Andalpretto notario q. ser Meinardi, Egidio q. m.ri Johannis Phisico, Hermano q. Leonarducii omnibus de Civ. Austrie testibus et aliis pluribus. Mathias de Cermono preco Comunis Civ. Austrie alta voce preconia proclamavit ~~Mathias preco~~ Civ. ~~Austrie alta voce preconia~~ ex parte rev.mi in Christo patris et domini nostri d. Marquardi Dei gratia sancte sedis Aquilegensis dignissimi Patriarche, quod nullus mercator volens transire ultra Patriam Foriulii esse debeat nec sit securus cum mercimoniis absque ipsius domini nostri d. Patriarche affidatione litteris et gratia speciali. —

Not. Giovanni q. Guglielmo. Bibl. Civ. Udine. Orig.

[illegible]

1379, [illegible]

Fidelibus dilectis [illegible] nostris Gastaldioni, consilio communitatis Civitatis [illegible]

Orig. cart. cu[m] tracc. di sigillo

Marquardus Dei gratia S. Sedis Aquilegensis Patriarcha

Fideles carissimi. Significamus vobis quod gentes Venetorum cum quatuorcentum peditibus [illegible] invaserunt Aquilegiam et inde [illegible] bastitam de Marquano [?] devastaverunt et habuerunt et verisimile est quod redeant Aquilegiam ad ignandum eam, unde nos ivimus in propria persona Aquilegiam cum [illegible] tantum gentibus parati victimari et mori pro Ecclesia vestra, unde [illegible] vos et fidelitatem vestram requirimus Deo et beatae Virgine in hac tanta necessitate auxilium prebeatis, quatenus statim et sine mora cum tota vestra potentia equitum et peditum ad nos venire debeatis sine mora, [illegible] Dei recuperare bastitam et defendere Aquilegiam: faciatis sic quod non habeatis confusionem aeternam.

Datum in Castro nostro Montisfalconis [illegible] prima

1378. 13 Agosto. Cividale. Contratto del Comune di Cividale per lo stipendio di 16 fanti:

68

A. D. MCCCLXXVIII ind. I. die XIII mensis Augusti. In Civ. Austria apud domum Comunis de prope domum Stephani q. d. Vuismani de Attems, presentibus dd. Jacobo q. Hermanis Andalpretto notario q. ser Meinardi, Niclao notario dicto Culosis, testibus et aliis.

Cum Jacobus Zannus habitans in Utino q. . . . de Civ. Austria habuit et recepit, sicut contentus et confessus fuit ibidem, ab Egidio q. mi. Johannis phisici dante et solvente nomine Comunis Civ. Austrie et de pecunia ipsius Comunis XVI marchas denariorum novorum aquilegensium supra soldo seu stipendio XVI peditum cum quibus XVI peditibus ipso Jacobo Zanno incluso et computato, dictus Jacobus Zannus debet stare et servire et esse ad soldum Comunis Civ. Austrie predicte per duos menses in ratione duarum marcharum den. aquil. in quolibet mense pro singulo pedite, itaque etiam dictus Jacobus Zannus habeat et habere debeat pagam duplam pro sua paga pro quolibet ipsorum duorum mensium. Et tempus stipendii ipsius Jacobi Zanni et sociorum de duobus mensibus incipere debeat die quo per ipsos facta fuerit mostra in Civitate et sic dictus Jacobus Zannus cum ipsis XVI peditibus habendo a Comuni predicto duas marchas denariorum in mense pro quolibet pedite Comunitati Civ. Austrie fideliter servire promisit. Providus vir Johannes q. Henrici Formie de Civ. Austria pro ipso Jacobo Zanno quod deserviet pro ipsis XVI marchis den. in manibus prefati Egidii tamquam provisoris et nomine ipsius Comunis, stipulantis, se principaliter obligavit, ad hec obligans omnia bona sua. —

Vol. Giovanni q. Guglielmo di Cividale Bibl. Civ. Udine. Arg.

D. [illegible]
quod [illegible]
g. [illegible]
Dixer [illegible]
un [illegible]
quod [illegible]
~~Cum~~ [illegible]
quod [illegible]
se [illegible]
integ [illegible]
quin [illegible]
~~graf~~ [illegible]
Cæter [illegible]
Dicty [illegible]
ho [illegible]
mot [illegible]

1378. 6 Settembre – Cividale – Contratto di un medico per la guarigione d'un ammalato.

A.D. MCCCLXXVIII. ind. I. die VI mensis Septembris. In Civ. Austria in via publica apud domum Comunis, presentibus Nicolao q. Jacobi Pupi, Anthonio q. Bontadi, Mearico q. Folcherini, Baldassaro q. Jacobi olim Principis testibus et aliis pluribus.

Discretus vir magister Thomas phisicus q. ser Nicolai Zuges de Civ. Austria promisit in manibus providi viri Odorlici q. D. Gregorii de Civ. Austria, solempniter stipulanti, quod Dei gratia annuente liberaliter Bernardum q. Jacobi olim Bernardi de Civ. Austria, de egritudine qua idem Bernardus nunc in lecto iacens gravatus, excepto quod de manuum tremulatione, de qua tremula egritudine manuum idem Magister Thomas se non oneravit. Et hoc ideo quia prefatus Odoricus dni Gregorii per se et suos heredes integre dare et solvere promisit et convenit eidem Magistro Thome pro suo labore, quinquaginta ducatos auri, quando supra dictus Bernardus fuerit liberatus, ~~obligans ad hec idem Odorlicus~~ ?

Ceterum antescriptus Magister Thomas pacto expresso convenit et contentus fuit, quod si dictus Bernardus non liberabit, non petere aliquid de ipsis L ducatis, nec aliquid pro suo labore. Obligans ad hec idem Odorlicus eidem M° Thome omnia bona sua mobilia et immobilia, presentia et futura. —

Not. Giovanni q. Guglielmo. Bibl. Civ. Udine. Orig.

1398, 15 settembre. Cividale. Di una pubblica sfida di inimicizia ed avviso di guardarsi; da parte di uno di Gramogliano.

Giovanni q. Guglielmo notajo di Cividale. Colleg. Portis. Orig.

A. D. 1398, ind. VI, die xv mensis Septembris, in Civ. Austrie, in via publica apud domum habitationis Stephani q. D. Vrisimani de Atens, presentibus Ulrico q. D. Nicolai de Canussio, Philippo q. Raynaldi testibus et aliis. Fantonus q. Dominici de Villa S. Andree, diffidavit ex parte Victoris filii Theue de Gramoglano, Joannem pistorem q. Raymundi de Remanzaco in persona et in bonis, dicens eidem Joanni ex parte ipsius Victoris se ab ipso Victore tanquam suo inimico debeat custodire: De quibus antedictus Joannes pistor rogavit me Johannem notarium ut scriberem prout scripsi instrumentum. —

1378, 20 [illegible] F. [illegible]

[illegible] al [illegible] [illegible] ragguardo che
18 galere di genovesi sono partite da Porto Pisano per
il Golfo (Adriatico).

71

... Copia contemporanea in carta. [illegible] di Cividale.

Reverendissime Pater et Domine amice carissime. Habemus nova
noperrime per litteras michi missas de Pisis quod die xxi huius mensis
hora xxi, Galee xviii Januensium bene armate ad portum applicue=
runt Pisanum et inde statim recesserunt recta via navigantes pro
veniendo ad Culfum, premissa autem paternitati vestre significo
ut queque ego sentio paternitati vestre nota sint.
Data Padue die xxvi Septembris anno LXXVIII.

Subscriptio est. Franciscus de Carraria Padue etc.

a tergo:
Reverendissimo in Christo Patri et D. D. M(ar=
quardo) Dei gratia Sancte Sedis Aquilegensis Patriarche amico carissimo

Mem[illegible]

Dilecto [illegible]

Dilecte [illegible]

ine we[illegible]

tuali[illegible]

tasen[illegible]

Data [illegible]

1378. 18 Ottobre. Udine. Divieto patriarcale di portar merci e vettovaglie nei luoghi de' Veneziani

Marquardus Dei gratia sancte sedis Aquilegensis Patriarcha

Dilecto nobis Jacobo Hermani Gastaldioni nostro nostre Civitatis Austrie. (tergo).

Dilecte nobis. Mandamus tibi quatenus publice proclamari facias, quod nullus undecumque sit, audeat ire versus Venetias, Latisanam et alia quecumque loca inimicorum cum aliquibus mercimoniis, victualibus sive rebus, nec ab inde redire, sub pena perditionis omnium predictorum que portarent. Quorum medietas nobis et Camere nostre, alia vero recipientibus applicetur.

Data in Castro nostro Utini die XVIII Octobris, ind. I (1378).

Vol. Giovanni q. Guglielmo. Bibl. Civ. Udine. Orig.

1378. 24 Ottobre. Udine. Lettera del capitano generale al Comune di Gemona sul pagamento fatto della quota fissata per la paga della fanteria

tergo | Prudentibus viris Capitaneo, hominibus, Consilio et Comuni Glemone amicis carissimis

Schinella de Cucanea Domini nostri Patriarche Capitaneus Generalis

Amici carissimi. Prudencie vestre tenore presentium notificamus quod die hodierna a Luvisio de Glemona dante et solvente pro hominibus et Comunitate dicte Terre Glemone pro impositione peditum reperiendorum facta in Patria sicut scitis, recepimus marchas denariorum decem et octo sientes pro restanti habere a vobis denarios centum quos indilate nobis mittere studeatis, aliter contra vos, captis pignoribus, procedemus. Datum Utini die XXIV Octubris. indictione I. (MCCCLXXVIII)

Orig. Arch. Com. Gemona

sua[illegible]
supra [illegible]
9. [illegible]
9 [illegible]
Cora[illegible]
pro[illegible]
pro[illegible]
nota[illegible]
qu[illegible]
[illegible]
b[illegible]
h[illegible]
a[illegible]
n[illegible]
p[illegible]
a[illegible]

94

1378. 27 Ottobre. Cividale. Riserva del notajo Marco q. Stefano giurisdicente di Vernassio, nel l'obbligo imposto ad un massaro di somministrare un carro all'esercito di Muggia.

Anno domini MCCCLXXVIII ind. I die XXVII mensis Octobris. In Civitate Austria supra domo Consilii presentibus dd. Jacobo q. d. Leonardi Ribisi, Scrittino q. ser Candidi, Antoniogallo q. d. Galli, Leupoldo q. Ottoboni, Johannetonio q. Gabrii, Utinpo q. Jacobi Subtilis, Tano q. Philippi drapperii omnibus de Civ. Austria testibus et aliis pluribus.

Coram sapientibus viris dd. Jacobo Hermani Gastaldione, Andalpretto notario q. ser Marquardi provisore et Johanne q. d. Nicolai de Savorgnano viceprovisore pro Egidio magistri Johannis provisore et coram pleno Consilio Civ. predicte, ibidem solempniter congregatis, Marcus notarius q. Stephani notarii de Civ. Austria personaliter constitutus dixit atque protestatus fuit quod cum nuper per dd. Gastaldionem, provisores et Consilium predictos imposita fuerant tres currus in Vernassio pro conducendo victualium ad Terram Mugle, de quibus tribus curribus unus tangit massarium ipsius Marci, habitantem in Vernassio ubi prefatus Marcus habet prout dixit jurisdictionem, non debeat hoc generare aliquod preiudicium iuri et jurisdictioni ipsius Marci notarii, cum ipse libente velit ipsum suum debere ire cum suo curru ad ipsam Terram Mugle, non tamen de iure sed amore. Ad que dd. Gastaldio, provisores et Consilium eidem Marcho notario responderunt, quod omne ius ipsius Marci notarii eidem Marcho notario salvum sit et remaneat in quantum de iure debet esse.

N. A. Giovanni q. Guglielmo. Bibl. Civ. Udine. Orig.

[illegible]

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

1379, 18 marzo Norimberga. Venceslao Re de' Romani fà un pio salvocondotto al nobile Giovanni di Caccagna.

Da perg. orig. con sig.llo in cera lacca — Cap. XLVII. Archivio Ubaldini — Altemps

Wenczlaus Dei gratia Romanorum Rex semper augustus et Boemie Rex, universis et singulis principibus ecclesiasticis et secularibus, ducibus, marchionibus, comitibus, vicecomitibus, baronibus, nobilibus, militibus, clientibus, capitaneis, officialibus, theolonariis eorum locumtenentibus, magistris civium, consulibus, scabinis, iuratis civitatum, opidorum, villarum et locorum, universitatibus ac rectoribus eorundem nec non ceteris suis et imperii sacri fidelibus ad quos presentes pervenerint graciam suam et omne bonum. Johannem de Cacania familiarem et fidelem nostrum dilectum presencium ostensorem ad diversas partes et loca transeuntem, ad presens universitati vestre recomendamus attente vos et vestrum quemlibet seriosius requirentes, quatenus eundem Johannem cum familia, equis, arnesiis, vallesiis et rebus suis singulis per terras, civitates, castra, castella, opida, villas, districtus, loca et dominia vestra et vestrum cuiuslibet sine exactione theolonei, enfanne, gabelle, dacii, pedagii, pontenagii, ungelti et cuiuslibet alterius solucionis nec non impedimentis singulis transire libere permittatis sibi et suis de securo et salvo conductu providere velitis dum et quocies per dictum Johannem aut eius nomine presentibus supra hoc fueritis requisiti. Datum Nuremberge die XVIII marcii, regnorum nostrorum, anno Boemie XVI, Romanorum vero III.

P. d. Rikardum de Janovicz

Martinus.

Stamp. Morozzo 1895

1379. 4 Febbrajo. Morozzo

Feudo di abitanza coll'obbligo di servire con un cavallo per i Signori di Morozzo.

Unito al Doc.to 1378. 1 Giugno Stamp. ut supra

1379. 24 Aprile. Castions di Strada. I Padroni de' Masi di detta Villa eleggono l'annuale governo di essa.

Millesimo trecentesimo septuagesimo nono, indictione secunda, die vero XXIV mensis Aprilis. Carta manu Nicolai notarii Venuti, qualiter nobiles domini Doimus de Castropurpeti, Paulus de Coloreto, prudens et discretus ser Missius de Ramanzacho, Hermanus notarius q. ser Nicolai Rusitti, Johannes q. d. Gabrielis, Asquinus et Tomasuttus fratres q. d. Brandilisii, Jacobus et Bartholomeus fratres q. d. Francischutti de Atemis, Andreas q. Henrici de eodem loco et ser Fantutius de Strasoldo pro rata eos tangente eligerunt inter se in eorum Vicedominum ipsum D. Doimum in Villa de Casteglon de Strata et in Decanum eiusdem Ville Franciscum q. Leonardi, in Juratos vero Tonium q. Elari et Franciscum q. Dominici et in Nuncium ipsius Ville Michaelem q. Johannis de eodem Villa.

Dal memoriale di ser Missio di Remanzacco. Bibl. del Seminario d'Udine (già Mss. [illegible]) di Udine

An[illegible]
in[illegible]
q [illegible]
hij[illegible]
de [illegible]
La[illegible]
M[illegible]
di[illegible]
Sa[illegible]
alg[illegible]
g. [illegible]
m[illegible]
p[illegible]
[illegible]
h[illegible]
en[illegible]
[illegible]
p[illegible]
a[illegible]
[illegible]
n[illegible]
a[illegible]

3

1379 12 Maggio. Cosizza superiore — Accordo per i pascoli tra le ville di Cosizza superiore, di Platischis e Grimacco.

Anno domini MCCCLXXIX. ind. II die XII mensis Maij in villa de Cosiza superiori in via publica apud domum muratam Laurentii q. Morassini de Cosiza, presentibus Gurono q. d. Ugonis, Ottache q. d. Nicolai Musattini, Sabadino dicto Snobiz q. Leonardi omnibus huius habitantibus in Civ. Austrie, Leonardo dicto Mamulo q. Petri de Vimis, Petroq Niculossi de villa Sancti Varcii et aliis pluribus.

Laurentius q. Mauri, Quarinus gener Sighine, Stephanus q. Sabadini, Mathia q. Petri, Mathia q. Juri omnes massarii ser Ottacii predicti, Marinus decanus Sabadini dicti Snobiz predicti, Leonardus q. Marini; Sabadinus q. Juvani Cisgna, Benedictus q. Juri hi massarii Sabadini dicti Snobiz omnes de Cosiza superiori ex parte una et Nicolaus q. Michaelis, Leonardus q. Coccani, Mathia q. Leonardi, Blasius q. Gregorii, Gregorius q. Thomasii, Petrus q. Mathie, Stefiz q. Sitigoy, Vilicogna q. Antonii omnes de villis de Platiz et de Gremach massarii domini Patriarche Aquilegensis ex parte altera ibidem solemniter iuxta morem pro infrascriptis agendis congregati, comuniter et concorditer convenerunt et pepigerunt solemnibus stipulationibus hincinde intervenientibus in hunc modum, videlicet quod homines ipsarum villarum et eorum successorum deinceps comuniter pasculare valeant et possint in perpetuum usque ad festum s. Georgii supra pratis ipsarum villarum in locis tamen consuetis. Post vero festum s. Georgii quicumque homines de ipsis villis pasculaverint in pratis ipsis, pignorentur secundum consuetudinem contrate. Que autem omnia et singula supradicta et in hoc instrumento contenta supradicti homines de Cosiza superiori ex parte una et homines de Platiz et de Gremach ex parte altera solemnibus stipulationibus hincinde intervenientibus pro se et eorum successores nomine et vice ipsarum villarum promiserunt firma, rata et grata habere, tenere et observare

et non contrafacere vel venire aliqua ratione vel causa, de iure vel de facto
ste, obligantes ad hoc omnia bona sua mobilia et immobilia, presentia et futura

Not. Giovanni q. Guglielmo di Cividale. Bibl. Civ. di Udine. Orig.

1379. 21 Luglio. Roma. Breve di Papa Urbano VI (Prignano) con cui commette a Fra Benedetto Vescovo Davaliense di predicare la Crociata nelle Diocesi di Verona, Vicenza, Aquileja, Salisburgo, Magonza, Treveri e Colonia contro Clemente VII Antipapa (Roberto di Ginevra) ~~ed anco~~ contro alcuni Cardinali ed altri suoi fautori.

Urbanus Episcopus Servus Servorum Dei Venerabili Fratri Benedicto Episcopo Davaliensi Salutem et Apostolicam benedictionem.

Cum de tua fraternitate confisi te ad Veronensem, Vicentinam Civitates et Dioceses, nec non Patriarchatus Aquilejensis, Salzburgensis, Moguntinensis, Treviren. et Coloniensis Civitates, Dioceses, et Provincias destinaverimus ad prediccandum contra nonnullos Cardinales; videlicet Robertum vulgariter dictum Gebenensem, nunc antipapam, qui se Clementem (VII) Papam nominare presumit, Johannem olim tituli S. Marcelli vulgariter dictum Ambianensem, Gerardum olim tituli S. Clementis vulgariter dictum Majoris Monasterii, et Petrum olim S. Eustachii Diaconum Cardinales cum nonnullis aliis quos ajunt eorum diabolicis suggestionibus ad eorum iniquum propositum attraxerunt, in Civitate Fundinensi prefatum Robertum Antipapam elegerunt, et contra quosdam olim Episcopos, Clericos et Milites et nonnullos alios Schismaticos et Apostatas et Blasphemos contra Nos et S. R. E. conspiratores presentialiter destinemus. Nos ut hujusmodi Predicationis officio, et commissis tibi negotiis eo melius prosperis, quo majori fueris per Nos authoritate suffultus; et ut Fideles Xpi ad exterminandum dictum Antipapam et olim Cardinales, et alios predictos, eorumque fautores, complices et Defensores tanto celerius se accingant, quanto majora premia se conspexerint recepturos: Fraternitati tue authoritate nostra omnibus Xpi fidelibus vere penitentibus et confessis qui dictos Hereticos, Fautores, Complices et Defensores ipsorum ut adherentes seu credentes Antipape, seu qui Prelaturas, Beneficia aut Gratias ab eodem impetraverint, nostramque famam denigrare molientes, aut Nos non esse Papam asserentes capiunt vel invadunt; et qui ad invadendum seu capiendum personas et bona eorundem, sive sint mobilia, sive stabilia, feudalia, censualia, emphiteotica, et Burgensatica: insuper et eis debita in personis, seu sumptibus propriis, aut alienis profecti fuerint; et eis qui propter debilitatem corporis, vel sexus personaliter venire, dictosque Hereticos persequi nequiverint; et pro subsidio invadendium et capiendum, manum porrigant adjutrices, Divitibus qui XX, mediocriter Divitibus qui X, et Pauperibus qui V florenos auri proficiendo subsidio destinaverint: Si quos vi

Tibique vel ei quem deputandum duxeris fuerint assignari, plenam veniam, seu Indulgentiam, et remissionem omnium peccatorum, quae proficiscentibus in Terrae Sanctae subsidium concedi per Sedem Aplicam consuevit, concedendi; et insuper eos, quos post iter arreptum intentione invadendi et expugnandi Hereticos et Schismaticos et alios adherentes seu imperantes supradictos ab hac luce migrare contigerit, praefatae Indulgentiae juxta devotionis affectum participes faciendi damus et concedimus plenariam tenore praesentium facultatem. Quocirca Fraternitati tuae per Aplica scripta mandamus quatenus per te vel alium seu alios hujusmodi concessionem nostram in Ecclesiis et locis predictis quando et quoties expedire videris solemniter publicans et exponens, et per alios ad hoc idoneos publicari et exponi faciens, non postponas, ut melius, et clarius intelligatur ab omnibus in vulgari Fideles Xti instantius, et efficacius per predicationes verbi et alias prout expediens extiterit inducere non postponas: ut suscipientes cum reverentia signum Crucis, ipsumque suis humeris et cordibus affigentes, ad prosequendum hujusmodi causam Dei et Romanae Ecclesiae Matris ipsorum viriliter se accingant. Nobis quicquid super predictis feceris per tuas Litteras vel Instrumentum publicum principium et finem praesentium continentia fideliter rescripturus.

Datum Romae apud S. Petrum XII Kal. Augusti, Pontificatus Nostri Anno II°.

NB. Trascritto da copia di mano del P. Frescoli domenicano che la trasse dall'Archivio del Monastero di S. Pietro Martire di Udine, accennando che non gli consta che sia mai stato pubblicato colle stampe, e che l'atto è importante per la Storia Ecclesiastica.

1379. 1. 7bre Nella Chiesa di S. Franco di Udine — Promessa di quei Frati di restituire alla famiglia pel trasporto a Firenze della salma di Alessandro di Firenze.

Pietro de Loco di [illegible] not. in Udine. [illegible] not. Udine

In Christi Nomine Amen Anno ejusdem Nativitatis Millesimo trecentesimo septuagesimo nono Inditione

5 secunda, die Jovis primo septembris. Utini Aquilegensis Diocesis in choro Ecclesie Sancti francisci de dicta terra Utini, presentibus Sapientibus Viris dominis Raynaldo de Vicentia juris perito, magistro Jacobo de Utino doctore medicine, Hectore q.m Miculile, francisco q.m Thomasij, Nicolao q.m magistri Gregorij, Nicolusio q.m Thomasini, Sirono q.m Palai, notarijs de Utino, Nicolao q.m domini Gabrielis fanto de Arcolonianis, Detalmo de Andriottis, et Thomasio Mathei de florentia et alijs pluribus testibus vocatis et rogatis. —

Nomi di Udinesi

Cum excellentissimus decretorum Doctor dominus Allexander de florentia Utini diem suum clausarat extremum, et dicta die in Ecclesia Sancti francisci corpus suum fuerit ecclesiastice traductum sepulture pro parte affinium dicti q.m domini Allexandri deponesant penes fratrem Bonfioli dicti loci guardianum et alios fratres dicti loci dicentes, et protestantes quod quotiescumque aliquis, vel aliqui de parentella sua ipsum corpus vellent ab hinc recipere, et florentiam exportare quod hoc facere possint, et valeant sine contradictione dictorum fratrum, vel aliorum tunc in dicto loco existentium, vel alterius cuiuscumque persone. Qui frater Bonfius guardianus dixit, et respondit pro se, et dictis fratribus suis ibidem presentibus, et consentientibus dicte petitioni, promittentibus in manibus Ser Gandioli vicecapitanei Utini et quotiescumque ullo tempore ab ipsis, vel alijs in dicto Monasterio fratribus existentibus dictum corpus peteretur, a petentibus dare, et libere dimittere secum de dicto loco exportare, e facere quid eis placeret, pro libito voluntatis. &c. —

Tib,
Sub
San
[illegible]
et
m
a
Ta
qu
ia
pe
ta
in
et
sa
co
B.
qu
pe
ta

1379. 28 ottobre. Cividale. Patti per esercitare l'arte di fare cappelli:

A.D. 1379. ind. II die XXVIII Octobris, in Civ. Austrie in domo m.ri Federici aurificis ~~ante~~ infrascripta ~~impetrata~~ s. Thome, presentibus presbitero Nicolao q. Curadi, Francisco cirogico filio Leonardi barberii de Civitate, Canciano q. Johannis de Mucinaco testibus et aliis ~~[illegible]~~

Ibique Federicus aurifex q. Parisini notarii de Utino habitans in Civ. ~~Austrie~~ ex parte una et Bernardus capellarius q. ser Johannis Glorie de Civitate predicta ex parte altera ad huiusmodi compositionem et pactum convenerunt comuniter et concorditer scilicet quod idem Bernardus ~~capellarius~~ laborare debeat fideliter et teneatur eidem Federico aurifici artem capellarie in domo ipsius Federici usque ad tres annos proxime futuros et completos et quod idem Federicus debeat dare ipsi Bernardo usque ad ipsum terminum trium annorum pillum et lanam et omnia necessaria ad artem capillorum et pro labore ipsius Bernardi dare etiam debeat et teneatur eidem Bernardo unum soldum pro factura cuiuslibet capitis pilei tam de calcina quam de aliis. Ita quod idem Bernardus in ipsa arte capillorum nil ponere debeat de suo nisi laborem suum sicut predictum est, habendo unum soldum pro quolibet pileo cuiuscumque generis existat. Item quod idem Federicus debeat dare ipsi Bernardo in quolibet anno ipsorum trium annorum 40 denarios ultra predicta. Insuper convenerunt quod pro qualibet die laborationis in qua idem Bernardus defectu suo seu negligentia non laboraret, salvo casu evidentis infirmitatis, dare debeat eidem Federico aurifici quatuor soldos et pro qualibet die laborationis in qua usque ad dictum terminum defectu ipsius Federici, salvo etiam casu infirmitatis sue, non laboraret ipse Bernardus, idem Federicus dare et solvere debeat et teneatur ipsi Bernardo quatuor soldos. Que autem omnia et singula predicta ipse partes per se etc. cum obligatione etc. firma, rata et grata habere, tenere etc. sub pena L librarum veronensium parvulorum hinc inde stipulatione premissa que totiens etc. et ea soluta vel non presens instrumentum etc. -

N.r Giovanni q. Guglielmo Bibl. Civ. Udine. Orig.

X.

349, 1377,
19 Decembre. Muggia. Il Comune di Muggia chiede soccorso a quello di Cividale, essendo quella città assediata dai Genovesi. —

7

Nobili et Sapienti viro D. [illegible] Capitaneo, Consilio et communi Austrie Civitatis.

Domini [illegible]. [illegible] de nostris notoriis defectibus victualium et [illegible] subsidii, plurimas supplicationes [illegible] [illegible] Domino nostro [illegible] et iterato nunc [illegible] omnibus instantiis solito supplicamus. Et teste Deo non [illegible] voluntate sed [illegible] necessitate [illegible] nobis victualium defectus [illegible] ita quod breviter quasi nichil habemus, [illegible] de nostris enim [illegible] per biennium [illegible] quicquid non [illegible] [illegible] ex quibus [illegible] nobis est [illegible] [illegible] remanent inculte pro continuis et adeo fortibus [illegible] inimicorum tam per mare quam per terram, quod [illegible] nostrum cuiuscumque sit conditionis non est [illegible] [illegible] Terre. Ipsi enim [illegible] et [illegible] [illegible] quod [illegible] [illegible] aliarum gentium [illegible]

centum [illegible] peditum quorum [illegible] saltem balistariorum [illegible] [illegible] potentia [illegible]. [illegible] ad vos fraterne recurrimus, [illegible] comunicato aliorum [illegible] Patrie [illegible], postquam Dominus [illegible] in hoc nos non audito di dicto oportuno nobis adiutorio [illegible]

[illegible] ad memoriam habentes quod tempore guerre Ter-
gestinorum nobiscum, Vestre fraternitates de multo maiori sti-
pendiariorum numero nobis gratanter et affluenter subvenerunt,
que guerra nihil erat respectu presentis. Si autem in hoc
Vestra Fraternitas nobis defuerit, quod non credimus, nostrorum
contributione et vestrorum civium salvis aliis que ad nos entitum
incolentibus eccetiunculi ratione inextimabilis impulsionis nostrorum
militum in occasione tantummodo defectum pro nostre salute
de prefatorum stipendiariorum repentina habitione queratis
sine falo.

Henricus de Gallis de Padua Potestas, consiliarii, Iudices,
... commune Mugle

Datum die XVIIII Decembris.

Pubb. dal D.r V.o Joppi
nell'Archeografo Triestino
1877. Vol 5.

1380, o dai primi del 1381.

Piano e condizioni proposte alla Communità di Udine da Fra Nicoletto Bono di Venezia Protopriore degli Eremitani di S.ta Lucia per la riforma e sano indirizzo del Monastero di S. Quirino di monache Eremitane (esisteva tra la roggia subito fuori della porta di Gemona esterna)

8

Quia divina ineffabili volente clementia que et si etiam rogata sepe differat nunquam tamen simpliciter deficit auxiliari eius suffragium puro corde flagitantibus, venerabilis et honesta domina soror Zaneta, que Sancto afflata Spiritu, me interveniente curam susceperat reformationis et gubernationis Monasterii tamdiu deturpati sancti Quirini, illis vero monialibus actu ibidem degentibus inde ex toto remotis cum quibus sibi ulla spes inerat nec inest in dicto Monasterio pure, religiose, honeste et pacifice vivendi, dictumque Monasterium honestandi pariter et ampliandi, hinc cum huiusmodi dictarum monialium remotio iuxta promissa et petita honeste obtineri non valuerit, ullo alio Monasterio volente se expulsas seu potius repellendas recipere, ob quod dicta honesta domina soror Zaneta infallibiliter repatriari decreverat, malens potius omne incommodum leta suscipere, quam se consortio tam turpium tamquam in malo obstinatarum monialium infructuose ymo peri culose coniungere et copulare. Hinc ego frater Nicoletus Bono de Venetiis prothoprior Conventus Sancte Lucie de Utino Ordinis fratrum Heremitarum S. Augustini totius[1] vestre Comunitatis et cuiusque religionis et potissime dicti Monasterii Dei et vestri contemplatione michi commissi et per me suscepti, totius honoris et status iuxta modulum meum plenissimus zelator, Deo docente, qui una via ad apicem virtutum ducente, fraude dyabolica clausa, sui benivolentia qua non mortis sed vitam et eternam vitam etiam inimicis et peccatoribus optat, viam aliam aperte apertam demonstrante, modum alium adinveni dictum Monasterium eadem sorore Zaneta in ipso manente, honestandi et reformandi.

Illis vero monialibus infamibus sic et tamdiu iuxta ipsarum demerita per nos et per vestrum brachium .... de speciali commissione et mandato reverendissimi domini Patriarche in dicto Monasterio detentis et carceratis, ut ex ipsarum sic infamium et deturpatarum monialium [illegible] in dicto Monasterio residencia ulla deinceps ipsarum occasione dicto Monasterio infamia nec dicte domine sororis Zanete nec ipsius successoribus aliqua occupatio vel retardatio a suo salutari proposito et regulari modo vivendi, Deo vacandi et dictum Monasterium reformandi pariter et ampliandi aliqualiter valeat oriri. Ad quod dicta Dei sponsa et famula

[1] Era priore in Udine nel 1384

amore pariter et exemplo nostri veri illius domini et magistri Christi Jesu qui venit non iustos sed peccatores querere et iustificare, zelo reformationis dicti Monasterii et in sui meriti augumentum, precibus quamplurium et plurium nobilium utriusque sexus personarum et si difficultem valde planum tamen prius prebuit assensum, pactis tamen et condicionibus infrascriptis, ipsa non valente se sola tanti ponderis onus subire factis promissis et observatis.

Primo videlicet ut ulla deinceps in dicto Monasterio presens vel futura monialis, ambitionis spiritu, forsitan, quod absit, aliquociens inflata, audeat nec possit in futurum neque sue religioni maiori meorumque successorum privatus officio quibus tam sponte tamque deliberate et libere supradicte infames moniales et ipsa soror Zaneta colla subderunt (sic) sic effrenate rebellare ut prime solis suis viciis allecte faciunt et fecerunt, a vobis petit dicta domina soror Zaneta quatenus totum Consilium vestrum per vestros notabiles ambaxiatores et per vestras speciales litteras affectuose postulet pariter et obtineat a nostro reverendissimo domino Patriarcha novas patentes litteras de novo submittentes et submissionem plenariam ipsius domini Patriarche confirmationem hactenus factas plenarie ratificantes approbamus et confirmantes dictum Monasterium sancti Quirini Ordinis et Regule sacre religionis fratrum Heremitarum S. Augustini in comuni et gubernationi specialique cure et regimini Prioris qui est et qui pro tempore erit Conventus S. Lucie de Utino Ordinis antedicti. Ne ipsarum speciali cura neglecta ad similia et peiora, quod absit, in futurum devenirent ad que actu ibidem degentes miserabiliter devenerunt et ad hoc plenarie fiendum, multum induxit impigra sollicitudo qua dictus sacer Ordo et Prior nominatus laborarunt pariter et concluserunt quidquid nunc de dicti Monasterii reformatione et augumentatione credit et sperat.

Secundo petit quod dictas submissionem et confirmationem factam et fiendam Dei et vestri contemplatione autenticari et per omnia approbari et confirmari publicis instrumentis procuratis per totum Capitulum et Canonicos Ecclesie Aquilegiensis, ne deinceps ut nunc dicte submissio et submissionis confirmatio valeant impugnari.

Tertio petit, per vos vestrumque brachium seculare de speciali commissione et mandato domini Patriarche per vos petito et obtento, dictas infames moniales carceri tuto et securo intra limites dicti Monasterii mancipentur, inde nullatenus extrahendas donec de ipsarum emendatione evidentia signa habeantur: Maxime cum hoc fieri intendat dictus dominus Patriarcha.

Quarto petit, ne deinceps dictum Monasterium ut hactenus sive per clericos sive per seculares infestetur et deturpetur (et) quod vos impetretis a domino Patriarcha patentes litteras preceptorias pariter et inhibitorias quatenus sub sententia excomunicationis ullus clericus vel laycus audeat dictum ingredi Monasterium, sic quod contra faciens ipso facto sit excomunicatus et debeat tam in Ecclesia maiori quam in aliis de Utino excomunicatus publicari et denunciari.

Quinto petit, quatenus vestri mandato per bricum 1) Comunitatis fiat crida tam in platea comunis quam in suburbiis Utini, quatenus sub certa pena gravi satis et inconcusse servanda, nullus secularis audeat dictum Monasterium nec ingredi nec inhoneste frequentari, et si aliquis contra veniens reperiatur, quod infallibiliter ad exemplum aliorum dicta taxata pena puniatur. Et ad perpetuam dicte condemnationis memoriam petit instanter dictam penam scripto Statutis et Ordinationibus D. Capitanei et Comunis Utini coniungi et annumerari.

Sexto petit, quod per duas vel tres personas spectabiles vestro ex parte Fratres cuiuscumque religionis et seculares sacerdotes precipiendo hortari quatenus vestri contemplatione desistant ex toto a conpeta et omni suspecta dicti Monasterii frequentatione et maxime seculares sacerdotes et fratres predicatores pro ceteris deficientes in hoc quod si non facerent et eis aliquid molestum accideret, vobis procurantibus per vestros nuncios non vobis dicti Monasterii curam et honorem procurantibus sed ipsis illud impedientibus, habeant imputare.

Itis itaque levibus et sanctis obtentis petit cum Dei gratia et vestri auxilio per me solempniter et firmiter intronizari et perpetuo in dicto includi Monasterio quam totius commode fieri

1) bricus = portatori o messo del tedesco bringen portare.

~~1) bricus dal tedesco bringen portare~~.

possit ut sanctimonialis vere sit et cognoscatur.

Petit ulterius quatenus dominum Patriarcham rogetur ut scribat domino Episcopo Iustinopolitano quatenus sibi in sociam et monialem sororem Franceschinam quondam ser Vitani filiam monialem in sancto Blasio 1) quia sola non valet in Ecclesia cecinere horas.

Octavo petit, ut si dictum Monasterium contigerit reformari, prout firmiter credit et optat, totus honor solius sit Dei cuius gloria altius, iuxta prophete vaticinium, minime dari dignoscitur. Et si contingat, quod absit, ipsum deteriorari vel etiam non meliorari, ipsius sororis Zanete sit culpa totalis, quatenus ulla valeat persona contra velle sacri Ordinis Fratrum Heremitarum S. Augustini in communi et Prioris Conventus sancte Lucie de Utino Ordinis antedicti, qui nunc est vel qui pro tempore erit et sine expresso consensu et voluntate dicte sororis Zanete et earum necessarum et maioris partis pariter et sanioris sui Monasterii sancti Quirini in dicto Monasterio admitti nec monachari nec noviciam monachatam contra velle et expresso consensu supradictorum ad professionem admitti ne forte talis partibus antedictis invitis vel insciis idest non plene admissam cognoscentibus, admittatur, quod dictum Monasterium potius verecundiam suscipiat et detrimentum potius quam incrementum et augmentum.

Nono et ultimo petit, plenariam et liberam securitatem retinendi matrem suam velud sibi necessariam, fidelem et securam in dicto Monasterio, absque habitu monachali et ipsam extramittendi pro necessitatibus dicti Monasterii exequendis, quotiens sibi videbitur opportunum, sic tamen quod mater publicis instrumentis secura reddatur toto tempore vite sue etiam post mortem filie victum et vestitum a dicto Monasterio bona fide et absque fraude, sicut una de melioribus monialibus dicti Monasterii habere et recipere dignoscetur, ne forte mater in dicti Monasterii continuis assiduisque negociis intenta et occupata ymo et antiquata, propriis neglecta subsidiis, aliquando opportunis et necessitatibus sit orbata.

Istis petitionibus levibus, iustis et rationabilibus et fieri valde possibilibus exauditis et obtentis et publicis instrumentis roboratis contentatur, ymo petit et vult forma et modo prescriptis et non aliter dicta honesta domina soror Zaneta introniçari et perpetuo claudi in dicto Monasterio sancti Quirini, sic quod etiam publicis instrumentis se perpetuo mansuram idest usque ad ipsius mortem corporalem in dicto Monasterio sancti Quirini promittit se prout melius et efficatius potuerit et prout fortius ipsa potuerit alligare pariter et observare.

[Dalla minuta originale in carta a pag. 97 del Vol. M. II. Monasteri, Arch. Com. di Udine.]

1889 22 Dec. J. Vi. 1) Il monastero di S. Biagio di Capodistria apparteneva alle monache eremitane di S. Agostino.

1384 5 febbraio [illegible]
[illegible]

[illegible] Tolmezzo [illegible]

In Christi nomine amen. Anno a nativitate eiusdem 1380, ind. III, die dominico quinto februarii; actum Glemone ante domum heredum q. Johannis Vallesie, presentibus Nicolao Francischi, M.° Paulo carpentario, Dominico Pasqualini lagenario, Dentono macellatore omnibus de Glemona et aliis. 9

Ibique M.r Egidius Genam et M.r Johannes Stout muratores de Antenea per se etc promiserunt Odorico Fugaze de Glemona ut Camerario Ecclesie S. Marie de collibus de Glemona laborare facere atque construere quodam lastratum lastris bonis non laverzariis supra magno campanile Ecclesie S. Marie de Glemona subtus campanis et ponere lastras suprapositas duobus digitis et omnes lastras necessarias ad illud opus fiendum eorum sumptibus et expensis laborare seasque ducere usque desuptus dictum campanile. Item facere coopertum eorum expensis nec non facere quatuor vel plures si opus fuerit stillycidias seu canales ex quibus labentur aqua extra dictum campanile, ita et taliter quod ullatenus ledat trabaturam in dicto campanile et facere foramina ex quibus labuntur funes ad pulsandum campanas, ita et taliter quod aqua non fluat per ipsa foramina. Et hoc facere promiserunt citius usque poterint et non debent accipere aliquod laborerium supra eos donec compleverint dictum lastratum, in pena unius marche denariorum stipulatione premissa etc. Promittens dictus Odoricus Camerarius ut supra pro se suisque successoribus heredibus dictis Magistris dare atque solvere pro quolibet passu comunis dicti lastrati marchas denariorum aquilegensium tres. Pro quibus omnibus et singulis firmiter attendendis et observandis dicte partes obligaverunt una alteri omnia bona videlicet Camerarius Camere et Magistri eorum bona presencia et futura. =

XI.

1380, 25 ~~Febbrajo~~. Muggia. — Il Comune di Muggia chiede agli Udinesi soccorso d'armati, temendo de' Genovesi ~~[illegible]~~ che aveano ~~[illegible]~~ preso Brondolo.

Bibl. Marciana. Cod. Fontan. lat. XIV, 49. —

[Tergo] Magnificis et potentibus viris Dominis Aquilino de Gubertinis honorabili Capitaneo, Consilio et Communi Utini Dominis plurimum honorandis

~~Egregiis et Potentibus viris D. Federico de Savorgna~~no

no ~~ac nobilibus viris Dominis Deputatis pro Com~~munitate

Utini; ~~Fratribus carissimis~~

Votiva qualibet recomendatione premissa. Susceptis vestre no-
bilitatis litteris de nova aliorum mensis stipendiariorum confirmatio-
ne inter cetera narrantibus respondemus quod de hoc vobis gratiarum
actiones affectuosissime referentes ex tentatione operum cognovimus ~~[illegible]~~
et videmus amorem quem semper nobis stricta cura gessistis, ex quo
vobis sic efficaciter curriculo obligatorius nos innodatos esse fatemur,
quod nescimus quomodo ab eo unquam per retributionis viam dissolvi
quomodolibet valeamus. Verum quia intelleximus Brondolum
surreptum ~~fore~~ Januensibus, quod modo credere non possumus, licet dubi-
temus, supplicamus cordialiter totis viribus nostrorum, ut sicut pre ce-
teris Sancte Aquilegensis Ecclesie subditis videtis palam nos
maiori periculo deditos sit tanto magis, nobis qui quotidie posuimus
et ponimus animas ~~animas~~, corpora et bona ad honorem ipsius Ecclesie
et honore prompti sumus et maxime pro vobis quia tenemur,
novit Deus dignamini tam tempestive providere cum sentiamus pe-
ricula aliqua ~~[illegible]~~ grandia per hanc Terram contra omnem Venetorum

22

... de Bru...

veritatem defendere honorifice valeamus. tanto ergo vos qui estis membrum principale et lux ipsius Ecclesie sub domino nostro q. ad propter finem omnis impensa laborque in guerra presenti peracti comendent merito ut speramus indubie. Preterea noveritis quod ex stipendiariis vestris viginti sunt ad Foramen Hospiter ibi manent, quod multum pro nobis facerent. videremusque libenter quod hii stipendiarii melius forent armati pro honore vestro et pro maiori eorum audacia et salubriori nostra defensione. Inter cetera scieritis quod recoluimus quod centum armigeros uno anno continuo tempore alterius guerre nobis per Tergestinos illate hic tenuistis pro nostra defensione De quo etiam nunc cogimur memorari, sperantes quod tempore guerre presentis que maior est immo maxima nos iuvabitis toto posse, parati semper ad singula grata vobis.

Datum Insule die XXV mensis februarii

Henricus de Gallis Potestas, Iudices, Consilium et Commune Insule. (L.S.)

Interclusas presentibus litteras hodie hora tarda recepimus post presentium scripturam, sed quia statim expectamus afforcium Venetorum cum mare fuerit in quieto, ideo placeat vobis curare cum Domino nostro, quod saltem 50 balistarios et 50 pavesarios habeamus

respective et tunc bene mori volumus ad honorem Aquile
gensis Ecclesie, Domini nostri et totius Patrie ad tuendam hanc Ter
ram, aliter faciemus ultimum de potentia pro honore Domini con
servando.

Pubb.to dal D.r Vin.o Joppi
nell'Archeografo Triestino
1877. Vol 5°.

24

1380. 20 Giugno. Udine. Questo Comune
Ind.e III.e partecipa ai nobili e Comuni
del Friuli l'aquisto di Trieste.

Universis et singulis Nobilibus, Comunitatibus et aliis quibuscumque ad quos presentes advenerint. Nos Nicolaus de Concordia vice Capitaneus --- Consilium et Comune Terre Utini cum cordiali salutatione ad significandum vobis, et cuicumque vestrum felicem novum aquisitionis Civitatis Tergesti etiam de mandato Domini mei, nostroque motu proprio mittimus Iohannem Filii nostrum concivinum latorem presentium cui dicta predicta in omnibus fidem adhibere debeatis, qui vobis exponat oraculo vive vocis, scientes quod etiam idem Iohannes apportat litteram Domini nostri notificationis dictis prosperi casus, quam recepimus heri sero, habens commissionem specialem a nobis quod vobis omnibus hostendat dictam litteram, quam eidem restituatis, ut ad alia loca portare valeat, pariterque aliis hostendere.

Datum Utini die XX° mensis junii indictione III.a 1380,

Sigillo Comunis
Utini

Ex autographo existente in Tabulario Civitatis Utini —

Nell'Ottinum forojuliense di Mons. Guerra tomo 28 pag 438
nella bibl: Conte di Cividale.

Stampato nel Archeografo Triestino Vol. XV. 1889 Fasc. 1

1380, 13 Luglio. Trieste. Patti della dedizione di Trieste al Patriarca d'Aquileja Marquardo di Randek.

1

~~Pergamena~~ ~~membrana~~ ~~[illegible]~~

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo octogesimo, inductione tertia, die tertia decima mensis Julii, actum in civitate Tergesti in sala episcopatus. Cum dudum et iam per tempora longiora civitas Tergestina de facto et per potentiam Venetorum esset dominio subiugata, quam civitatem Veneti oppri-mebant multis oneribus realibus et personalibus et quod deterius erat, iniustitia supplantabant dictos cives Ter-gesti aliquos morti tradendo absque caussa, aliquos in exilium ponendo et aliquos bonis omnibus spolian-do, que omnia penes Deum et mundum intolerabilia erant, quod talia ad diminutionem rerum et perso-narum et per consequens ad diminutionem fidei or-thodoxe ~~et ad diminutionem~~ iurium Aquilegensis ec-clesie, que reverendissimus in Christo pater et do-minus Marquardus dei gratia sancte sedes Aqui-legensis dignissimus patriarcha habet in dicta civi-tate Tergesti et iurium domini episcopi Tergestini sui suffraganei, que iura tenetur dictus dominus patriarcha ex debito usque ad mortem tueri et defendere et manu... postquam ad notitiam eius

"Manus ... Sectam"

talia pervenerint, et maxime quoniam super his requisitus est cordiali prece et humilibus supplicationibus, ut in his sua ponat remedia opportuna, ideo predictus dominus patriarcha cura vigili et sollicita multorum prudentium virorum et nobilium participato consilio, volens super his mature providere deliberavit personaliter se transferre ad dictam civitatem Tergesti cum magna multitudine militum et baronum et per mare cum multitudine galearum et cum occasionibus antedictis et tum ex eo, quod Veneti inimici eius erant et inter eos gravis guerra vigebat ex eo, quod Veneti antedicti occupaverant sibi multas civitates loca atque castra in provincia Istrie et eidem domino patriarche et eius ecclesie gravissima damna intulerant in suis civitatibus locis atque castris et tandem divina gratia cooperante, prout sperare debent, quia in iustitia nutriuntur, facto insultu contra dictam civitatem Tergesti cives ipsius civitatis volentes se a supradictis oneribus relevare, ut non remaneant perpetue servituti, civitas predicta cum predictorum civium auxilio et favore devicta fuit et de ipsorum civium voluntate et consensu tradita fuit nobili viro domino Bertholdo de Hannecher honorabili mareschalco dicti domini patriarchae assignando eidem die Mercurii vigesima sexta iunii claves dicte civitatis Tergesti et assignantes eidem vexillum

sancti Iusti quod est vexillum generale et com-
mune dictae civitatis, nomine Aquilegensis eccle- leggasi nomine
siae et praefati domini patriarchae unanimi voce et
voluntate vocantes et dicentes: Viva lu patriar-
ca d' Aquileia. Postque die supradicta videlicet
tertia decima iulii convocato specialiter maiori
consilio in ecclesia sancti Iusti ad infrascripta
specialiter peragenda solemniter more solito ad
sonum campanae, in quo quidem consilio inter- × f 5.'
fuerunt iudices dictae terrae Tergesti et omnes alii
consiliarii, qui tunc temporis erant et facta pro-
positione, quod summe utile et necessarium erat
pro conservatione iurium civitatis Tergesti et ca-
strorum et locorum eidem civitati pertinentium
et pro defensione eorum totali tam in personis
quam in rebus et ut eis futuris temporibus vic-
tualia non deficiant sicut alias defecerunt quan-
do praedicta civitas fuit Venetorum dominio sub-
iugata et ut libertas eorum conservetur et
ut ab eis talium dominorum servitus auferatur,
quod supradictus dominus Marquardus sanctae
sedis Aquilegensis patriarcha iterato et solemni-
ter in dominum vocaretur et eidem claves por-
tarum dictae civitatis Tergesti assignarentur
et darentur et etiam generale et commune vexil-
lum civitatis praedictae, quod erat vexillum
sancti Iusti etiam daretur et assignaretur

f.

in signum veri domini et dominii ei dati et traditi
~~dit~~ vocantes eum in dominum et dicentes unanimi
voce et voluntate: Viva misser lu patriarcha, et
assignantes eidem omnia theatra et palatia que
in usu publico dicte civitatis erant et dantes et
assignantes eidem omnem iurisdictionem meri et
mixti imperii et voluntariam ac contentiosam iu-
risdictionem tam in civitate Tergesti predicta, quam
etiam in eius castris locis atque villis et in toto
eius districtu et pertinentiis. Qua propositione
sic facta Dei altissimi consilio invocato, quo pre-
termisso nullum rite fundatur exordium et su- + fo 6
per predictis matura deliberatione prehabita
et nemine aliqualiter discrepante deliberatum
fuit per omnes, quod coram supradicto domino
Marquardo patriarcha Aquilegensi dignissimo
prefati iudices et ceteri rectores cum omnibus con-
siliariis antedictis totum consilium representan-
tes comparere deberent ad assignandum et tra-
dendum eidem claves portarum dicte civitatis
Tergesti et ad tradendum et dandum eidem ve-
xillum Sancti Iusti supranominatum in si-
gnum et significationem veri domini et dominii
dati et traditi dicto domino Marquardo Aquile-
gensi patriarche dignissimo, clamantes eum
in dominum et dicentes: Viva messer lu pa-
triarca de Aguleia et ad tradendum et dandum

omnia eidem, que usu publico dicte civitati ce-
dunt et ad tradendum eidem omnem iurisdictio-
nem meri et mixti imperii, quam dicta civitas
habebat tam in civitate predicta Tergesti, quam
in eius districtu ut supra dictum est. Qua deli-
beratione sic habita et firmata, immediate et om-
ni mora postposita iudices, rectores et consiliarii an-
tedicti totum maius consilium representantes
iverunt ad supradictum locum episcopatus, ubi
supradictus dominus patriarcha erat et residebat,
ibi, die tertia decima praesentis mensis iulii su-
pradicta et presentibus reverendo in Christo pa-
tre domino Angelo episcopo Tergestino, nobilibus
et prudentibus ac discretis viris Elia de Guber-
tinis de Utino legum doctore, Sellono quondam
nobilis viri domini Bielli de Savorgnana, Rodul-
pho quondam domini Johannis de Portis de civi-
tate Austria, Francisco quondam ser Valentini
de Valentinis de Utino, Nicolao Notario quondam
magistri Gregorii de Utino, Nicolao quondam ser
Franciscini de la Villa de Glemona, Simeone
quondam . . . . . de Venzono et aliis pluribus
in multitudine copiosa, eidem domino patriar-
che per iudices, rectores et consiliarios antedictos
tamquam majus consilium representantes
claves portarum dicte civitatis date et assi-
gnate fuerunt. Qua datione et assignatione
sic factis, illico eidem domino patriarche dederunt et assignaverunt sigillum sancti
Justi supranominatum, quibus

6) sic per actis eidem domino patriarche dederunt et as-
signaverunt omnia, que in usu publico dicte civi-
tatis erant, clamantes et vociferantes dictum domi-
num patriarcham in dominum et dicentes unani-
mi voce et voluntate: Viva misser lu patriar-
ca d'Aquileia, jurantes corporaliter ad sancta
dei evangelia tactis scripturis et delato eis sacra-
mento per me notarium infrascriptum, semper
esse fideles dicto domino patriarche eiusque suc-
cessoribus ac Aquilegenses ecclesie; post que ei-
dem domino partriarchae dederunt et assignave-
runt omnem jurisdictionem meri et mixti impe-
rii et jurisdictionem voluntariam et contentio- 1417
sam, quam dicta civitas habebat in ejus castris,
locis atque villis, et in ejus toto districtu et per-
tinentiis, abdicantes et auferentes ab eis omnem
potestatem et omnes jurisdictiones supradictas
in signum et significationem veri domini et domi-
nii civitatis prefate cum toto ejus districtu et
pertinentiis suis datis dicto domino patriarche
et ejus Aquilegensi ecclesie. Quibus sic celebratis
iterum convocato solemniter et more solito ad
sonum campanae consilio dicte terre in quo
quidem consilio interfuerunt judices, rectores et
consiliarii supradicti, totum majus consilium
representantes deliberatum fuit, quod in plena
arenga civitatis predicte predicta omnia et

infrascripta proponantur, deliberentur et definiantur pro
tutiori defensione civium civitatis predicte. Qua arenga so-
lemniter convocata in Ecclesia Sancti Justi, ibidem nemine
discrepante, lectis capitulis infrascriptis sigillatim, ne-
mine discrepante, deliberatum fuit, ut supra, et omnia
eidem domino patriarche assignata fuerunt, ut supra. Qui-
bus quidem sic peractis et firmatis per modum supra-
dictum, prefati cives humiliter dicto domino patriar-
che supplicaverunt, ut eisdem dignaretur certa capi-
tula confirmare et approbare. Et primum capitulum 1)
erat: quod predictus dominus patriarcha per se et *f 17!
successores suos teneatur et debeat cives civitatis Ter-
gesti et civitatem Tergestinam et totum ejus distric-
tum et districtuales dicte civitatis defendere conservare
et tueri contra quascunque personas, veluti facit et
facere ~~debit~~ debent omnes alios suos servitores, fideles et subjec-
tos tam in patria Forijulii, quam in Istria, et quod
dictam civitatem cum suis pertinentiis et juribus pro-
mittat non alienare, vendere, locare vel in feudum dare
vel in emphiteosim alicui persone vel universitati,
exceptis bonis Venetorum, quod capitulum approbavit
et affirmavit in forma supradicta.

Item quod praefatus dominus patriarcha per se et 2)
successores suos videlicet in civitate Tergesti dare debeat
pro bono regimine ipsius civitatis potestatem vel ca-
pitaneum de patria Forijulii omni tempore; quod
capitulum approbavit et affirmavit in forma supradicta.

8) Item quod dictus capitaneus vel potestas per prefatum 3)
dominum patriarcham datus et assignatus ad bonum regi-
men civitatis predicte, debeat cives et civitatem predictam
regere et gubernare secundum statuta civitatis Tergesti ex-
ceptis statutis, que essent in favorem Venetorum & ducis
eorum condita vel approbata, et exceptis statutis, si qua
essent contra Aquilegensem ecclesiam, que statuta pe-
tit ipsa communitas et universitas Tergesti, quod sint
penitus cassa, irrita et nullius valoris. * f. 8)

Item quod civitas et communitas Tergestina secun- 4)
dum ejus possibilitatem de cetero debeat habere et su-
stinere illas angarias et onera, et illas conditiones, pro-
ut sustinet Utinum et civitas Austrie pro rata civi-
tatis; quod capitulum in totum approbavit et affirmavit.

Item quod in dicta civitate Tergestina et in ejus distric- 5)
tu in perpetuum aliqui Veneti non possint nec valeant
habitare neque stare tamquam incole vel habitatores, ut
futuris periculis evitetur; quod capitulum in totum
approbavit et affirmavit, ut supra.

Item quod duo castra in civitate Tergesti edificata 6)
per Venetos ruinentur et totaliter destruantur et quod
nunquam de cetero reaptentur nec aliquo modo de no-
vo reedificentur pro conservatione civitatis Tergesti et
jurium Aquilegensis ecclesie; quod capitulum appro-
bavit et ~~approbavit~~ affirmavit in hunc modum, quod
castra ipsa ruinentur et quod castrum inferius reedifi-
care de novo non valeat, sed a parte superiori dictus

dominus patriarcha vel ejus successores pro conservatione et custodia dictae civitatis Tergesti pro libito voluntatis possint et valeat a parte superiori unum castrum aedificare suis tamen sumptibus et expensis apud turrim Chucherne, ubi est portica vel alibi in parte superiori ubi sibi magis placuerit et videbitur expedire. *f. 8'

Item quod ultra dacia et gabellas in eorum statutis declarata et declaratas nullo modo civitas Tergesti vel cives sive districtuales ejus gravari debeant ultra id quod supra in quarto capitulo continetur; quod capitulum approbavit et affermavit secundum declarationem in ipso quarto capitulo insertam, cum hac tamen conditione adjecta, quod dicta communitas Tergestina neque ejus cives sive districtuales praedicta dacia vel gabellas ullo modo possint augere nec alia dacia vel gabellas de novo imponere sine expressa licentia et voluntate dicti domini patriarchae. 7)

Item quod introitus dictae civitatis Tergesti remaneant et remanere debeant communitatis Tergesti praedictae persolvendo potestati vel capitaneo, quem dictus dominus noster eis deputaverit vel ejus successores et pro solvendo aliis salariatis et pro faciendo alias expensas necessarias et pro faciendo utilitate ipsius terrae; quod capitulum approbavit et affermavit cum hoc tamen, quod dicta communitas Tergestina annuatim in festo sancti Justi patroni eorum dicto domino nostro et ejus successoribus dare teneatur et debeat in perpetuum marchas denariorum Aquilegensis monetae centum et urnas boni rabioli totidem. 8)

10) Item [illegible] et stipulatione solemni stabilitum fuit 9)
inter supradictum dominum patriarcham et cives supradic-
tae terrae Tergesti ac declaratum, quod ab omni sententia in
dicta civitate Tergesti lata ille, contra quem sententia lata
esset, possit appellare ad dictum dominum patriarcham vel
ejus successores de eorum injuria et ibi caussa apellationis
et appellatio definiri per eum vel illum, cui commiserit de-
finienda. Quae definitio fieri debeat de jure scripto et
secundum statuta civitatis Tergesti et secundum producta
et actitata in caussa, dummodo talis sententia ascendat
summam centum librarum parvorum et abinde supra.
Si vero non ascenderit summam centum librarum parvo-
rum, tunc appellans appellare non possit nisi solum,
secundum quod statuta dictae terrae Tergesti dispo-
nunt et ordinant.

Item quod finito termino potestatis vel capitanei, 10
quem supra dictus dominus patriarcha praedictis civibus
Tergesti deputaverit aliquis si querelam ponere voluerit
contra ipsum potestatem vel capitaneum vel alium seu
alios de ejus familia ipsa querela poni debeat coram dic-
to domino patriarcha Aquilegensi et vacante sede coram
vicedomino Aquilegensis ecclesiae, et si contingat pote-
statem in querela succumbere per sententiam domini
patriarchae vel ejus commissarii tunc, praedictus pote-
stas vel capitaneus teneatur resarcire omnia damna et
omnes expensas factas per partem, quae querela ascen-
dentem a centum libris supra posuisset.

Item quod omnes salinae civitatis Tergesti positae in quacumque parte pertinentes communitati Tergesti perpetuo sint et esse debeant ad perpetuum usum dictae civitatis Tergesti. (11)

Item quod omnia pacta et conventiones habitae et habita inter dominum patriarcham praedictum et Januenses tangentes dictam civitatem Tergesti totaliter approbentur per cives et universitatem civitatis Tergesti. 12)

Item quod omnia bona Venetorum existentia in dicta civitate Tergesti et ejus pertinentiis libere sint et esse debeant supradicti domini patriarchae et ejus Aquilegensis ecclesiae ad faciendum de ipsis omnem ejus voluntatem, quae quidem pacta etc. 13)

Ex protocollis ser Jacobi de Fagedis secretarii et scribe rev.^mi patriarche Marquardi.

Da copia nel Codice cartaceo del secolo XVIII. N 6474, fol. 4–10 della Bibl. Imperiale in Vienna, tratta dalla pergamena originale già nell'archivio de' Conti Pace.

... Antonium Marcello patriae Forijulii dignissimum locumtenentem prout inveni in notis et protocollis ser Jacobi de Fagedis secretarii et scribe reverendissimi patriarchae Marquardi nil addens vel minuens, quod sensum mutet vel variet intellectum, praesens et supradictum instrumentum publicavi et in hanc publicam formam

12)

redegi, signoque et nomine meis appositis et con-
suetis in fidem et testimonium ~~omnium et singu-~~ f° 10
lorum praemissorum.

(Da Codice ~~cartaceo~~ N. 6474 del sec. XVIII dell'i. r. Biblioteca di Corte in Vienna).

~~Codice di carta del secolo decimo ottavo della I. r. Bi-~~
~~blioteca Nr. 6474 f°. 4. – 10.~~

2) ~~Dopo la parola quoniam è uno spazio vuoto di 3 centi-~~
~~metri.~~

3) ~~Dopo la parola Venetorum manca un et.~~

Stampato nell' Archeografo Triestino XV Fasc. I 1889

1380 primi d'Agosto — (Udine). Marquardo patriarca d'Aquileja incarica il suo segretario di infeudare coi beni tolti ai Veneziani, coloro che hanno contribuito a cacciarli da Trieste ed a conservare alla Chiesa Aquilejese le terre dell'Istria.

Marquardus dei gratia sanctae Sedis Aquilegensis patriarcha dilecto nobis prudenti Jacobo de Tergedis secretario nostro et scribae nostro gratiam nostram et omne bonum. Nostris et ecclesiae nostrae profectibus applicare, quod paterna liberalitate concedimus, arbitrantes et quod meritorum remuneratorem prioere spectat et decet quemlibet praesidentem praecipue, ne ingratitudine dominorum fidelium virtus marcescat, quae verae fidei credi non potest, cum remuneratoris gratiam non cognoscit, ex eo quod ecclesiarum profectibus non detrahitur, nec quicquam deperit commodis earundem si earum fidelibus servitoribus aliquid maxime de noviter acquisitis in retributionem praeteritorum obsequiorum et in vinculum futurae dilectionis et obligationis ad alia impenditur moderate, tibi de cuius circumspecta prudentia et fidei constantia praecipuam et specialem in domino fiduciam obtinemus, harum tenore committimus et mandamus, quatenus ad civitatem nostram Tergestinam personaliter accedens eos om-

nes, qui non inspectis laboribus et mortes periculo post posito civitatem nostram Tergesti a tyrannicis faucibus Venetorum liberaverunt seu in liberatione ipsa se exhibuerunt testante ore se principales et caussam dederunt, quod civitas ipsa cum castris et juribus suis ad nostras et ecclesie nostre manus et dominium liberum ...... devenit ..... (1) nostram ecclesie et patrie nostre et conservationem terrarum et locorum Istrie, ad quarum et quorum usurpationem ipsi Veneti lupina rabie continuo anhelabant prout rei geste ..... de salubri in futurum provisione docebat diligenter inquiras et eis quos principales esse inveneris in hoc facto, habita prius deliberatione matura cum capitaneo et vicario nostris in dicta nostra civitate Tergesti, bona omnia omnibus pro se et eorum heredibus ex eis descendentibus recipientibus tantum, videlicet domos, ~~domos~~ vineas, salinas, census, redditus et affictus quoscumque, quomodocumque et qualitercumque spectantia et spectantes ad ipsos Venetos, seu eorum subditos, que ad nos et ecclesiam nostram sunt jure multiplici rationabiliter devoluta, communiter vel divisim juxta tamen cujuslibet exigentiam meritorum in pheudum, exceptis infrascriptis nomine et auctoritate nostris et ecclesie

~~Frammenti~~
1) Gli spazj punteggiati, sono vuoti, nella copia della Bibl. Imperiale.

nostre ac successorum nostrorum assignes pariter et concedas, eosque investias de eisdem ipsis ac cuilibet eorum literas concedimus concessionis pheudorum ipsorum in forma consueta et debita sub nostris sigillo et nomine facias, tali conditione adjecta videlicet, quod ipsi et eorum quilibet primo in tuis prestabunt manibus nostro, ecclesie et successorum nostrorum nomine recipientis fidelitatis debite, perpetuum et solitum sacramentum, quod fidelis vassallus prestare suo domino est in talibus consuetus; item quod ipsi et ipsorum quilibet bona ipsa pheudalia ac eorum heredes habebunt, tenebunt et possidebunt, quamdiu civitas ipsa Tergestina ac ipsi in mera et vera fidelitate et obedientia nostra et ecclesie nostre ac successorum nostrorum et non amplius duxerint permanendum; item quod ipsi et eorum quilibet non vendent, nec vendere aut quovismodo alienare presument, nec debeant bona ipsa et ad alicujus manus perducere sine expressa conscientia et consensu nostris successorumque nostrorum et quod eis vel aliquo ipsorum decedentibus sine heredibus descendentibus ex eisdem bona talium decedentium vel decedentis ad nos, ecclesiam et successores nostros devoluta sint et devolvi debeant ipso facto, exceptis tamen pariter et expresse exclusis domibus omnibus, vineis et salinis ac aliis bonis

quibuscumque dudum per nos in dicta civitate Ter-
gesti et jus pertinentiis certis personis concesses
per nostras literas speciales et excepto palatio
dicte civitatis, quod pro mansione continua
vicedomini communis Janouensis, qui pro tempo-
re fuerit, concessimus et bonis ad valorem ducen-
torum florenorum, que ipsi vicedomino assigna-
re ex pacto et expressa obligatione tenemur, ex
eo quod in acquisitione civitatis prefate Ter-
gestine prefati Janouenses cum eorum galeis
et armata nobis dederunt subsidium principa-
le; que quidem bona omnia predicta in con-
cessionibus per te fiendis primis excludi volumus
et antea penitus exceptari tibi mandantes qua- f. 11.
tenus te de eis vel ipsorum aliquo nullatenus
intromittas nec aliquid dishonere vel ampletare (sic)
presumas aliqua ratione vigore commissionis no-
stre presentis. Nos itaque nostro successorum
nostrorum et ecclesie nostre nominibus ratum
habere volumus perpetuo promittimus atque
gratum quiquid per te juxta commissionis
nostre hujusmodi continentiam et tenorem
in premissis actum fuerit et quomodolibet
attemptatum harum sub nostri impressione
sigilli testium literarum. Datum etc.

Ex protocollis ser Nicolussi Zirbini de Utino cancellarii rev.mi patriarche Marquardi.
Da copia nel Codice citato N. 64 4/k, fol. 10 - 11.

imperiali auctoritate notarius ex commissione mihi facta per magnificum et generosum virum Dominum Hectorem Pasqualigo dignissimum locumtenentem patriae Forijulii et de mandato mihi facto per magnificum et strenuissimum militem dominum Iacobum Antonium Marcello patriae Forijulii dignissimum locumtenentem praesens instrumentum ex notis et protocollis ser Nicolusii Ferbini de Utino cancellarii reverendissimi patriarchae Marquardi nil addens vel minuens, quod sensum mutet vel variet intellectum suprascripti instrumenti publicavi et in hanc publicam formam redegi signoque et nomine meis appositis et consuetis in fidem et testimonium omnium et singulorum praemissorum.

(Dallo stesso Codice della Bibl. di Corte in Vienna).

~~(Da Codice cartaceo N. 6474 della i. r. Biblioteca di Corte a Vienna fol. 10).~~

Codice cartaceo della i. r. biblioteca N. 6474 con scrittura del secolo 18. f° 10 - 11'.

1 Dopo la parola liberum è uno spazio vuoto di un centimetro.

2) Dopo la parola devenit è uno spazio vuoto di un centimetro e mezzo.

3 Dopo la parola gestae è un luogo vuoto di un centimetro.

1380, 1 agosto. Trieste. Copia della lettera mandata al Patriarca d'Aquileja sulla presa di Giustinopoli.

Copia literarum missarum Dño nostro Patriarche per Dominos Bertholdum de Honech, Heliam de Gumbertiis, Judices Consilium Comune Terre Tergestine.

14

Dall'apografo nel Ms. Lettere dell'Arch. Municipale di Gemona.

Reverendissime Pater et Domine noster. Capcionem terre nostre Justinopolis hodie circa horam terciarum vobis cum cordis amaritudine signi=ficamus, unde p. v. humiliter supplicamus ut nobis mora qualibet sublata secundum quod hujus vestre terre statum diligitis auxilium gentium victualium et Sagittamen=to mittere studeatis quum emulos p. v. per quos dicta terra Justinopolis est capta et qui sunt in potentia magna de hora in horam attenta magnanimitate quam ad hanc vestram terram acerbis odiis gerunt expecta=mus. Super iis nihilominus fidelis noster de Tergesto lator presencium aliqua ex nostri parte referabit cui in dicendis fidem ~~[illegible]~~ placeat et digneris credentiam adhi=bere.

Data in terra nostra Tergesti die 1a Augu=sti hora meridiana.

A. D. ~~1480~~ MCCCCLXXX, ind. XIII, die xx novembris, actum Glemone supra stuba Comunis, presentibus ser Leonardo notario, Simone barbitonsore, Dominico precone habitante Glemone et aliis.

exsolvere tenebatur Ecctiæ Gurcensi certam quantitatem pecuniæ
non limitato in solutione pecuniæ hujusmodi termino, pro qua erat
dicta Provincia Windisgratz dictæ Gurcensi Ectiæ obligata. Adveniente
vero termino S. Georgii in quo debuerat fieri restitutio dictæ Provinciæ,
et diu elapso, dictus Dnus Patha Nicolaus, præfatum Dnum Ducem super
dicta restitutione per suos Ambaxiatores, et Nuntios [illegible]. Per quem
responsum fuit quod restitutionem distulerat, quia dicta pecunia
non fuerat juxta tractatus habitos dictæ Gurcensis Ecclesiæ perso=
luta. Ad quæ dicto Dno Duci responsum fuit per dictos Ambaxia=
tores, quod inspecta mente pactorum, idem Dnus Dux ad restitutionem
tenebatur prædictam, et facere debuerat usque ad jam elapsum
terminum causa aliqua non obstante nec ex hoc idem Dnus Patri=
archa ipsi Dno Duci tenetur in aliquo immo dictum Ecclesiæ Gur=
kensi cum volebat componere, et dante Domino bene et amicabiliter
componeret cum eadem. Sed nihil profuit protestare nec aliud
dicere quia dictus Dnus Dux voluit ita esse. Et sic dicta Pro=
vincia detenta fuit per dictum Dnum Ducem sub isto colore
usque ad hæc tempora, et detinetur adhuc, quam non in [illegible]
Ecclesiæ Gurcensi sed nobili de Mompariz in mille talentis pro im=
pensis per ipsum dicto Dno Duci servitiis obligavit. Rebus sic exi=
stentibus Sermi Dni Regis Ungariæ introitus ad partes istas contra Venetos
expeditione, [illegible] hujusmodi impedimentum præstitit, nam dictus Dnus
Nicolaus coram majestate Cæsarea intendebat prosequi causam suam
sed ambobus, videlicet Duce, et Patha interim sublatis de medio,
remansit negotium indecisum. Processu vero temporis vacante Sede
Nobiles de Pramparch propter magnas, et enormes injurias eis illatas
per homines de Pontebe subditos Ecctiæ Aquileg. et occasione ipsarum
injuriarum viadictam contra ipsorum inimicos facere disponentes,
intraverunt Clusam cum eorum comitiva volentes ab inde transire
pacifice sine dampno aut molestia alicujus. Et cum per dictæ Clusæ
custodes

custodes, eidem de Pramparch denegaverunt ejus transitus, ipsi non valentes aliunde transitum habere contra eorum inimicos dictam Clusam acceperunt non ut eam tenerent contra Ducem, nec in ejus contemptum, sed ut transire potuissent usque Portulam ad ipsorum injurias vindicandas. Cujus rei causa inclitus Dnus Dux Rodolfus contra dictam Ecclesiam, et ejus subditos hujus facti ignaros, et insontes acriter est turbatus. Sed dicta Clusa restituta, idem Dnus Dux vacante sede dictae Ecclesiae ad certum tempus treugas concessit. Interim vero Reverendissimus Pater Dnus Ludovicus ad Aquil. Ecclesiam promotus est. Cujus promotionis certitudine habita, ipsius Vicedominus, et ejus Locum tenens, misit speciales Nuncios ad Dnum Ducem eidem intimando, et significando de gaudium de promotione ipsius Dni Pathae. Et juxta mandatum dicti Dni Pathae ipsi vicedominus factum per litteras speciales, dictus vicadnus ipso novus Dnus Patha per dictos Nuncios eidem Dno Duci, et ad ejus beneplacita obtulit se, et sua. Et quia ad ejusdem Dni Pathae in remotis agente adhuc auditum pervenerat eundem Dnum Ducem ex certis injurijs sibi, ut dicebatur, illatis minis contra subditos, et fideles Ecclesiae provocatum, non dubitante eodem Dno Patha, et non contenta in dubium, quod in ejus felici adventu ad suam Ecclesiam et convenientibus in unum prout ipse Dnus Patha optabat eisdem Dnis omnia ad pacis bonum deducerentur, et potissime quia idem Dnus Patha intendebat, et volebat omnino Dnum Ducem habere in suum, et sibi commissae Ecclesiae protectorem, pacem petebat, vel saltem treugas fideles idem Vicedominus usque ad adventum dicti Dni Pathae, et post adventum ipsius ad trimestre. Qui quidem Dnus Dux ex aliquibus rumoribus ad omnis aures deductis, vix et cum difficultate maxima ad certum tempus de gracia speciali treugas concessit. Infra cujus temporis spacium Dnus Patha ad suam pervenit Ecclesiam Dno dirrigente. Qui statim in ejus adventu jocunde cepit excogitare, et exquirere vias, et modos quibus possit dictum Dnum Ducem, et christianum ad gratiam, et benevolentiam Ecclesiasticam prout affectat toto animo inclinare. Et absque more diffugio Dnus Patha, dictum Dnum Ducem per Nuncios, et litteras cum omni precum instantia requisivit, ut ipse Dnus Dux quibus ipsi Dni possint commoditate captata convenire ad invicem locum, et terminum ordinaret. Et quia Dnus Dux erat ad partes Karinthiae venturus ibi pro minori labore, et majori dicti Dni Patriarchae commoditate de loco convenit ibidem. Adveniente vero termino ambo Dni apud oppidum S. Viti convenerunt. Et habitis tractatibus super diversis petitionibus

hinc

hinc et inde, quia ardua negotia supervenerunt, propter que eun-
dem Dnum Ducem de subito recedere oportuit, nil aliud nisi quod
treuge prorogate fuerunt expediri potuit propter temporis brevitatem.
Et sic supradicti Dni ad propria redierunt. Verum quia pendentibus
treugis hujusmodi multe novitates facte fuerunt et fiebant cotidie
per servitores dicti Dni Ducis, et potissime per Hermanum Pauli
Pauli tunc Capitaneum Venzoni, et suos complices, qui sex homines de Ylmona
qui se per carceratis reddiderant, et captivi ducebantur omni fera
crudelior ligatos propriis manibus jugulavit. Et cotidie tam de de-
robationibus quam aliis enormitatibus querele deducebantur inde:
Adeo quod multe vexationes/mercatorum fuerunt et derobationes com-
misse per dictum Pauli et Joannem de Triangulo, nec non illos
de Ragonea aliosque complices suos arrestate fuerunt cum grandi
displicentia dicti Dni Patriarche. Dictus Dnus Patriarcha cupiens
ut satis prefatum est pacem habere, predicto Dno Duci hujusmodi
insolentias multis vicibus intimavit, deposcens ab eodem cum omni
precum instantia ut ab hujusmodi gravaminibus suos compesceret quia
ipse Dnus Patriarcha de suis faceret illud idem. Et si forsan Dnus
Dux foret informatus servitores Ecclesie de hujusmodi excessibus
fore culpabiles mittere dignaretur ad partes istas aliquem vel aliquos
honestos viros de suis procentibus, et eis committere ut ipsi una cum
commissariis Dni Patriarche habendo respectum ad solum Deum in-
quirerent veritatem, et pena condigna qui forent culpabiles puni-
rentur. Et ista Dnus Patriarcha multis dicti Dni Ducis Baronibus
intimavit. Nec in hoc fuit contentus Dnus Patriarcha. Nam ut no-
vitates cessarent sepius convenit cum dicto Pauli honores
exibendo quos dictus Dnus Dux sibi exhiberi consideratione Pontificalis di-
gnitatis nullo modo tollerasse. Et quantumcunque Dnus Patriarcha
paterne et humiliter procedebat tanto magis in arrogantia elevaba-
tur, nec mitigari cor potuit Olofernis. Immo quod crudelius
est idem Pauli Dno Patriarcha existente extra Patriam fere ducentos
pauperes rusticos qui veniebant pro alimoniis [illegible] pernoctantes
in Venzono intrantes jussit cum eorum [illegible] captivari
tenens eos multis diebus fame et inedia in carceribus tenebrosis. Tan-
dem opportuit quod Dnus Patriarcha illos pauperes redimeret rusticos
pro non modica pecunie quantitate. Tandem restitutis Ballis mer-
catorum sine aliqua lesione aut expensis [illegible] Dictus Dnus
Patriarcha cum Pauli predicto et ut cessaretur ammodo a predictis
et treuge servarentur ex utraque par patentes litteras ordinavit.
Interim rebus sic existentibus Dnus Patriarcha requisitus fuit per Dnum nostrum
Papam, et Dnum Legatum ad servitia Romane Ecclesie contra Mediola-
nenses, hostes ipsius Ecclesie et rebelles, et potissime cum Patriarcha sit nobile
et famosum membrum predicte Romane Ecclesie et multos habeat ami-
cos et sequaces in partibus Lombardie, quod jussa Appostolica exequi
cupiens, sed non valens pro eo quod treuge inter Ducem et ipsum pro
erant termino durature et nobiles Patrie jam requisiti per ipsum, et
ipsius

ipsius stipendia dubitantes de ipsorum castris, et munitionibus ira pro
nunc extra Patriam recesserant nisi treugæ prorogarentur prædictæ accersitis
fidelibus et discretis misit ad Dum Ducem significando sibi quomodo per
Dnum Papam, et Dnum Legatum prædictos fuerat ad servitia Sanctæ
Ecclesiæ requisitus: Et idcirco ipsum Dnum Ducem precabatur instanter
ut ob reverentiam Sedis Appostolicæ eidem Dno Patriarchæ et suis treu=
gas annuales concedere dignaretur. Et quia ut ab ipsum rogaverat ut
super decisione injuriarum ex novitatum factarum pendentibus treugiis ut
factarum est mitteret aliquem de suis itero (?) rogabat precibus studiosis.
Misit etiam ad Dum Imperatorem ipsius Majestati cum facti narra=
tione supplicans ut ex causis præmissis dignaretur inducere dictum
Ducem utpote filium ad concessionem treuganum hujusmodi. Et si=
militer misit ad Dnum Regem Ungarie memoratum. Imperialis responsio
Lesum (?) noviter fuit hæc quod pro nunc sive pro tunc non dignabatur ex multis
causis cum præfato Dno Duce suo genero aliqua pertractare. Per
Dnum Ducem fuit responsum quod pro tunc non habebat penes tales
personas quas posset mittere pro tunc ad discutiendum de commissis
hinc inde, treugis pendentibus. Sed in brevi ad suas partes venturus
esset, et tunc ipsi Dno Patriarchæ de intentione ipsius intimaret.
Verumtamen ordinaverat quod per suos non fierent aliquæ novitates.
Sed et Princeps inclitus Dnus Rex prædictus de statu Ecclesiæ
curam gerens, misit ad Dnum Ducem honorandum Dnum Joanem
Legistam Consiliarium Regium pro treugiis hujusmodi obtinendis. Præ=
fatus vero Dnus Dux literas treugarum hujusmodi non concessit
specifice, sed mandavit per suas literas suo Capitaneo Portus Naonis
et aliis subditis precise et districte sicut continebant ipsæ literæ
quas dictus Dnus Joannes Legista detulit ut a quibuscumque cessarent=
tur molestiis, damnis et injuriis Dni Patriarchæ, Ecclesiæ, suorum etiam
post [illegible] per dictos Dnos Patriarchæ subditos
fecerent aliquas novitates, sed [illegible] sibi in casu quo fierent intimare.
Et quod hujusmodi literas concesserat ad preces et ob reverentiam
Regiæ majestatis verum quia dictus Pausceli Capitaneus Portusnaonis
tunc temporis non erat in partibus hujusmodi literæ filio suo ipsius
locum tenente datæ et præsentatæ fuerunt sed in nullo penitus ob=
servatæ. Nam non post multos dies dictus Capitaneus venit ad partes
statim cepit insolentias solitas innovare. De cujus adventu certifi=
catus Dnus Patha misit ad ipsum unum ex suis familiaribus domes=
ticis honestum et probum congaudendo de ipsius adventu, et signi=
ficando sibi de litteris per dictum Dnum Ducem sibi, quas
ante ipsius adventum filio suo in Portunaonis fuerant præsenta=
tæ. Et quoniam ipse Dnus Patha dispositus erat prout est adhuc
ad omnia quæ concernunt honorem Dni Ducis et ad conser=
vationem

vationem pacis et treugarum, eidem Capitaneo offerens se et sua;
Rogans ipsum ut mandata Ducis adimpleat, et juxta literarum
ipsius tenorem velit ipsius Dñi Ducis subditos a novitatibus cohi=
bere, nam idem Dñus Patriarcha suos similiter cohibebit. Et ubi
eidem Capitaneus adesset commoditas libenter conveniret cum ipso
in loco aliquo competenti ad dandum modum, et ordinem quod
Patria in pace viveret et quieta. Ad quæ cum gratiis actionibus
ipse Capitaneus respondit, quod bene sibi constabat de literis et
mandato Dñi Ducis, et quod ea observare volebat. Nec expediebat
propter hoc quod Dñus Patriarcha ad habendum colloquium cum
ipso fatigaret, sed quod solum ad ipsum mitteret personam se=
cretam de ~~utrinque~~ utrinque possit confidere perquam ipsi Dño Patriar=
chæ possit ipsius Capitanei voluntatem. Habita igitur respon=
sione hujusmodi Dñus Patriarcha annuens voluntatem ejusdem
Capitanei deliberato Consilio misit Cancellarium suum de adven=
tu suo iterum congaudendo, et offerendo ut supra &c. Et etiam
ut audiret, et intelligeret quæ ipse Capitaneus dicere intendebat.
Et ~~propter~~ preter hæc ut omnis ambiguitas tolleretur de medio ad certi=
ficandum Dnum Patriarcham si ipse Capitaneus ad corroboratio=
nem litterarum Ducalium, aut prorogationem treugarum diu
petitarum quæ usque in crastinum erant duraturæ, hoc est in
Octava Penthecostes haberet aliquid in mandatis: Dictus Can=
cellarius ad Capitaneum accessit die Sabbati ante ~~Dominicam~~ dictam octa=
vam, et expositis quæ per dictum Dnum Patriarcham imposita
fuerant, idem Capitaneus dixit, qualiter Dñus Dux ipsum fecerat
Capitaneum de quo sperabat eumdem Dnum Patriarcham letari,
et ad hoc venerat, ut in pace et securitate omnes gauderent, et
sperabat quod idem vellet Dñus Patriarcha: Et quod de treuga
facienda habebat ab eodem Dño Duce speciale mandatum, et
plenariam libertatem. Et si idem Cancellarius pro parte Dñi Patri=
archæ treugas prorogare peteret, ipsas concedebat atque dabat. Præ=
fatus Cancellarius pro ut sibi iniunctum fuit treugas postulavit
annuales prout ante postulatæ fuerant. Ad hæc præfatus
Capitaneus dictum Cancellarium traxit ad partem, et sibi in aure
dixit, seu dici fecit in vulgari Theotonico quod non habebat man=
datum prorogandi treugas hujusmodi nisi ad duos menses. Ipse
vero Cancellarius iis auditis, dixit, quod treugas nomine Dñi Patriar=
chæ acceptabat hujusmodi, et quia penes se non habebat Patriar=
chale sigillum, ut litteræ fierent hinc et inde, ad Dnum suum
redire volebat, et quod die lunæ sequenti rediret ad eum, et
cum eo esset in prandio secumque portaret sigillum ad complendum
litteras supradictas. Rogans idem Cancellarius ut cum ultra dictam
Dominicam treugæ durarent taliter cum suis, quod usque ad
reditum

reditum suum die Lunae in Venzono, non fierent aliquae novitates.
Ad quas Capitaneus contentus fuit; dicens Cancellario, ordines
cum Dño tuo quod per suos novitates non fiant, quia pro certo
ab hinc fieri novi aliquid non permittam. Tunc de sero Can-
cellarius ab inde recedens in crastinum venit ad Dñum Pa-
triarcham, et relatione facta, ac dato ordine fuit in solis ortu
die Lunae ante portas Venzoni, quae nondum apertae erant.
Facta igitur aliqua mora, et reseratis portis, dictus Cancel-
larius Terram intravit, et dimissis equis in hospicio, ire
volebat ad hospicium Capitanei ad exequendum ea quae
fuerant ordinata. Et ipso exeunte de hospicio obviavit
sibi unus Burgensis de Venzono notus eidem, quem
interrogavit de Capitaneo si adhuc Missam audivisset.
Qui dixit cautulose quod nondum surrexerat eo quod vigi-
laverat illa nocte. Supervenit alius qui dixit Capita-
neum esse occupatum ad audiendum certas rationes
Burgensium, et quod dictus Cancellarius pro tunc non
poterat sibi. Expectante Cancellario ecce tertius nuncius
supervenit, qui similiter dixit Capitaneum in aliquibus
arduis occupatum. Ultimo venit unus familiaris dicti Capi-
tanei ad dictum Cancellarium, et ipsis consedentibus quia
jam hora diei erat tertia, Dixit Cancellarius illi, quid ho-
die tantum facit Capitaneus, ego sum hic in negotiationibus
Dñi Patriarchae, et libenter vellem dari finem in agendis quia
habeo etiam alia expedire. Ille dixit: Capitaneus bene
dixit se venturum secum in prandio, sed propter aliqua
sibi incumbentia equitavit heri sero Clusam, et non nisi
in vesperas revertetur. Cujus verbis dictus Cancellarius non
sine stupore attonitus credens dixit, postquam ita est ego
ibo Glemonam, et expositis ibi pro parte Dñi mei Patriarchae
quae faciunt ad conservationem pacis, redibo huc hora de-
cima vespertina, et dicas Capitaneo quod si non potui esse
secum in prandio ero in coenis. Et cum idem Cancella-
rius vale faciens hospiti, vellet cum socijs equos, venerunt
duo Burgenses dictae Terrae inhibentes eidem pro parte Vice-
capitanei, et Consilij quod non recederet de Terra, et

precepit ne equos sibi daret absque ipsorum licentia, et mandato usque ad adventum Capitanei supradicti. Cancellarius cepit contristari videns se imo varius Dnum suum taliter fore delusum. Et circa horam nonam venerunt notitias in Venzone, quod dictus Capitaneus illa mane ante diluculum armata manu intraverat Villam de Pontaba, et subnisso igne adhuc hominibus cum uxoribus, et parvulis in cubilibus suis jacentibus, totam villam tradidit incendio, et rapinæ, et multas tam mulieres quam parvulos nudos postposita humanitate qualibet, captivavit. Quos rumores cum dictus Cancellarius audivisset timens de persona voluit cum sua comitiva recedere. Quod sibi fuit comminatorie, et districte inhibitum iterato. Tandem advesperascente jam die rediit Capitaneus cum pompa, et triumpho quod fecerat contra illos miseros quos ante se ligatis manibus ducebat captivos. Ad quem Cancellarius adiens cum animo audaci constanter dixit, quod ipse infideliter, et malo modo deceptus fuerit, et quod ita non fuerat promissum, et quod pro firmo hæc omnia ad noticiam Cesaris, Regis Ungariæ, Ducis Austriæ, et aliorum Ducum, et Principum describantur; et potissime dicti Dni Regis Ungariæ sub cujus litteris confidebat dictus Dnus Patha. Ad quæ respondit Capitaneus, quod id quod fecerat de mandato, et pro conservatione honoris Dni sui, et ex hoc non credebat in aliquo deliquisse, et si Cancellarius treugas per duos menses volebit, concedere est paratus. Cancellarius videns negocia sic infecta ipsas acceptare noluit pro tunc nisi prius rediret, cum naratione gestorum ad Dnum suum Dnum Patham: Et petita securitate recedendi, et vix obtenta ad suum Dnum est reversus: Narratisque sibi omnibus ipse in instanti significavit prædictis Dnis Imperatori, Regi, Duci, et nonnullis alijs magnatibus de hujusmodi damnis, injurijs, et enormitatibus, sub litteris dicti Dni Ducis, et contra procul dubio mandatum, et voluntatem, ac honoris sui detrimentum, ita inique, et proditorie perpetratis. Interim vero illi de Pontaba videntes se ita inhumaniter

maniter et crudeliter tractatos, et bonis omnibus spoliatos se
ad desperationem ~~dispositionem~~ posuerint et coadiuvatis eorum coetaneis, et ac
micis in Canalibus, et alibi prout melius potuerunt armata
manu et captata ~~exspectata~~ opportunitate venerunt ad locum Clusę i-
gnorante prorsus, et inscio Dño Patriarcha et Clusam expugnan-
tes illam acceperunt violenter quod non mediocriter displicuit dicto
Dño Patriarchę. Tunc in instanti omnibus subditis, et servitoribus Dñi
Ducis parantibus se ad necitates Dnus Patriarcha non ad offendendum,
sed solum ad resistendum discursionibus quas per illos de Ragonea
et eorum complices committebantur, se transtulit in Glemonam.
Quo existente ibidem et prędicti de Prampergo ~~Portulbus~~ una cum favore
et auxilio amicorum suorum circumjacentium circa Venzonum
ad propulsandas injurias ipsorum, et damnificandum eos exerci-
tum posuerunt. Tunc præfatus Dnus Dux non cogitante, immo
nec modo aliquo credente sicut ad ipsum proferrunt fama con-
tra ipsum et Eclesiam Aquilegiensem quam ipse Dux ab aliis
jam ~~tam~~ prosequentibus suam conflavit potentiam undecumque et jam erat
in foribus, quod idem Dnus Patriarcha quamvis verificaretur
non poterat credere de tanto Principe nulla diffidatione præmissa
aliqua ratione. Præmisitque idem Dnus Dux in potentate grandi
præcursores et Capitaneos suos qui de subito et insperate incen-
dia committentes, et spolia Patriam invaserunt. Ad quos dictus Dnus
Patriarcha direxit Dnum Episcopum Caprulanum una cum suo
Cancellario supradicto admirans de impetuosa invasione dictę
Ecclesię facta per Dnum Ducem cum ~~non fuit~~ respiciat se idem Dnus
Patriarcha contra Ducem in aliquo excepisse, requisique ~~........~~ eosdem
Capitaneos ut supersederent ab incursibus et damnis cum ipse
de ipsorum consilio ad ostendendum suam innocentiam, et resiste-
rendum tantę multitudinis impetum dare vellet ovia in
personaliter dicto Duci. Ad quod se parante dnus Patriarcha
grave accedens supervenit de quo magis de morte quam de
evasione ~~tam~~ fere ab omnibus credebatur.

In quo quidem instanti Dnus Dux invasit, et intravit districtum, et domi-
nium Eclię et contra ipsam quam non solum ex Principatus
fastigio quo omnes Principes catholici tueri tenentur Ecclias,
sed ex fidelitatis debito utpote ipsius Eclię vasallus, et a qua
magna, et nobilia feuda obtinet, tueri tenetur exageravit
potentię suę vires, et quasi in medio seu centro districtus
prędicti cum apparatu magnifico, et tentoriis posuit Castra
sua ubi erant vexilla Imperii; nec non Ducum Bavarię,
Saxonię, marchionum Brandeburgensium, et Moravię,
Comitumque Goritiensium et Sarumbergensium ~~.......~~ et aliorum Baronum,

et Potentum in multitudine incredibili, qui potuerant
in momento dictam Ecclesiam devorare. Quorum omnium
idem Dnus Patha una die, et uno contextu litteras diffid
torias habuit, et recepit. Ipsa vero videns se in tantis an
gustijs positum, et ita immaniter se artari non advertens
ad corporis sui debilitatem, obtentis litteris securitatis
a dicto Dno Duce, ipsum adijt, eidem suam innocentiam osten
surus. Tandem cum plures, et pluribus vicibus tractatus ha
biti forent, Dnus Patha obtulit se compromissurum in Dnum
Regem Ungarie, quod Dux renuit, demum in Dnum Impe
ratorem, quem Dnus Dux sibi nominabat in patrem, de
omnibus discordijs, controversijs atque quae inter dictos Dnos Patham
et Ducem starent arbitrio voluntati, decisioni, et declara
tioni, et mandato dicti Dni Imperatoris, et in ipsum fieret
libere compromissum. quod Dux in hoc acceptabit videlicet quod
compromissum fieret in personas dicti Dni Imperatoris, et ipsius
Dni Ducis, et quod ambo simul ire deberent ad conspectum
Majestatis Cesaris, et quidquid per eum una cum dicto Dno
Duce arbitratum, declaratum, et ordinatum foret observaretur. —
Et ita expresse voluit dictus Dnus Dux ita esse et non aliter: Aliu..
.... Dnus Patriarcha ..... et faceret facta sua et Dnus Dux facere
similiter sua. Dnus Patriarcha videns se et . . . . . ac suos
fideles tantis subjacere periculis et non posse potentie Ducali re
sistere — tamen sine matura deliberatione suorum fidelium procu
rante et tractante . Co[...] . . . . . . Cesaree et Imperialis vexilli ductore
compromissum acceptavit quamvis satis videbat incongruum compro
mittere in adversarium proprium, et prorsus contrarium rationi.
Facto igitur hujusmodi compromisso eodemque Dno Duce propa
rante et infestante ad recessum ipsum Dnum Patriarcham, nec dante
uno, nec dare volente dilationem aliquam ut se idem Dnus
Patriarcha pararet juxta ipsius decentiam ad tantum iter, non
advertens ad corporis sui debilitatem, nec sue compatiens senectuti
secum duxit, et hoc infra diem tertium facti compromissi. qui dum
innocens tamquam ovis duceretur ad victimam datus fuit in custodiis
Domini Federici Ducis junioris, et supradictus Dnus Dux ivit Venetias
juniorque secum ducens Dnum Patriarcham versus Alemaniam
properavit. Et dum applicuissent Laybachum currus Dni Patriarche
existentes cum curribus Dni Ducis per ipsius subditos derobati fue
runt cum multis rebus, et inter cetera sigillo Patriarchali, et litteris
securitatis datis predicto Dno Patriarche.

Così termina il MS. Florio. —

1381 7 Luglio. Ospo. ~~Frat.~~ frate Ghiberto Vic. Gen. del patriarcato in sede vacante concede alla chiesa di ~~Continuato Ecclesie~~ S. Columbe de Osopio, 40 giorni d'in-
dulgenza.

Frater Gibertus De Grotta Episcopus Parentinus? ac Ecclesie
Aquilejensis sede vacante in pontificalibus Vicarius Generalis universis
presentes literas inspecturis salutem et sinceram in Domino caritatem.
Splendor paterne glorie, qui sua mundum illuminat ineffabili claritate,
sic nos provocat seminare in terris ut fructum plenum colligere mereamur
in celis. Quoniam, ut ait apostolus, omnes stabimus ante tribunal
Christi, recepturi, pro ut in corpore gessimus, sive bonum sive
malum oportet nos diem messionis extreme miseri-
cordie operibus prevenire ac Eternorum?- intuitu id se-
minare in terris quod reddente domino multiplicato fructu
colligere valeamus in excelsis, firma spe fiduciaque tenentes, quod
qui parce seminat parce et metet et qui seminat in benedictio-
nibus de benedictionibus et metet vitam eternam. Cupientes
itaque christi fideles ad fruicionem illorum bonorum celestium
ipsius eterne vite inducere quantum possumus ac etiam Ecclesia
Sancte Columbe virginis gloriose, nec non altare dictam ecclesiam
continentem, positam et positum in
eiusdem Sancte Columbe Aquilejensis diocesis, quam Ecclesiam et quod
monte Osopii Aquilejensis diocesis, quam Ecclesiam Dominica pri-
altare dicte Sancte Columbe consecravimus Dominica pri-
ma mensis Julii in honorem supradicte gloriose virginis et
Columbe per Christi fideles congruis honoribus frequentetur et con-
suffragiis augmentetur. omnibus vere penitentibus et con-
fessis qui ad dictam Ecclesiam Sancte Columbe antedicte devo-
cionis causa accesserint et ~~eandem~~ antedictum? visitaverint altare
et manus suas porrexerint adjutrices aut aliquid aliud
honoris fecerint ac etiam supradictam Ecclesiam visi-
taverint in die ... anni versario consecrationis et
per? octavam similiter in festo nativitatis Domini,
Circumcisionis Epifanie, Resurectionis, assensionis, Penteco-
stes, Corporis Christi et in omnibus festivitatibus beate
Virginis Marie, apostolorum Petri et Pauli ac aliorum
apostolorum, Sancti Stephani, Laurentii, Johannis Bap-
tiste, Hermacore et Fortunati, Gregorii Augustini et
aliorum quatuor Doctorum, Marie Magdalene, Ca-
terine ... et omnibus diebus Dominicis toties quoties ...? Petri et
fine ~~Lucie~~ (sic) et omnibus diebus Dominicis ... apostolorum
De omnipotentis Dei misericordia ac beatorum apostolorum Petri et
Pauli confisi suffragiis, dies quadraginta indulgentie de iniunctis
~~mod~~ penitenciis misericorditer in Domino rellaxamus. In quorum
omnium testimonium has presentes literas scribi fecimus ac
sigillo nostro pontificali appensione muniri.
Datum et actum in monte Osoppii Aquilejensis
Diocesis anno Domini 1381 Indictione IV. currente die septima
mensis Julii al. extra = actum ficiuniaria manu Philippi Praeventini?
Benef. Mosaicus? T. II Maggio Vol. IV fascicolo Osoppo
Arch. arcivesc. ~~originale~~ Copia coeva in pergamena

1119? Gaudentius abbas de Sarausecho
Remus o Kebelmus abb. S. Odorico – Leonardo Vescovo di Trieste –
Indice del cronista cividalese M. Guerra –
arch. Storico Italiano Serie III T. II p. 1 Sulla disgrazia occorsa all'ab card. Leu –
Muratori annali – an. 1251. saccheggio [illegible] –

1381, 7 Agosto. Udine. Lettera del Comune di Udine a quello di Cividale dalla necessità di opporsi alli diletto Cardinale Patriarca Filippo al quale il Vicedomino Federico di Porcia avea rinunziato l'officio e consegnato il Castello di Sacile.

Nobilibus et circumspectis viris dominis Gastaldioni, Provisoribus, Consilio et Comuni Civitatis Austrie tamquam fratribus carissimis (tergo).

Fratres carissimi. Sicut placuit Altissimo et eius Genitrici gloriosissime ne tanta patria iocunda et famosa in periculosis obscuritatibus degeret premeditata et laborata in nube sunt amodo omnia detecta. Nam clare habemus quod D. Federicus de Porciliis de mandato Capituli Aquilegensis, salvo si Capitulum fuit, expresse Vicedominatus officium in manibus Domini Cardinalis in Sacilo renunciavit, tradens sibi Castrum eiusdem, ita quod illa que in aliquali dubietate licet non nobis manebant, modo sunt clara, ~~ex~~ quibus constat legitime quod sumus sine Rectore. Unde expedit non quod amodo provideatur de regimine et quod Comunitates et Nobiles de Patria conve~~~~expedit ad providendum~~ niant et quamcicius ~~fieri~~ melius ad providendum supra statu patrie et libertate nostra conservanda. Igitur si intencio vestra est manere supra opinione declarata, nobis per vestros et nostros vel si melius mutare vultis et utilius placeat vestris litteris nobis reserare, quia videmus indubitanter quod expedit supra hiis convenienter et debite provideri ut illa Virgo benedicta illuminabit corda et morum et mentes auditorum. Data Utini die septimo Augusti, Indict. quarta.

Vestri tamquam fratres Vicecapitaneus, Consilium et Comune Utini cum fraterna salutatione

Contorno con sigillo del Comune impresso in cera verde

Arch. Museo di Cividale Busta III

1119?

1381, 13 agosto — Venceslao Re de' Romani [illegible] in feudo al suo fedele Nobile Gerardo di Prata.

[illegible] XIII Varia [illegible] — p. 131, copia. [illegible]

Wenceslaus Dei gratia Romanorum Rex semper augustus et
Boemie Rex Nobili Gerardo de Prata [illegible] [illegible]
[illegible] Sacri [illegible] gratiam [illegible] et omne
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible]
[illegible] industria quibus ad nostrum et Sacri Imperii hono-
rem frequenter intendisti sicut experientia docente cogno-
[illegible] eidem Imperio hactenus [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible], te et ea que tuum et honorem [illegible]
[illegible] et profectum respiciunt [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] nostri et Imperii [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] effectu et [illegible]
[illegible] [illegible]. Hac propter [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] affectu te et heredes tuos [illegible] auctoritate
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] alta [illegible], [illegible] [illegible] et [illegible] de ipsis
[illegible] bonis feodalibus et feodi naturam [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

nee
sancte
Vincen-
Pro Corra
Consilij,
[illegible]
Nicolaus
ostri Gas-
corpo-
nnexione
uantum
uur.
quan
edeces-
fementi
vent
nri
Diete
uitris,
[illegible]
erint
[illegible]modi

1119?

[illegible]

[illegible] MCCCLXXXI [illegible]

[illegible]

1381. Privilegij Philippi Patr.ae circa Unione Ville Artenee Capitaneatus Glemone.

Copie del Sec. XVIII autenticate

1381 - 2 7bre - Cividale - Privilegio del Patriarca di Aquileja Filippo per la Gastaldia e Capitanato di Artegna a favore di Gemona.

1390 - 5 Febbrajo - Gemona - Privilegio del Patr.a di Aq.a Giovanni di conferma del su indicato.

Segue Ducale 20 Febb.o 1484 al L.te Luca Moro e successori che sia desistito da qualsiasi pratica in punto di precorsa Ducale che gli uomini e Città di Artegna non abbiano da entrare, né votare nei Parlamenti della Patria.

... s sancte
... n. Unicam
... Pro Civo
... Consilij,
... extri=
... Nicolaus,
... nostri Gas=
... incorpo=
... annexione
... quantum
... ennur.
... tia, quam

presenti fideles nri de Glemona ad nos, ac predeces-sores nros, ac nra Aquilegien. Eccl.a semper ferventi gesserunt animo, gerunt, ac domino dante gerent ferventius in futuro, sperantes q ipsi fideles nri ad recuperationem plurium, et diversorum iurium dicte Gastaldie nre nobis, et nre Aquilegensi Ecclesie debitis, ut asseritur, occupatis detentores animadvertentur ferventius, qui se nre Ecclesie favore senserint Communitas: Et ideo supplicationi huiusmodi

1119?

1381. Privilegii Philippi Patri(arch)ę cir(c)a Unione Villę Artenee Capitaneatui Glemonę.

27

Philippus de Alenconio miseratione divina Episcopus Ostiensis sanctę Romanę Ecclesię Cardinalis Patriarchaque Aquileiensis. Universis presentes nostras litteras inspecturis salutem in Domino. Coram nobis pro parte dilectorum fidelium nostrorum Gastaldionis Consilii, et Universitatis Terrę nostrę Glemonę [illegible] fuit supplicatum, ut cum bonę memorię Bertrandus demum Nicolaus ac deinde Marquardus Patriarchę predecessores nostri Gastaldiam Arteneę Capitaneatui nostro Glemonę incorporaverint, et annexerint, incorporationem, et annexionem huiusmodi approbare, et confirmare, ac in quantum expediret de novo facere benignius dignaremur. Nos attendentes promptę fidelitatis constantiam, quam predicti fideles nostri de Glemona ad nos, ac predecessores nostros, ac nostram Aquileiensem Ecclesiam semper ferventi gesserunt animo, gerunt, ac domino dante gerent ferventius in futurum, sperantes quod ipsi fideles nostri ad recuperationem plurimorum, et diversorum Iurium dictę Gastaldię nostrę nobis, et nostrę Aquileiensi Ecclesię debitis, ut asseritur, occupatis et detentis animadvertentius ferventius, quod [illegible] nostrę Ecclesię gratię favore, senserint communitas: Et ideo supplicationi huiusmodi

proparte dictorum fidelium nrorum Glemonensium ratio
nabiliter inclinati, incorporationem, et annexionem
de prefata Gastaldia nra per dictos predecessores
nros, ut asseritur, factas, prout de bo: me: Marquar
do predecessore nro pto per suas patentes Litteras
eius sigillo munitas mentionem, et faciendo per dictis
bo: me: Bertrando, et Nicolao predecessoribus
nris nobis extitit facta fides, in omnibus appro:
bantes dictam Gastaldiam, cum Garitto, et iurisdictionibus
quibuslibet ad eam spectantibus, Capitaneatui, et
Iurisdictioni nostre Terre nre Glemone nra, suc:
cessorum nrorum, ac nre Aquileien Ecclesie noie omnibus
modo Iure, et forma, quibus melius, et efficacius
possumus tenore presentium incorporamus, annectimus,
et unimus, ita quod prefata Gastaldia nra Arte:
nee et persone quelibet in ea constitute regantur
de cetero per Capitaneum nrum Glemone presentem, et qui pro
tempore fuerit, et persone ipse ad parendum Iure
in omnibus coram ipso Capitaneo nro in Glemona
accedant. Ille Capitaneus ipse de causis omnibus
cuiuscumque

cuiscumq. Generis dicte Gastaldie nre, et personarum in ea constitutarum secundum statuta, Iura, et consuetudines dicte Terre nre Glemone, eisdem modo quo in cois hominum, et districtu aliu eiusdem Terre servantur, cognoscere possit, et debeat easq. fine debito terminare. Fiat quoq. predictum Capitaneum nrum in omnibus, et per omnia de personis prefate Gastaldie nre Artenee, et earum causis, tamq. de vicinis antiquis, et districtualibus supradicte Terre nre Glemone, et causis eorundem: redditibus tamen ipsius Gastaldie nre, et censibus Universis nobis, ac mense nostre, et Capitulo semper solius, et spectatum reservatis. Hac denique conditione adiecta quod contigerit nos, aut successores nros Castrum nostrum Artenee ullo tempore imposterum facere reformari, et ibi Castellanum aliquem seu Officialem constituere, tunc ipsa Gastaldia nra incorporatione, et annexione, et unione huiusmodi non obstantibus segregata remaneant, sicut prius debeatq. ipsi Castellano nro, seu Officiali Castri nri Artenee ex tunc in omnibus obedire. In quorum omnium testimonium presentes nostras concessimus Litteras sigilli nri.

appensione munitas. Dat. in nro Pathali Palatio
Civitatis Austriæ
Die 2 mis sept.bris Ind.nis 4.e anno Dni 1381.

Joseph.s Faleidrius Not.s, et Mag.cæ Comit.is
Terræ Glemonæ Canc.s suas sup.a privilegia
ex Libro Privilegiorum existente in
Canc.a d.æ Terræ Glemonæ ni eduxit, supt.
et sigt.

(L. S.)

Io.s Bapta Sporinus Canc.rius magn.cæ
Comunitatis Glemonæ ex consimili
autentico existent. in d.tto Cancel.ia
Dicti loci, aliena manu exempla.
ta, ac facta incontr.ne mi auth.
et sup.

Glemonæ Die 4 Maij 1706

Privilegium 1390.

Nos Joannes Dei gratia Sanctę Sedis Aquilegen. Patria tenore
presentium notum facimus Universis quod ad nostram venientes presentiam
Dilecti nobis fideles Santonus Pini Mass.ro Thomas de
la Villa, et Henricus Rampulini nostri Cives, et habitatores
Terrę nostrę Glemonę tamquam ambaxiatores dilectorum fidelium
nostrorum Consilij hominum, et universalis dictę Terrę nostrę
Glemonę nobis cum inst.a humiliter supplicarunt, ut cum
per nonnullos predecessores nostros, et nos Gastaldia nostra
Artenee cum capitaneatu nostro ipsius Terrę Glemonę dic:
tis incorporata, et annexa fuerit, homines, et personę
quelibet sub ipsa Gastaldia nostra Artenee constitutę
regantur de cętero per Capitaneum Glemonę presentem,
et qui pro tempore fuerit, et quod homines, et personę
ipsę ad ponendum Jus in omnibus, et per omnia coram
d.o Cap.o in Glemona accedant, et accedere debeant: Ac
atque nullus in Villa Artenee p.ta, eiusque pertinentijs
possit carnes vendere ad macellum, nec per oleum, aut
salem, ad augumentum ipsius Terrę nostrę de speciali
gratia concedere benignius, et gratiosius dignaremur.
Nos attendentes evidentem utilitatem, et commodum
nostrum, et nostrę Aquilein. Ecclę, et augumentum,
et statum ipsius nostrę Terrę, nec non promptę, atque

precipue fidelitatis constantia, qua ipsi de Glem.
ad nos, nostramque Aquilein Ecclam semper fervescti
gesserint animo, et serunt de presenti, gerentque dante
Dno fervencius in futuro, et propterea supplication
nobis pro parte eorum expositis inclinati nro, successo-
ne nrorum, et nre Aquileien Eccle nomine quod homines,
et persone quelibet sub ipsa Gastaldia nra Arte-
nee constitute regantur, et regi debeant de cetero
per Capitaneum Glemone presentem, et qui pro tempore fuerit,
et quod homines, et persone ipsius ad parendum eidem
in omnibus, et per omnia coram dicto Cap.o in Glem. acce-
dant, et accedere debeant, ac teneantur et per ipsum
Capitaneum predictum de causis omnibus cuiuscumque
generis dicte Gastaldie secundum statuta, et
consuetudines supradictorum Terre nre Glemone eisdem
modo, et forma, qui in causis hominum, et districtualium
eiusdem Terre servantur cognosci debeant,
et fine debito terminari. fiatque per dictum Capitaneum
in omnibus, et per omnia de personis Gastaldie nre
Artenee huiusmodi, et eorum causis, tamque de ci-

civi[s]

vicinis antiquis, et districtualibus Terre nostre prefate Redditibus tamen ipsius nostre Gastaldie et censibus universis nobis, ac mense nostre ac nostre Camere semper salvis, et specialiter reservatis. Hac etiam condictione adiecta, quod si contigerit nos, vel successores nostros Castrum nostrum Artenee ullo tempore edificare, vel edificari facere, et ibidem Castellanum, vel Officiatum aliquem constituere, tunc persone Gastaldie ipsius non obstante concessione huiusmodi remanere debeat, sicut prius, debeantque ipsi Castellano, vel Offitiali Castri Artenee in omnibus obedire. ac etiam quod nullus in dicta Villa Artenee eiusque pertinentiis possit, audeat, vel presumat macelli tenere, aut in ipsa, vel in alio loco carnes vendere nisi Hospites minutim in eorum hospitiis, hospitibus ipsorum solum; et cum aliis, neque oleum, aut salem, seu alia mercimonia in ... pore, et Vino exceptis, eis de speciali gratia concessimus et concedimus per presentes harum sub nostri appensione sigilli testimonio litterarum: Datum in Castro nostro Stenico

die 5 Februarij anno Dni 1390 Ind. iiij

(L. S.)

Joseph Baldinus Nob. et Maj. Coitatis Terræ Glemonæ Can. subs. sup. Privilegium ex libro continente Privilegia unionis Gastaldiæ Artenea, senta Arbitraria 1392 et plures litt. Duc. in mat. Jurisditioni mand. edexit, sub. ac signavit.

1483. Joannes Mocenigo Dei gra Dux Venetiarum, etc. Nob. et sap. Viris Lucæ Mauro de nro mand. Locti Patriæ Foriiulij, et successorib. suis fidelib. dilectis salut. et dilectionis affectu. Intelleximus Viri Nob. D. Constantini de Picolis advocatoris nri Cois nuperime requisivisse per litteras suas, ut admittere, et examinari facere debeatis testes ad Instantiam Mone Villæ Arteneæ adhuc intentantis velle intrare, et habere vocem in parlamentis illius Patriæ contra id, quod alias cognitum fuit, et per Litteras nras diei Ultimi Septembris proxime exacti per nos, capita Consilij nri et Universum Collegium nrum fuit solemniter declaratum, et mandatum vobis, et successorib. nris, volumus

igitur

igitur cum capitibus Consilij mag.ci X.m mandarimus ... nobis, ut contra dicta n[ost]ra deliberat.ne nihil penitus innovare debeatis, nec testes aliquos admittere vigore litterarum dicte advocationis. Et hoc ipsum mandatum dicti mandavimus: Has autem n[ost]ras ad successorum memoriam registrari facite, et registratas presentanti restituite.

(Dat. in n[ost]ro Duc. Palatio Die 28 Feb. Ind. 2. 1483.
more Veneto
sia 1484 more comuni.

(L. S.)

Josephus Solicidius Not., ac Mag.ce Comunitatis Terre Glemone Canc.s sub.s suptas litteras Ducales, et libro continente Privileg.a, et Litt. Ducales existente in Canc.a d.e Terre Glemone extraxit, sub.t et sigill.t

Ex consimilibus autenticis, exist.n. in Off.o Canc.e Glemone aliena manu exemplavi et facta in contradictione in fidem subs. Ego Io. Baptista Lorenius [...] Not. dicti loci Not. et Canc.s [...] Glemone Die 4 Maij 1708

quilya.

1381 – 7 9bre. Cividale – [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] per 1282 [illegible]

28

Chiesa di Aquileja

Odorico q. Pietro notajo di Cividale (Archivio not. Udine –

A° 1381 ind. VI, die 27 octubris, in Civ. Austrie in curia domus habitationis Ser Jacobini infrascripti, presentibus Francisco q. Raynerij de [illegible] commorante, M.° Nicolao pelliparo q. Odorici de Fagedis, Petro q. Simonis de Pr[illegible] Bossana [illegible] et aliis pluribus [illegible] et rogatis.

[illegible] Jacobinus q. Ser [illegible] de Civitate et [illegible] de Monte-[illegible] ambo simul dederunt et locaverunt M.° Tome Phisico et Nodino fratribus q. Ser [illegible] de Civitate Mutam Civitatis cum [illegible] et Valuardo (sic) quam habent et recognoscunt a Patriarchatu [illegible] Aquilegensi et omne ius quod in ipsa Muta habens a primo die mensis februarii prox. fut. ad duos annos eidem M.° Tome et Nodino fratribus specialiter concesserunt, ita quod ipsi locatarii per dictum tempus usque ad dictum terminum ipsam Mutam cum omnibus suis iuribus habeant, exigant et teneant quemadmodum ipsi locatores facere poterant et nominatim pro centum viginti octo et medium florenorum auri boni et iusti ponderis, solvendo de sex in sex mensibus videlicet in primo [illegible] sex mensium pro rata etc. – Quam quidem locationem per se etc. cum obligatione bonorum suorum etc. promiserunt ipsis conductoribus per se etc. stipulantibus ratam habere et non contrafacere etc. sub pena dupli etc. cum omni melioramento.

taxat et non plus.

1381, 13 novembre Cividale Carlo Abate di Rosazzo investe Arch. Asquino di Attems d'un feudo per il quale l'Abbazia è tenuta a dare annualmente al più vecchio della Casa d'Attems un pajo di scarpe di feltro. —

alla Chiesa di Aquileja.

Giovanni di Guglielmo notajo di Cividale. Arch. Portis. Orig.

A. D. 1381, ind. IV, die XIII mensis novembris, in Civ. Austrie in domo Abbatie Rosacensis in contrata S. Francisci, presentibus Ven.^li viro D. presb. Nicolao q. Jacobi de Porta Brossana de Civ. Austrie, nobili Duratio q. D. Duringussii de Atems, Petro q. Stephani de S. Benedicto, Zanotto filio Tani de Florentia habitante in Rosacio testibus et aliis.

In presentiam Reverendi in Christo Patris et D. D. Karoli de Sasso fer..., Dei gratia Abbatis Rosacensis, accedens Nobilis vir Asquinus q. Nobilis vir. D. Hermani de Attems tamquam maior et senior de domo de Attems de Castro novo et proposuit dicens quod ipse et predecessores sui habent et habuit et habuerunt et recognoverunt pheudum ab Abbatia Rosacensi, tale videlicet quod ipsa Abbatia Rosacensis annuatim dare debet et tenetur eidem Asquino et seniori de domo sua unum par botarum de feltro. Quare eidem D. Abbati cum instantia supplicavit quatenus eundem Asquinum tamquam antiquiorem et seniorem de domo, de ipso pheudo debeat et dignetur legitime investire, paratum facere sacramentum fidelitatis quod vassallus Domino suo facere consuevit. Qui D. Abbas ibidem eundem D. Asquinum de ipso pheudo manu propria legitime investivit, qui Asquinus in manibus prefati D. Abbatis prestitit iuramentum debite fidelitatis quod vassallus Domino suo facere consuevit et tenetur et debet. —

— — — — prandium unum communi-

tas et non plus.

[illegible] Terra [illegible] di Sant [illegible] nelle quale [illegible] giugno [illegible] e Terra di [illegible] [illegible] Fed[illegible] di Porcia.

alla Chiesa di Aquileja

[illegible]

[illegible] XXXII [illegible]

XXVI [illegible]

[illegible]

[illegible] et non plus hiis tribus placitis Dominus teneatur prandium unum Communitatis et non plus.

[illegible] Complurium [illegible] in numo
[illegible] excepti[illegible] in corpo
[illegible] Leach
[illegible]
[illegible] natura mundi [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] quam [illegible]
[illegible] capitulo [illegible]
[illegible]
[illegible]philosophi et [illegible]
[illegible] tradidit
[illegible] et [illegible]
ad [illegible] philosophi [illegible]
[illegible] tradidit [illegible]
[illegible]
[illegible] termino [illegible]
dicto [illegible]
[illegible] philosophi [illegible]
Ultimi die XXIV [illegible]

alla Chiesa di Aquileja.

[illegible]

et non plus hiis tribus placitis Domino teneatur prandium unum Communitas et non plus.

[illegible] exuberant, [illegible]

[illegible] representat[illegible] [illegible] letters [illegible]

[illegible]

[illegible] the [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] contrar[illegible] [illegible]

1381. Diritti del Marchesato d'Istria.

Miscellanea Fontanini. Vol. 25 a. Arch. Frari. Venezia. pag. 27.

Anno Domini MCCCLXXXI.

N.B. Vedi il Lucifer Aquilejensis a pag 410 (Udine 1847) ove indica i soli seguenti Castelli soggetti alla Chiesa di Aquileja.

Infrascripta sunt iura expectantia ad Marchionatum Istrie Aquilegensis Eccl.ae.

In primis de Castro Balearum

In quolibet anno tenentur dare D. Marchioni seu ejus vicegerenti libras tre-centas denariorum venetorum parvorum.

Item quilibet vicinus habens vineas tenetur solvere dimidiam urnam vini.

Item tenentur dare frumenti modios quinquaginta tres et quinquaginta tres modios vini et libras XIII et grossum unum, et de predictis iuribus XIIII sunt excusati videlicet Judices tres, iurati quatuor. Excusati tres. Item Notarius et Camerarius. item Feronus et Tufinus.

Item quilibet habens boves duos solvere tenetur modium unum frumenti et unum avene: si vero habet bovem unum solvit medietatem.

Item quilibet de Baleis habens pecudes XL solvere tenetur soldos VIIII. et agnum unum, si habet XXX, soldos secundum ratam; si habet XX secundum ratam, si habet X secundum ratam et si plures pecudes habeat quam XL non tenetur solvere ultra quod novem soldos.

Item Saltarii solvere tenentur urnas vini VII exclusive, habendo iura sua ipsi Saltarii.

Item medietas condempnationum accidit D. Marchioni et tenentur dare placita tria regalia, videlicet unum in festo S. Michaelis, aliud in nativitate Domini, tercium in Carnisprivio vel tribus diebus post festum et non plus hijs tribus placitis Domino teneatur prandium unum Communitas et non plus.

Votum est de homicidijs, de furtis et de rusticitatibus pars quarta accidit D. Marchioni vigore Statuti, quarta pars Communitati, reliquae duae partes cui damnum factum esset et si idem reus fugiet, omnia bona sua sunt perdita in manus et gratiam Domini et ipse per Communitatem capere ubicumque cum iusticia reperiri poteri proclamare debet.

Item quandocumque D. Marchio vel eius vicesgerens advenerit annuatim bina vice sibi servire tenentur et equis suis prandium et cenam.

De Portalis.

In primis pro collecta marchas XXVII soldorum.

Item pro quodam alio iure marchas quatuor et soldos XL.

Item pro quodam alio iure libras VI parvorum solvere incipiendos a festo S. Martini dictos denarios sive ad festum S. Georgij proxime venturi annuatim.

Item solvere tenentur in festo S. Michaelis modios frumenti
sic, clavis custos LXVI et vini LXVI ex quibus Clavier debet habere modios duo frumenti et duo modios vini.

Item pro qualibet mandria pecudum tenentur dare caseum unum ex quibus Canipavias debet habere unum.

Item medietas condemnationum accidit D. Marchioni.

Item tenentur dare D. Marchioni cum tota familia et equis prandium et cenam bis in anno.

De Pinguento.

In primis quilibet vicinus habens oves decem solvere tenetur in festo S. Georgij ovem unam: alias tenetur solvere agnum unum coniuncti

Dicti vicini bini et residui non habentes oves quilibet solvere tenetur soldos VI parvorum.

Item in festo S. Michaelis quilibet habens oves solvere tenetur stirpam unam et qui non habent oves solvere tenentur quilibet soldos quinque.

Item in festo S. Michaelis quilibet vicinus solvere tenetur modium unum frumenti, unum vini et unum anone, in qua summa capit LXXXXVIII modia frumenti, totidem vini et totidem annone.

Considerandum est quod dicte rationis B. Michaelis tercia pars accidit Petrepilose.

Item circha festum quatuor temporum pentecostes de qualibet mandria tenentur dare caseum unum.

Item tenentur vicecomiti circha carnisprivium marchas soldorum unam.

Item tenentur dare terciam partem condemnationum a quadraginta soldis supra.

Item tenentur dare D. Marchioni cum tota familia sua ac equis prandium et cenam bis in anno.

De Roz

In primis in festo S. Georgij solvere tenentur soldos XX parvorum.

Item in festo S. Michaelis solvere tenentur modios frumenti XII, annone XII et soldos centum.

Item pro Allector marchas XIIII soldorum.

Item in carnisprivio Vicecomiti soldos centum.

Item tenentur solvere spatulas porcinas tres et terciam partem condemnationum.

Item tenentur dare D. Marchioni una cum familia sua et equis prandium et cenam bis in anno.

De Colmo

In primis in festo S. Georgii sunt quinque vicini qui tenentur solvere quilibet soldos sex.

Item sunt quinque alii vicini qui tenentur solvere oves duas cum dimidia.

Item in festo Appostolorum Petri et Pauli de qualibet mandria caseum unum.

Item in festo S. Michaelis dicti quinque vicini habentes pecudes tenentur quilibet dare soldos octo et alij quinque qui dant oves quibus tenentur solvere agnum unum.

Item isti predicti quinque vicini et alii quinque quibus tenentur dare modium unum frumenti, vini unum et amone unum.

Item pro collecta marchas soldorum decem.

Item partem terciam condempnationum et quinque spatalas porci.

Item in festo S. Georgii et S. Michaelis tenentur dare D. Marchioni ac familiaribus et equis prandium et cenam.

De Albona

In primis pro collecta marchas LXX soldorum in nativitate D. N. Jesu Christi.

Item pro iuribus viduarum et artificium marchas tres et sold. centum.

Item Vicecomiti libras XVIIII soldorum.

Item partem condempnationum.

Item tenetur dare D. Marchioni cum familiaribus et equis prandium et cenam annuatim bis.

Flanona

In primis circa festum S. Georgii quilibet vicinus tenetur dare pecudem unam cum uno agno et stropem unam et quilibet habens pecudes soldos VIII.

Item circa festum S. Michaelis quilibet tenetur dare modium unum vini.

Item sub dictis millesimo et indictione, die vero decimo septimo mensis Septembris, actum in camera superiori palatii dicti Castri nominati Castellum Porpeti Aquilegensis Diocesis presentibus egregiis et potentibus Nobilibus viris DD. Thomasio de Arcoiis, Antonio de Cancellariis, Nobilibus viris DD. Sicco de Valle Sugana, Fulco de Auostis, Bartholomeo de Fontana, Francisco Padella, Daymo et Nicolussio fratribus de dicto Castello Porpeti omnibus predictis superius nominatis et Nicolao q. Rosetti de Fagedis Utini habitante testibus

Vol. Lettere Arch. di Gamon fol. 27

et alijs pluribus in multitudine copiosa vocatis et rogatis, supranominatus Magnificus et Potens Miles D. Federicus de Savorgnano per se et suos heredes prenominate Magnifice et Illustri Domine D. Ursine eius consorti stipulanti et recipienti pro se et suis heredibus, dedit et donavit seu donationem fecit super omnibus bonis suis mobilibus et immobilibus, presentibus et futuris de quingentis florenis boni auri et iusti ponderis iure et nomine morgingabiorum secundum morem Patrie Fori Julii, de quibus voluit idem D. Federicus quod dicta Mag.ca D. Ursina suam omnimodam tam in vita quam in morte possit facere voluntatem etc.

Ego Nicolaus de Utino q. ser Manini de Florentia publicus imperiali auctoritate Notarius scrip. etc.

Da copia nei MSS Corcina T. III, 36.

di dichon Oniano Savorgnan in Curia, et extra, et ad, cautos quociens opus erit. Non obstante, quod causa hujusmodi de ...
ipsum ...

1383, 13 Novembre. Ragogna. — Trascritto nella casa del ... del Castello superiore di Ragogna. — Vendita del ... fatta dal signor Bertrando q. ... di Ragogna al nob. Giovannino q. D. Nicolussio Buglini di Ragogna. —

Anno Domini MCCCLXXXIII, ind. VI, die terciadecima mensis Novembris, presentibus discretis viris domino presbitero Francischino q. D. Bernardi de Corbiano de ... Mediolanensis, nunc capellano Ecclesie S. Nicolai de Ragonea, presb. Nicolussio q. Bongradi de Madrisio Vicario Ecclesie S. Petri de Ragonea, notario D. Leonardo q. D. Nicholi Prividuni de Castro Ragonee, Nussio q. ... de Ragonea, Michaele ... q. Pauli Coni de ... habitante ... Ragonee, Bartolomeo q. Thomasii de Forgaria, Oderico filio Matthiussii Bavilini de Petraluda, Pretto et Nicolussio fratribus q. Petri Scotte de villa Ragonee et Michaele sartore filio Petri dicti Pitace de villa Ragonee testibus et aliis pluribus.

D. Bertrandus q. D. Siuri de Ragonea nomine finiti precii ac precio et foro ducatorum quinque milium boni auri et iusti ponderis, quod totum precium prefatus D. Beltrandus fuit contentus confessus, tacitus et manifestus habuisse et integre recepisse in pecunia numerata a Nobili viro D. Johannino q. D. Nicolussii Buglini de Ragonea et de quo quidem precio sibi bene solutum et expeditum esse vocavit, omnique exceptioni non numerati et in se recepti dicti precii et spei future numerationis seu receptionis tempore huius contractus exceptioni doli mali condicioni sine causa

actioni et omni alii legum et iuris auxilio tam in canonico quam civili omnique actioni, deffensioni et rei sibi competentibus et competituris contra predicta et infrascripta omnino renunciavit faciens dictus ser Bertrandus pro se suisque heredibus eidem D. Johannino stipulanti et recipienti pro se suisque heredibus de dictis quinque milibus ducatis perpetuam finem et remissionem et pactum de ulterius aliquid non petendo, pro quo namque precio in se habito prefatus ser Bertrandus per se suisque heredes ... proprium

Vd. Lettere Arch. di Gemona fol. 27...

iure proprii et si feudum iure feudi unde pertinuerit, non revo-
cando vendicionem alias factam sed eam potius affirmando, dedit,
vendidit et tradidit eidem D. Johannino ementi et recipienti pro se
suisque heredibus aut cui ius suum dare voluerit mediam domum
maiorem fortilicii, turrium, sediminum, fractarum Castri Ragonee
et nepnate cum toto eorum peculio ac cum dominio, garditia, iuris-
dictione, onere et honore eidem medie domus maiori sitte in superiori
Castro Ragonee modo quocumque spectantibus et pertinentibus et
que olim fuit suprascriptorum dominorum Nicolai dicti Zon,
Francisci et Zanutti fratrum et eius filiorum, que media domus divi-
ditur pro indiviso cum predicto D. Johannino, necnon omnia et singula bona et ius quecumque spectantia ad hereditatem predictorum olin Ser Zop, cum omnibus mansis, sedi-
minibus, domibus, curiis, ortis, braydis, baiarciis, terris cultis et incultis,
pratis, piscacionibus Sulmenti et alibi, silvis, nemoribus et omnibus terris
et possessionibus tam propriis quam feudalibus ad ipsam mediam domum
maiorem Castri Ragonee ipsorum olim dominorum Zopi et filiorum
et ad ipsa bona spectantibus et pertinentibus quoquomodo ubicumque
et infra quoscumque confines existentia et situata, exceptis dum-
taxat quodam sedimine posito supra portam Castri Ragonee sub [illegible]
S. Petri de Ragonea et Nicolao de Segualso habitante in Viluga eius
servitore ~~cum~~ eius heredibus et suo ~~toto~~ peculio et ~~toto territorio~~ in
et supra quo ipse Nicolaus habitat cum toto territorio quod ad presens
laborat, sito in Viluga predicta. Et si prenominata domus maiori
media, turres, sedimina et bona ac possessiones predicte ullo tempore
plus valerent prenominato precio vel nunc valent, dictus Bertrandus
venditor per se suosque heredes propter certa servicia que ipse recipit
ab ipso D. Johannino ac sperans in futurum recipere ab eodem, eidem
D. Johannino stipulanti et recipienti pro se suisque heredibus
libere dedit et donavit nomine pure simplicis et irrevocabilis donacionis que dicitur

di dictum Onum Palmovcha in Curia, et extra, et ad [illegible]
quociens opus erit. Non obstante, quod Causa hujusmodi [illegible]

.tus vivos et non causa mortis, que donacio nulla iniuria, ingratitu-
dine vel causa seu offensa possit revocari, volensque tot esse dona-
ciones separate, quod nulla ipsarum ascendat ad summam qu- in-
gentorum aureorum, nec non renuncians iuri dicenti donacionem
ultra quingentos aureos factam non valere et rescindi posse nisi
solempni insinuacione interveniente. itaque de cetero ipse D. Iohanni-
nus et eius heredes dictam mediam domum maiorem Castri Superioris Ra-
gonee, fortilicium, turrium, dominiij, fractarum, masnate, donicalium
mansorum, garitti, iurisdictionis, oneris et honoris et omnium terrarum
et possessionum quoquomodo tandem mediam domum maiorem superioris
Castri Ragonee et ad ipsa bona spectancia et pertinencia habeat,
teneat et possideat cum accessu, ingressu, introytu et exitu, viis,
servitutibus, campis, pratis, paludibus, clausuris, vitibus, arboribus,
fossatis, silvis, nemoribus, pascuis, sediminibus, domibus, curiis, ortis,
[illegible] anditis, novalibus, venationibus, buscationibus, piscatio-
nibus, aluvione, aqueductibus, terra et hedificiis super se et intra se
et infra se habentibus usque in vias publicas, dominio, garitto,
usu, onere, commodo et requisitione et cum omnibus aliis iuribus, iu-
risdictionibus ad dictam mediam domum maiorem Castri Superioris
Ragonee, fortilicii, dominii, garitti, iurisdictionis et ad ipsa bona
a celo usque ad abissum integre spectantibus et pertinentibus quoquomodo
tam de iure quam de facto nec non quomodo dictus D. Iohanninus
pro se et eius heredes supradictam mediam domum maiorem Castri fortilicii
et turrium, dominii, garitti, iurisdictionis et omnia bona, mansos, posses-
siones, masnatam, garittum, dominium spectantes et spectantia ad ea
bona, ut supra scriptum est, possit et valeat habere, tenere et possi-
dere, vendere, dare, infeudare, permutare, locare, delocare, alienare,

Vol. Lettere Arch. di Gemona fol. 27

obligare, in solutum dare, pro anima et corpore, iudicare et omnem suam voluntatem et utilitatem facere sine contradicione dicti venditoris eiusque heredum, seu alterius cuiuscumque interposite persone, constituens se nomine ipsius emptoris dictam mediam domum maiorem castri, fortilicii, turrium, dominii, garitti, iurisdictionis et omnium bonorum ad ipsa bona spectantium et pertinencium possidere donec ipsorum bonorum tenutam intraverit et possessionem acceperit, quam accipiendi et in se auctoritate propria retinendi, eidem licenciam et auctoritatem omnimodam contulit atque dedit. Promisit namque dictus Ser Beltrandus per se suosque heredes et cum obligatione etc se solempni stipulacione obligando eidem Ser Johannino emptori stipulanti et recipienti pro se suisque heredibus aut cui ius suum dare voluerit de dicta media domo maiori Castri, fortilicii, dominii garitti, iurisdictionis, turrium, masnate et omnium bonorum, mansorum et possessionum spectantium et pertinentium dictorum dominorum Lopi et filiorum seu partem ipsorum vel aliquo eorum iuri, litem vel questionem aliquam non movere vel facere nec moventi seu facienti aut inferenti consentire, sed predictam mediam domum maiorem Castri, fortilicii, turrium, dominii, garitti, iurisdictionis et omnium bonorum suprascriptorum cum omnibus eorum iuribus et pertinentiis in iure deffendere, disbrigare et manutenere ab illis personis quibus causa ipsius Ser Beltrandi forent obligata et alienata et non aliter nec alio modo et sic per pactum expressum extitit inter eos conventum quod non aliter de evictione predictorum nec ad precii restitutionem teneatur dictus Ser Beltrandus quam in casibus superius specificatis, numquamque contra predictas vendicionem et predicta omnia et singula ac partem ipsorum dicere,

— di dictum onus Lamoiostra in Curia, et extra, et ad cautas quotiens opus erit. Non obstante, quod Causa hujusmodi de ...

facere vel venire per se vel per interpositas personas, dolo, ingenio vel causa seu ratione, de iure vel de facto sed predictas vendicionem, donacionem et omnia et singula suprascripta et contenta in presenti instrumento perpetuo firma, rata et grata habere, tenere et plenius observare sub pena dupli valoris dicte medie domus maioris, fortilicii, castri, turrium, dominii, garitus, iurisdictionis Ragonee et omnium bonorum suprascriptorum ut pro tempore plus valuerint vel meliorata fuerint minus quinque solidis veronensium parvulorum in singulis capitulis huius contractus stipulata et promissa idem pri. stipulacione interveniente; qua soluta vel non, presens tamen instrumentum etc. Et in hunc modum per dictum Ser Baltrandum venditorem eidem D. Johannino emptori datus et assignatus fuit tenute nuncius Nobilis vir D. Leonardus testis dictus qui ipsum Ser Johanninum emptorem in tenutam et corporalem possessionem de predictis bonis, domo poneret et induceret.

Actum in Castro Ragonee in domo predicta nunc habitata per dictum D. Johanninum in salla inferiori prope coquinam.

Tenuta dicte dom.

Eodem die in presencia testium prefatorum, D. Leonardus nuncius tenute datus per ipsum Ser Beltrandum D. Johannino q. D. Nicolussii de Ragonea ad inducendum ipsum in tenutam et possessionem corporalem medie domus maioris castri Ragonee, fortilicii, turrium, dominii, garitus, iurisdictionis et bonorum omnium venditorum ipsi D. Johannino per dictum Ser Beltrandum que olim fuerunt

V.A. Lettere Arch. di Gonzaga fol. 27

dict. dominorum Zopi et filiorum ut de predictis vendicione et mandatis plenius constat in instrumento scripto manu mei notarii infrascripti sub instantibus millesimo, indictione, et die, unde auctoritate sibi prestita et data eundem D. Johanninum in tenutam dicte domus posuit et induxit et in signum vere tenute accipiendo per vectem ostii domus maioris porte semel secundo et tercio et dando in eius manibus et aperiendo et claudendo, ut moris est, sic tenutam intravit et possessionem recepit corporalem.

Actum in Castro Ragonee in introytu dicte domus maioris.

Finis et erwillio Ser Bertrandi.

Die terciadecimo Novembris, presentibus presbitero Franceschino q. Bernardi de Rodiano districtus Mediolani nunc capellano ... Nicolai, presb. Nicolusio vicario S. Petri, D. Leonardo q. D. Nicholi Prividusii, Nicolusio q. Petri Scelti, Michaele dicto Moretto sartore q. Pauli de Spegnimbergo testibus et aliis

Cum hoc esset quod Ser Bertrandus q. D. Sieri de Magine ... et datam et vendicionem fecit Nobili D. Johannino q. D. Nicolussii Buglini dicti loci de domibus maiori, turribus, fortilicio, sediminibus, fractis, Castri Ragonee, mansis, domicalibus et bonis omnibus que olim fuerunt olim dominorum Zopi et filiorum cum omnibus mansis, sediminibus, domibus, curiis, ortis, braydis, baiarciis, molendinis, terris cultis et incultis, pratis, piscacionibus sulmentis et alibi, silvis, nemoribus et omnibus terris et possessionibus ad ipsas domos et Castrum Ragonee predictorum dominorum olim Zopi

di dictum Onium Palmovia in Curia, et extra, et ad, ... quoties opus erit. Non obstante, quod causa hujusmodi ...

et filiorum et ad ipsa bona spectancia et pertinencia quoquo modo, ubicumque et infra quoscumque confines existencia et situata, nec non omnia alia bona que dicti ser Zoppus et filii tempore eorum obitus habuisse et visi fuisse habere penes quoscumque, exceptis quodam sedimine sito supra portam dicti Castri, Nicolao de Sequalso servitore suo cum suo peculio et bonis habitatis per ipsum Nicolaum et hoc pro precio novem mille ducatorum boni auri, sicut de predictis vendicionibus constat publico instrumento, scripto manu mei Notarii infrascripti sub incarnacione millesimo, indictione unus loquitur die xv mensis Januarii, aliud loquitur die prescripto presentis contractus et in predictis vendicionibus de predictis bonis venditis se constituerit manutentorem, warentatorem etc in iure. Itaque prefatus D. Johanninus per se etc fecit predicto D. Beltrando pro se suisque heredibus liberam finem et remissionem de predictis promissionibus, manutencionis, warentacionis et deffensacione, liberam finem et remissionem specialem et generalem, absolvens et liberans ipsum D. Beltrandum eiusque heredes et bona quecumque per Aquilam stipulacionem etc a predictis manutencione, warentacione etc, dicens, iubens et mandans ipse D. Johanninus ac contentans predictas promissiones et obligaciones factas de manutenendo ipsa bona esse perpetuo firmas etc, ita et taliter quod ipse ser Beltrandus suique heredes et eorum heredes et eorum bona pro manutencione dictorum bonorum numquam ipsi D. Johannino teneantur nec obligati esse intelligantur. Qua finis remissio et omnia et singula predicta etc dictus D. Johanninus promisit et stetit perpetuo

Vol Lettere Arch. di Gonzaga fol. 27

firma etc. habere etc. et non contradicere etc. in pena dupli etc. minus etc., renuncians omni exceptioni doli mali etc.

Actum in Castro Ragonea in domo habitationis Dni. D. Johannis in b. pergola.

Dagli atti del Notajo Giovanni q. Arnoldi, Manzano Arch. Not. di Udine.

di dictum Dnum Patriarcha in Curia, et extra, et ad, cautel quoties opus erit. Non obstante, quod Causa hujusmodi de ...

1383. 7 decembre. [illegible] in [illegible] Archidiacono, [illegible] in [illegible] Privilegi [illegible]

Tra gli atti del notajo Pietro de Loca, Sente Patriarcale in Udine, presso l'altro mano
Arch. Not. Udine

MCCCLXXXIII, ind. VI die II m. Decembris, Veneciis in loco Cruciferorum in camera prioratus, presentibus ven.bus viris DD Fratribus religiosis Guarino de Veneciis, Nicola de S. Severino, Jacobo de Veneciis omnibus Ordinis predicti, Laurencius Pite et Dominus D. Georgius electus Cenetensis et ... Petrus Archidiaconus Cenetensis Condulmer [illegible] [illegible] ecclesiam Cenetensem pro pleniori custodia et conservacione penes Ven. Dnm Fratrem Feliciandum Priorem dicti Monasterii ~~[illegible]~~ in deposito [illegible] cum modificacionibus infrascriptis: primo quoddam instrumentum permutacionis facte inter predecessorem dicti Electi ex una parte et Nobiles de Camino ex alia de Vicecomitatu et gastaldia de Tarcio ad concambium ville Pontisbufoladi cum iuribus suis inde scriptum in MCCCVII die VI intrante marcio, scriptum manu Catanei notarii de Ceneta ex abreviaturis q.m Guidonis de Ceneta. — Item quoddam Privilegium D. Karoli IIII Imperatoris confirmatorium aliorum antiquorum privilegiorum prefate Eccl. Cenetensis insertorum in dicto Privilegio cum bulla cerea, datum Feltri MCCCLIIII, VI Kal. novembris. — Item undecim Privilegia antiqua et fracta simul ligata. — Item Inventarium possessionum et redituum Episcopatus Cenetensis scriptum per quemdam ser Corsum notarium de Ceneta sub bone memorie D. Francisco Episcopo Cenetensi sub MCCCXLVIII, foliorum LXI quorum duo sunt vacua in principio et quinque circa finem et duo infra quaternum coopertum cartis [illegible] cum pitafio superscripto descripcionis. Et ordinatum fuit inter dictas partes quod dicta iura assignentur per dictum D. Priorem dicto D. Electo Cenetensi et in casu quo dicte Ecclesie Cenetensi non preesset ~~[illegible]~~ prefato D. Archidiacono et eo casu quo dictus Archidiaconus in dicta Eccl. pre-

[illegible] 2 [illegible] esset Capitulo Conventus seu Monasterii D. Eleth.
[illegible] casu quod dictus Prior dicti Monasterii non esset ordinis predicti
Prior quod predictum Jura conventus modis [illegible] (21).

di dictum Onum Tatmovena in Curia, et extra, et ad causas
quotiens opus erit. Non obstante, quod Causae hujusmodi de [illegible]

1384 10 gennajo Cividale [illegible] Lorenzo
Consiglio [illegible] non [illegible]
[illegible]
termine [illegible]

Joannis q. Guglielmi de Varuschis di Cividale not.
Arch. not. Udine

A. D. 1384, ind. VII, die x mensis januarii, in Civitate, in Stupa Consilii, presentibus Dominis Corado Boyano, Antonio Gallo q. D. Galli, Johanne q. [illegible] Nicolai de Savorgnano, Johannino Longus, Tassoti omnibus de Civitate Austrie testibus et aliis. Coram Sapientibus viris DD. Francisco de Florentia Gastaldione, Ulvino de Canussio et Thomado de Pinzano provisoribus et pleno Consilio Civitatis Austrie ibidem ad sonum campane iuxta morem solemniter congregato, Laurentius q. D. Ulvini de Canussio de Civitate [illegible] personaliter constitutus [illegible] fuit quod si aliquod sinistrum contingeret de Monasterio [illegible]mense, ubi fuit modo Capitaneus, se excusabat et volebat teneri in aliquo, dicens se non velle esse amplius Capitaneum eiusdem Monasterii cum die mercurii proximi preteriti terminum suum expiravit. Ex adverso [illegible] [illegible] de Canussio de predicta Civitate dixit et protestatus fuit nomine ipsius Comunis, predictis se non consentire et quod terminum ipsius Laurentii nec dum expiravit etc., de quibus rogatus sum ego instrumentum etc. Cum omni melioramento etc. –

et dictum Dnum Patriarcha in Curia, et extra, et ad, ...
quoties opus erit. Non obstante, quod causa hujusmodi de ...

1384. 10 gennajo. Cividale. Tregue tra Cividale e Udine e loro alleati ed altri relativi. –

Giovanni del q. Gysbelino de Venzoni not. Arch. not. Udine

A. D. 1384, ind. VII, die veneris x mensis januarii, in villa de Remanzaco supra platea iuxta ecclesiam, presentibus Antonio filio Pauliti de Civ. Austrie, Georgio q. Ulbrandi de Austria, Christoforo de Arecio q. Ser Petri, Mathiussio filio Leonardi Bredar, Narchuniq. Mendrice et Johanne Rupitter, filius. . . . ., his tribus de Utino et Nicolusso notario q. Dominici Cucchiussii de S. Maria la longa Utini habitante, testibus et aliis.

Ibique . . . . Vicedominus, Simon miles de Colloreto, Ser Hector notarius Mulchitte de Utino et Pidrussius q. Dominici Glotti de Venzono tamquam sindici et procuratores nobilis viri D. Federici militis de Savorgnano, ac nobilium virorum Dominorum Rigardi de Valvasono, Joannis de Coloreto et Bernardi de Strassoldo ac providi viri Blasii de Lipono rectorum Unionis Communitatis Utini ac Nobilium et Communitatum eidem adherentium nec non tamquam sindici et procuratores omnium et singulorum qui in sindicatu et mandato continentur scripto manu Nicolussii notarii testis predicti sub . . . . et in dictione die XIII januarii ex parte una et providi et discreti viri Egidius q. M. Johannis Phisici, Deodatus dictus Dorde et Odorlicus notarius q. Petri, omnes habitantes in Civ. Au., . . . tamquam sindici

et procuratores Dominorum Gastaldionis, Provisorum Consilij et Comunis Civ. Austrie, ut de huiusmodi sindicatu quodam instrumento inde, scripto manu Nicolai notarij q. Antonii de predicta Civ. Austria sub anno . . . . indictione, die . . . . plenius continetur parte ex altera, confirmaverunt nominibus quibus ut supra treugas infrascriptas et ad sancta dei evangelia iuraverunt in animas eorum et suorum constituentium in manibus Magnificorum et Excellentium virorum Dominorum Georgii Comitis Corbavie et Jacobi de Raduchijs de Jadra famosi legum doctoris Legatorum Celsitudinis Reginalis Ungarie, firmas ratas et gratas habere, attendere et firmiter observare treugas inter partes predictas factas in omnibus et per omnia secundum tenorem litterarum hinc inde traditarum qui infra describitur et continetur et primo tenor litterarum treugarum pro parte Comunis Civitatis Austrie sequitur in hec verba:

Universorum et singulorum has litteras inspecturorum notitiam earum tenore producimus. Nos Franciscus de Flumeacio Gastaldio, Provisores, Consilium Comunis Civ. Austrie, Aquil. Diocesis, quod ad instantiam, rogationem et exortationem nobis factas pro parte Serenissime [illegible] Christianissime Excelse Illustrissime Domine nostre Domine Elisabeth Dei gratia Regine Ungarie, Polonie, Dalmacie et Sancte Aquilegensis Ecclesie et Patrie Forijulij preservatricis et benignissime protectricis

ti dictum Dominum Patriarcha in Curia, et extra, et ad, cautus quotiens opus erit. Non obstante, quod Causa huiusmodi de [illegible]

per Magnificum et Excellentes viros DD. Georgium Comitem Corbavie
et Jacobum de Sedin famosum legum doctorem ad has Forijulij partes
legatos celsit. dicte Reginalis asserentes et nobis firmantes quod absque
dubio grate erunt treuge prefate et suspensimenta Rev.mo in
Christo Patri ac Serenissimo Principi et Domino nostro gratiosissimo
Dno Philippo de Alenconio divina miseratione Episcopo Sabinensi,
sancte Romane Ecclesie Cardinali et Aquilegensi Patriarche dignissimo
nunc penes Reginalem Excellentiam (Ungarie existenti; de cuius Domini nostri
velle, ut dicunt, plenius constat eis cui namque incumbit et ad quem
Dominum nostrum tamquam cuius principaliter spectat et est guerra
prefata per nos et per nobiles de Marzano nec non per Castra Tolmini, So-
phinbergi et per Monasterium Rosacense nostrisque ac dictorum loco-
rum subditos, servitores, vicinos, stipendiarios et districtuales quos-
cumque, treugas et suspensimenta Utinensibus eorumque Colligatis
duximus tenore presentium faciendas usque ad prox. futurum festum
Dom. nre Resurrectionis inclusive et ultra prout placuerit dicte Celsi-
tudini Reginali firmiter duraturas, promittentes nomine predicto eis-
dem Utinensibus et ipsis eorum Colligatis ipsis durantibus treugis et
suspensimento, gravamen et offensam realiter et personaliter non
inferre, quia treugas fecerunt et similiter eorum patentibus
litteris promiserunt. In cuius rei testimonium, fidem et evidentiam

Vol. Lettere Arch. di Gemona fol. 27

pleniorem presentes fieri iussimus nostrique sigilli impressione muniri. Datum in Civitate Austrie die XV mensis januarii anno MCCCLXXXXIIII, ind. VII.

Item autem treuguarum scripturam per Utinenses factam et sequitur in hec verba:

Universis et singulis has litteras inspecturis, Nos Rectores et Deputati fidelissime Unionis Comunitatis Utini ac Nobilium et Comunitatum Patrie Foriiulii eidem adherentium et notum facimus per easdem quod ad instantiam et requisitionem ex parte Serenissime Principisse et Illustrissime Domine nostre Dne Elisabeth Dei gratia Regine Ungarie, Polonie, Dalmacie etc. sancte Aquilegensis Ecclesie et Patrie Foriiulii defensatricis et benignissime protectricis per Magnificum et Excellentes viros Dominos Georgium Comitem Corbavie, Jacobum de Radichis de Jadra eximium legum doctorem ad has Foriiulii partes legatos dicte Celsitudinis Regie alias nobis factas et ad ipsius Maiestatis Reginalis reverentiam et honorem per nos ac per nobiles de Savorgnano, de Castello, de Cucanea, Partistagno et Vualvasono, de Coloreto, Melsot Prodolono, de Strassoldo superiori, de Tricano et Murucio, de Vilalta et Fontanabona, de Pers, de Castellerio, de Ragonea, de Cavoriaco, de Prampergo, de Atens superiori, de Sbrughavacca, de Salvarolo, de la Fratina, de Maniaco nec non per Comunitates et Dominos Comu-

quociens opus erit. Non obstante, quod causa hujusmodi de

nitatum Civitatis Aquilegie ac Terrarum Utini, Glemone, Venzoni, Ti-
metii, Contrate Carnee et Canalis de Sclusa et Contrate Cadubrii
ac etiam Terrarum Portusgruarii, Maderne, Sancti Viti, Aviani, Faga-
nee, Marani et Montisfalconis ac omnes et singulos clericos tam
laicos quam layeos, Nobiles et Comunitates ac personas in eadem
unione inclusos et inclusas ac omnia et singula Castra et loca
dictorum tam clericorum quam layeorum, nobilium, Comunitatum
et personarum ac in eorum custodia et manibus existentia,
nostrosque et ipsorum suprascriptorum omnium vicinos, ser-
vitores, subditos, districtuales et stipendiarios quoscumque
treugas et sufferimentum Civitatensibus ac Nobilibus de Man-
zano et Castris Tulmini, Sophumbergi et Gronumbergi et Mona-
sterio Rosacensis ac omnibus et singulis in eorum treugarum et su-
fferimenti litteris nobis traditis latius nominatis duximus tenore
presentium faciendas usque ad proximum futurum festum domi-
nice resurrectionis inclusive et ultra prout placuerit dicte Celsi-
tudini Reginali firmiter duraturas, promittentes eisdem Civitaten-
sibus et aliis in dictis eorum litteris nominatis, ipsis durantibus
treugis et sufferimento, gravamen et offensam realiter et perso-
naliter non inferre, quia treugas fecerunt et similiter eorum
patentibus litteris promiserunt. In cuius rei testimonium et fidem
ac evidentiam pleniorem presentes fieri iussimus, officiique
nostri totam unionem representantis impressione muniri.

Vd. Lettere Arch. di Gemona Vol. 27

Data [illegible], die XV mensis januarii sub anno domini MCCCLXXXIV, ind. VII. —

Item die XVII januarii in Civ. Austria in platea mercati, presentibus nobili Andrea filio ser Nassinguerre, Janicillo cremario teotonico, Nicolao q. Johannis molendinarii omnibus de Civ. Austria et habitantibus in eadem Franciscluno [illegible] q. Deserti de Mediolano testibus et aliis pluribus in multitudine hominum copiosa.

Ibique Dominicus preco Comunis Civ. Austrie alta voce preconia proclamavit suprascriptas treugas iuxta morem et omnes sive valeant atque ubi sint tuti et securi quantum occasione guerre presentis.

Die eodem in platea iuxta domum Comunis Civ. Austrie, presentibus Jacobo filio Bonacursii de Bardis etc. testibus et aliis in multitudine copiosa. Ibique predictus Dominicus preco Comunis Civ. Austrie predictas treugas et in omnibus ut supra alta voce preconia proclamavit etc. cum omni melioramento etc.

quociens opus erit. Non obstante, quod causa hujusmodi

1384. 13 genaro. Udine. Alcuni Nobili del Friuli fanno tregua col Comune di Civi.le ad instanza di Ell.a, detta regina d'Ungheria. —

(Cx.my)

In Christi nomine Amen. Anno Nativitatis eiusdem Millesimo trecentesimo
1384: octuagesimo quarto Indictione septima Die tertiodecimo Januarii.
Actum Utini in Camino, in turri domus habitationis infrascripti
Federici de Savorgnano presentibus sapienti viro Magistro Jacobo
Physico de Utino, Nobili viro Nicolao q. Domini Francisci de
Soldaneriis, ac providis viris Franc.co q. Rayneri et Hermano
filio q. Minij de Ramandaco de Utino, testibus et aliis pluribus
ad hac vocatis specialiter et rogatis. Nob. Magnificus et potens
Miles Dominus Federicus de Savorgnano, ac Nobiles viri Domini Rizardus
de Valvasono, Joannes de Colloreto, et Bernardus de Strasoldo,
et circumspecti viri Blasius de Lissono, et Hector Militis de
Utino Rectores, et deputati fidelissimae Unionis communitatis U...
ac Nobilium, et civitatum patriae Foriiulii eidem adhaerentium,
quae quidem Unio creata est ad honorem et statum Sanctae
Aquilegensis Ecclesiae matris, et Dominae nostrae, et conservationis
totius patriae Foriiulii libertatis, Nec non praefati Dominus
Federicus de Savorgnano pro se, et omnibus consortibus suis de
Savorgnano, ac egregius ac Nobiles Viri Domini Simon Miles, et Joan-
nes de Colloreto, pro se, et omnibus Consortibus eorum de Colloreto
Rizardus de Valvasono, et Simon de Cucanea pro se, et omnibus
Consortibus eorum de Cucanea, Pertistagno, et Valvasono, et Ber-
nardus Junior de Strasoldo pro se, et omnibus consortibus suis
de Strasoldo superior. Nec non supradictus Dominus Federicus
de Savorgnano sapiens, ac circumspecti viri Dominus Andreas
de Monticulis iuris peritus, Blasius de Lissono, Hector Militis,
Chiussa de Bonacursis, Nicolussius de Andreottis, Franciscus de
Candidis, Monacinus de Panzano, Nicolaus Manini,
Nicolaus Candidi, Leonardus de Sancto Daniele, et Leonardus
Bredo cives Utinenses pro Dominibus, et communitate Utini, Pe-
drussius q. Dominici Gloti, et Hendriussius Pellotti de Venzono pro
Dominibus, et communitate Venzoni, Joannes, et Petrussinus Notarii de

Portugruarii, pro Dominibus, et communitate Portugruarij Rizardus filius q. Guidoti, et Nicolussiu q. Rodulphi de Sesto, pro Dominibus, et communitate Sestilis. Nec non supradictus Dominus Federicus de Savorgnano Capitan. Glemonæ, et Gastaldio Carneæ, vice et nomine Dominum et comunitatis Glemonæ, ac comunitatis, et Dominum Tumetii, et totius Contratæ Carneæ, et Canalis de Selua, præfatus quoque Dominus Joannes de Coloreto Capitaneus contratæ Cadubrij vice, et nomine totius contratæ prædictæ Cadubrij, et supradictus Dominus Bernardus de Strasoldo Capitaneus Montisfalconis, vice et nomine Comunitatis, et Dominum terræ Montisfalconis, et supradictus Dominus Rizardus de Valuasono Capitaneus Medunæ, vice et nomine comunitatis et Dominum terræ Medunæ. Ac etiam supradicti omnes Nobiles, et Cives ibidem in loco suprascripto convocati, et ad consilium, seu cologuium pro infrascriptis et alijs peragendis specialiter congregati pro se ac vice et nomine omnium, et singulorum Nobilium de Castello de Prampergo, de Ragonea, de Tricano, et Murucio, de Villalta, de Cavoriaco, de Fontanabona, de Mels, et Prodolone, de Pers, de Castellerio, de Attems, de Sbroglauacca de Saluarolo, de la Pratina, et de Maniaco, ac omnium, et singulorum Comunitatum, Civitatis Aquilegiæ, Marani, Auiani, et Fagagneæ, et omnium, et singulorum aliorum Nobilium, et comunitatum Patriæ ForiJulij in eadem Unione fidelissima inclusorum, absentium, pro quibus omnibus absentibus præfati Nobiles, et Cives promiserunt de ratihabitione videlicet se facturos, et curaturos cum effectu, omni exceptione remota quod præfati omnes, et singuli alij nobiles, et comunitates absentes in eadem Unione inclusi, infrascripta omnia, et singula agere habebunt, et ratificabunt, in omnibus, et per totum obligantes ad hæc omnia

omnia ipsorum bona, praesentia et futura, ac vice, et nomine to-
tius Unionis praefatae, omnibus modo, via, et forma, quibus
melius, et efficacius sciverunt, et potuerunt, fecerunt, constituerunt
et ordinaverunt supradictos Egregium Militem Dominum
Symonem de Colloreto, ac circumspectos Viros S. Alvorem Mulli[...]
de Utino, Pedrussium q. Dominici Gloti de Venzono ibidem praes-
sentes, et hoc mandatum in se sponte suscipientes suos, et
Unionis praedictae veros, et certos nuncios, actores factores, negotiorum
gestores, ac legitimos sindicos, et procuratores, et quemlibet eorum in
solidum, specialiter ad contrahendum, faciendum, et affirmandum
ad Instantiam et Requisitionem Mag.ci D.ni Domini Georgii Comitis
Corbaviae, et sapientis Viri D.ni Jacobi de Radicibus eximii legum
Doctoris Ambaxiatorum Regiae Ungaricae Maiestatis, et in eorum
manibus, bonas, puras, legales, ac inviolabiles treuguas cum nobilibus,
et prudentibus Viris, Gastaldione, Provisoribus, Consilio, et communi-
tate terrae civitatis Austriae, ac ipsius communitatis, subditis, se-
quacibus, complicibus, fautoribus, et adherentibus quibuscumque,
cum omnibus et singulis iuramentis, promissionibus, bonorum obligatio-
nibus, et clausulis in praedictis, ac dependentibus emergentibus, et
connexis debitis necessariis, et opportunis, prout, et sicut eisdem D.nis
Ambaxiatoribus, ac praefatis sindicis, et procuratoribus placuerit, et vide-
bitur expedire, Promittentes dicti [...] Domini Constituentes Nobiles
et Cives superius nominati, pro se, ac vice, et nomine totius Unionis praedictae
mihi notario infrascripto, tanquam publicae personae stipulanti, et recipienti
vice, et nomine omnium, et singulorum quorum interest, vel interesse poterit in
futurum, se firmum, ratum, et gratum perpetuo habere, et tenere, quicquid per dictos
eorum sindicos, et procuratores actum, factum, gestum, iuratum, promissum, et obli-
gatum fuerit in praemissis circa praemissa, et quomodolibet praemissorum, sub hypotheca et
obligatione omnium suorum et Unionis praefatae bonorum, praesentium et futurorum. Se pro ipsis D.
sindicis, et procuratoribus eorum, et ipsius Unionis in praedictis omnibus, ac dependentibus
emergentibus, et connexis, fideiussores constituentes, et ex nunc obligantes, sub hypotheca,
et obligatione praedictis.

(loco signi) Ego Nicolaus q. Ser Andreae Cuculissij de Sancta Maria Lalonga Utini habitans, publicus Imperiali
auctoritate Notarius suprascriptis omnibus, et singulis praesens fui, et rogatus scripsi,
et publicavi, signo meo apposito consueto.

Vd. Lettere A. A. di Gemon fol. 27

[illegible]

A. D. 1384, ind. VII, die iovis XIV mensis januarii, in Civ. Austrie in curia [illegible] Iacobi q. Ser Leonardi Ribiis de ipsa Civitate Austrie, presentibus nobilibus viris Duranico q. D. Duringassii de Attems, Johanne q. D. Coradi de Cergneu ac providis viris Francisco Sandri de Florentia, Vidusso Ser Mainardi, Thomasio q. D. Vidussi de Pinzano omnibus de civ. Austrie testibus et aliis.

Nobilis vir D. Odorlicus q. D. Federici de Savorgnano capitaneus corporaliter iuravit et promisit per fidem suam in manibus providi viri Ser Jacobi q. Leonardi Ribiis de Civ. Austrie quodusque ad diem iovis proxime futuram per totam diem inclusive personaliter presentabit se hic in Civitate Austrie predicto Ser Jacobo. Et si forte detineretur ut non posset se presentare hic in Civitate Austrie predicto Ser Jacobo promisit et iuravit comedere solummodo panem et bibere solummodo aquam usque non presentaverit se predicto Ser Jacobo. De quibus omnibus suprascriptis rogatus sum ego Johannes notarius instrumentum etc. cum omni meliorantia etc.

nosea eser e pregaveno che tuto questo voi lu debia lasar acaver al chonseglo. Dio v alegni.

Vol. Lettere Arch. di Gemona fol. 27

1384, 18 gennajo. Francesco Consorti di Varmo ratifica la Tregua conchiusa tra l'Unione da una parte ed i Cividalesi e collegati loro dall'altra —

Dalle Dipl. mi Sigilli de' Varmo etc. dell'Ab. Dom. Ongaro Ms. della Bibl. Bartoliniana di Udine. —

Noverint universi presentes litteras inspecturi quod nos Franciscus cum ceteris Consortibus de Pers. treugas per Dominos Rectores et Deputatos Unionis nostre seu ipsorum et ipsius Unionis Sindicos ex una parte et Civitatenses prote ac Nobilibus de Manzano et Castris de Tolmino, Sopfumbergo et Cosumbergo et Monasterii Rosacensi ex altera, factas, prout in litteris superinde datis hinc inde die XV presentis mensis ianuarii latius continetur, approbamus, ratificamus in omnibus et per totum, ipsasque per nos et nostros tenore presentium inviolabiliter promittimus observare. In quorum testimonium presentes scribi fecimus sigilli nostri impressione munitas. Die XVIII ianuarii MCCCLXXXIIII ind. VII. —

nostra eser e pregavemo che tuto questo
voi lu debia lasar acaver el chonseglo.
Dio v'alegri.
Vd. Lettere Arch. di Gemona fol. 27.

1384, 8, ... [illegible] ... [illegible] ... Attems ... [illegible] ... di Villa Cacigh

6

Giovanni q. Guglielmo de Venzoni not. Ex li. not. Udine

... 1384, ind. VII, die VIII mensis februarii, in Civ. Austrie in domo habitationis Johannis hosterii q. ser Nicolai de Cadorrio, presentibus ipso Johanne hosterio ac Ven.li viro D. Francisco dicto Wraisinger Canonico Aquil. et Civitatensi ac Plebano plebis de Volcaner; Fratre Federico monaco in monasterio S. Salvatoris in Millstat Salzburgensis Diocesis, Johanne Wulfordi de Doniz, Bertholdo q. Bertholdi de Masin de Bavaria superiori, Johanne de Milistath testibus ad hec vocatis et rogatis. Coram Reverendo in Christo patre et Domino D. Johanne Dei gratia Abbate Monasterii S. Salvatoris in Millstat Salczburgensis Diocesis personaliter constitutus nobilis vir Duracius q. D. Duringusii de Attems et prefato D. Abbati cum instantia humiliter supplicavit quatenus eum pro se et heredibus suis ex eo de tota decima de Villa Cacigh in Forojulii ad ipsum D. Abbatem eiusque monasterium legitime devoluta dignaretur et vellet iure feudi benigniter investire cum suis iuribus et pertinentiis universis. Qui D. Abbas dicens et affirmans prefatam decimam totam de Villa Cacigh ad se et ad ipsum suum monasterium S. Salvatoris in Millstat esse nonnullis iustis et legitimis de causis legitime devolutam, prefatum Duracium pro se et suis heredibus ex eo ... descendentibus recipientem coram eo flexis genibus constitutum ac pro se ac nomine et vice successorum suorum et nomine

...vesa eser e pregavemo che tuto questo voi lu debia lasar a haver el chonseglo. Dio v'alegri.

Vol. Lettere Arch. d'Attems fol. 27

sui monasterii supradicti de predicta tota decima de Villa Caugl
cum omnibus suis iuribus et pertinentiis quibuscumque, om-
nibus modo, iure, via et forma quibus efficacius potuit
cum berra sue clamidis et cum manu propria iure pheudi legiti-
me ac solemniter investivit. Qui Duracius ibidem tactis
scripturis ad sancta dei evangelia iuravit atque fecit eidem D. Abbati
pro se et suis successoribus ac nomine et vice sui monasterii supradicti
solemniter ac expresse recipienti fidelitatis debite iuramentum, quod
vassallus Domino proin similibus facere convenit ac facere tene-
tur et debet, preservata tamen expresse obedientia et fidelitate
quibus idem Duracius Domino nostro D. Patriarche Aquilegensi tene-
tur et debet. Insuper antescriptus D. Abbas suo nomine ac nomine
et vice nomine ac sui monasterii supradicti fecit, constituit, ordinavit
et assignavit nobiles Iohannem q. D. Conradi de Cergneo et Philis q. Phi-
lippi de Belgrado et quemlibet eorum in solidum in nuncios tenute et possessionis
etc. Cum omni melioramento etc.

1384. 3 maggio. Cilli. Lettera colla quale il Patriarca d'Aquileia Card. Filippo d'Alençon investe de' suoi feudi Ermanno Conte di Cilli. —

I. R. Archivio di Graz Tomo I pag 872. Edito nell'Annuario della Società Storica della Stiria del 1855. Graz pag 269 —

Nos Philippus de Alenconio miseratione divina Episcopus Sabinensis Sancte Romane Ecclesie Cardinalis et Patriarcha Aquilegensis, notum facimus universis, quod in nostra presentia constitutus Magnificus et potens dominus Hermannus comes Cilie, nobis humiliter supplicavit, ut ipsum de feudis suis antiquis iustis et legalibus, que ipse et progenitores sui antiquitus habuerunt et tenuerunt in feudum ab Aquilegensi Ecclesia nostra et bone memorie dominis Patriarchis nostris predecessoribus, investire gratiosius dignaremur. Nos vero attendentes devotionem et legalitatem, quas idem Magnificus dominus comes eiusque progenitores ad ipsam Ecclesiam et nos ac predecessores nostros habuerunt hactenus indefesse. Speramus et credimus etiam quod ipse Comes nobis et Ecclesie nostre prefate fidelis erit et vassallus, ipsum D. Hermanum Comitem, pro se suisque heredibus recipientem de omnibus suis feudis antiquis, iustis et legalibus premissis, manualiter investivimus cum extra clamidis nostre, salvo iure nostro Aquilegensis Ecclesie predicte et alterius cuiuscumque, protestantes expresse, quod per investituram huiusmodi eundem Comitem non intendimus de aliquibus dominiis, iuribus et aliis bonis investire, de que nobis et dicte Ecclesie nostre detinet occupata, sed solum de antiquis iustis et legalibus feudis suis. Quibus peractis prefatus D. Hermanus Comes, digitis elevatis, iuravit nobis et Aquilegensi Ecclesie nostre predicte, iuravit esse fidelis et legalis et omnia alia et singula facere, atque fidelis vassallus domino suo tenetur ex debito et prout in talibus fieri est consuetum. Quorum vero feudalia in scriptis data per ipsum Comitem nobis assignata, per eundem possessa, non de[illegible] [illegible],

possa eser e pregavemo che tuto questo voi lu debia lasar aciaver al chonseglo. Dio v alegri.

Vd. Lettere Arch. di Gemona fol. 27 —

extitit investitus, sunt hec videlicet, Castrum de Oberburg et Ca-
strum Altenburg, que venerunt ab Altenburgiis; item Castrum [illegible],
quod venerunt ab Henrico de Gradenegg; item decima in Prassberg, Lemburga,
item decima in Nova Ecclesia, item decima in Sancto Petro in Seventhal; item
decima in Fraslaw; item decima in Schalachtal; item omnia feuda, que
predictum Comitem et [illegible] contingerent ex parte suorum avuncu-
lorum Comitum de Heunburg, et que illi et eorum antecessores a pre-
decessoribus nostris et Aquilegensi Ecclesia supradicta habuerint, ex gratia
[illegible] favore; item omnia feuda, que tenuit [illegible] de Pilichgray
ab Aquilegensi Ecclesia, que vendidit dicto D. Comiti; item decima in [illegible]
sita in predio [illegible]; item omnia feuda que quondam D. [illegible] de Sen-
negg libertinus tenuit ab Aquilegensi Ecclesia, in quibus idem D. Comes iure
hereditario successit; item decime site in plebibus Ponigel et Sancto Cruce ex
ista parte aque que dicitur vulgariter Satal; item decime in Liectenwald
et Gurchfeld usque ad ripas Satal et Gurch, quas emerunt a Scherffenbergero;
item decima in Reifnig; item iudicium in Tethenoij emptum a D. Colone Scher-
ffenberger. Presentibus ad premissa charissimo nobis in Christo filio domno
[illegible] Nicolao abate monasterii in Oberburga ordinis S. Benedicti nostre Aquilegen-
sis Dioecesis et nobilibus viris Nicolao de Stegenbergo nostro ac Martino de
Reichenneg militibus dicti Comitis, Marescalcis, Hugone de Hervorst decano
Concordiensi, Camerario et Cancellario nostro, Joanne Altenburg milite, ac
Rudolpho Plankenvarter domicello et aliis multis. In quorum omnium testi-
monium presentes litteras fieri iussimus, patriarchalis sigilli nostri appensione
munitas. Date Cilie dicte nostre diocesis die tertio mensis Maii, Anno Domini mille-
simo trecentesimo octuagesimo quarto, indictione septima. —

1384, 22 giugno. Cividale [illegible] Brescia [illegible] non [illegible] la [illegible] Con[illegible] il [illegible], perchè [illegible] ordine del [illegible].

[illegible]

A.D. 1384, indictione VII, die XXII mensis junii, supra plateam publicam quod domum Comunis (Civ. Austrie), presentibus providis viris Antonioq. [illegible], Pauloq. Francisci, Francischinoq. Andree, Phanutto q. Stephani [illegible] omnibus de Civ. Austria testibus et aliis.

[illegible] Rigardus de Brixia dixit et protestatus fuit quod cum hodie fuerit invitatus per Johannem de Medino ad eundum extra Terram Civitatis Austrie causa duelandi inter eos, per cum non defecit nec deficiebat nec defecit adimplere quod promiserat eidem Johanni, cum per Johanninum Longum quendam Tapotti de Civitate Austrie nomine Dominii [illegible] [illegible] [illegible] preceptum in penis ne egrederetur portas Civ. Austrie quas [illegible] cum vellet egredi invenit clausas et rastrum similiter invenit clausum nec fuit dimissus ire. Cum omni meliuramento etc.

Si deba eser e pregavemo che tuto questo voi lu debia lasar acaver el chonseglo. Dio v alegri.

Vol. Lettere Arch. di Gemona fol. 27

[illegible]

[illegible] al [illegible]

[illegible]

[illegible]

9

Germanus [illegible] nost. [illegible]

A. D. 1[illegible]8, ind. [illegible] die [illegible] xx[illegible] mensis julii, in [illegible] in palacio Patriarchali in camera paramenti in presentia D[omini] Domini nostri D. Cardinalis et Patriarche [illegible]ensis, presentibus Rev.mo in Christo Patre D. [illegible] Dei gratia episcopo [illegible]ensi, ven.bus viris D. D. Pagano Canonico [illegible] q. Pauli de Prata, Thomasino de [illegible] canonico et nobili viro D. Nicolao de [illegible]bergo, providis viris Egidio q. [illegible] phisici, Johanne eius filio, Ulrico q. [illegible] de Castellatto, Johanne et Nicolao fratribus q. Thomasii de Utino, [illegible] Perotti omnibus habitantibus in Civ. Austria predicta testibus et aliis pluribus.

Ibique providus vir [illegible] notarius q. Thomasini de Utino coram Rev.mi in Christo Patris Serenissimi Principis et Domini nostri D. Philippi de Alenconio inspiratione divina Episcopi Sabinensis Sancte Romane Ecclesie Cardinalis Patriarche Aquilegensis presentia constitutus unam litteram credentie in sui persona pro parte Rev.di Patris et D. Urbani, ut ipse Martinus dixit Ecclesie Aquilegensis prefato Domino nostro D. Cardinali et Patriarche Aquilegensi presentavit atque dimisit. Que littera per antescriptum Dominum nostrum Cardinalem et Patriarcham, idem Martinus notarius

si doba eser e pregavemo che tuto questo voi lu debia lasar acaver al Chonseglo. Dio v'allegri.

Vd. Lettere Arch. d'Gemona fol. 27.

tanquam nuncius et ambasiator, primo eundem D. Antonium Patriarcham Gradensem Domino nostro D. Cardinali et Patriarche Aquilegensi pro dicto recomisit, secundario quidem dixit et exposuit prefato Domino nostro D. Cardinali et Patriarche verum esse quod sibi pro parte ipsius D. Patriarche Gradensis et Vicarii ut dixit Ecclesie Aquilegensis per Rev.dum in Christo Patrem D. Abbatem S. Cipriani tanquam nuncium ipsius D. Patriarche Gradensis, ut ipse D. Cardinalis Patriarcha Aquilegensis inducere vellet ven.les viros Dominos Decanum, Canonicos et Capitulum Civitatense et Comune et homines Civ. Austrie, ut cum predicto D. Patriarcha Gradensi et Vicario Aquil.e Ecclesie esse deberent atque vellent ad componendum et faciendum treugas in Patria et ad instandum et ad adimplendum et prosequendum ea que ipsi Dno Gradensi Patriarche Vicario Aquilegensis Ecclesie sunt et fuerunt commissa et imposita in preceptis. Quodque idem D. Cardinalis et Patriarcha Aquilegensis tunc eidem Dno Abbati cum fuit ad eum responderit quod super premissis deliberare volebat et habita deliberatione respondere. Et ideo prefatus Martinus notarius nuncius ut supra, ibidem supplicavit Dno Cardinali et Patriarche Aquilegensi predicto ut sibi in et super premissis vellet respondere. Quibus omnibus per eundem Martinum notarium nuncium ut supra sic expositis, memoratus Dominus noster D. Cardinalis et Patriarcha, dixit quod supra his deliberare

volebat, neque habita deliberatione super premissis respondebat tam

et responsio.... (sic).

Item sub die, anno et indictione predictis, interveniente temporis modico intervallo, in Civ. Austrie, in Palacio Patriarchali, ibi supra Sala extra cameram paramenti predictam, presentibus nobili viro D. Nicolao de Spegnimbergo, Utrisq. Jacobi Subtilis, Egidioq. [illegible] Johannis [illegible], [illegible] q. Leonardi de Castellatto, Francisco not. q. Perotti de Civ. Austria omnibus habitantibus in Civ. Austria, testibus ad hec habitis et rogatis.

Ibique Ven.lis vir D. Ulrigo Decanus Concordiensis ex parte supradicti Domini nostri D. Cardinalis Patriarche Aquilegensis respondit antedicto Martino notario, quod idem Dominus noster D. Cardinalis et Patriarcha graciose acceptabat recomendationem sibi factam de Dno Patriarcha Gradensi predicto et quodque quantum supra aliis dictis et narratis ipsi Domino nostro Cardinali et Patriarche Aquilegensi per ipsum Martinum et per dictum [illegible] Abbatem [illegible] nominatum ex parte ipsius Dni Patriarche Gradensis, ipse Dominus noster D. Cardinalis et Patriarcha eidem Gradensi Patriarche per suum nuncium respondebit usque ad diem dominicam proximam futuram per totam diem vel citra. De quibus omnibus scripsi ego Johannes notarius publicum instrumentum. [illegible]

si deba eser e pregavemo che tuto questo
voi lu debia lasar acaver al chonseglo.
Dio v alegri.

Vol. Lettere Arch. di Gemona fol. 27

1384, 25 [illegible] del [illegible]
[illegible]
[illegible]

[illegible]

A. D. 1384, ind. VII, die 25 augusti, actum in Castro Glemone super sala presentibus nobile viro ser Lodovico de Chavoriaco Aloisio de Vendoyo, ser Leonardo q. ser Coradi de Porz, Leonardo q. ser Zagni de Vendoyo et aliis vocatis et rogatis.

Ibique Petrus q. Francisci Pignays de Glemona massarius Comunitatis et Universitatis Terre Glemone per se suosque successores vice, loco ac nomine Comunitatis et Universitatis ipsius Terre reddit, tradidit et consignavit nobili et potenti viro D. Nicolao de Spegnimbergo honorabili Capitaneo Glemone pro se et fratribus etc. constitutus per Dominum nostrum Patriarcam etc. Castrum predictum Terre Glemone cum omnibus suis iuribus etc. Versaque vice dictus D. Nicolaus contentavit in sua tenuta et possessione habere dictum Castrum cum omnibus iuribus suis etc. —

Eadem die, actum Glemone ante domum heredum q. ser Anastasij, presentibus nobile ser Lodovico de Chavoriaco, ser Zambio q. Picholi de Tumecio, Johanne q. ser Marzi de Brugnis de Glemona et aliis. Ubique Nobilis atque potens vir D. Nicolaus de Spegnimbergo honorabilis Capitaneus Terre Glemone pro Rev.mo in Christo Patre et D. D. Philippo de Alenconio miseratione divina Episcopo Sabinensi S. Romane Ecclesie Cardinale, dignissimoque Patriarcha Aquilegensi per se, vice, loco ac nomine fratrum suorum fecit, constituit et creavit providos viros ser Leonardum q. ser Coradi de Porz et Leonardum q. ser Zagini de Vendoyo presentes atque Coradum filium dicti ser Leonardi et Paschinum de S. Vito absentes, suos Vicecapitaneos Glemone alternatim vices suas. — —

— si doba eser e pregavemo che tuto questo
voi lu debia lasar acaver al chonseglo.
Dio v' alliegri.

Vd. Lettere Arch. di Gemona fol. 27

1384 1 agosto. [illegible] del [illegible] del
[illegible]

[illegible]

A. D. 1384, ind. VII, die ultima augusti; actum Glemone in bayarzatto ante carispan Pinte, presentibus .... in foroq. Ruberti, Frazono, Antonio q. Pupini et alijs. Ibique Domenichus q. Stefani de Montenars habitans Glemone per se suosque heredes realiter et personaliter se obligando promisit Petroq. Francisci Pignay de Glemona tanquam Massario Comunis Glemone stipulanti et recipienti vice, loco et nomine dicti Comunis, custodire et salvare Turrim Castri Glemone usque ad terminum ipsius Massarii. Quapropter dictus Petrus nomine Comunis promisit solvere atque dare dicto Domenicho pro se et omni mense marcham denar. quinquagenarum usque ad dictum terminum, qui mensis incepit XIII exeunte mense augusti. Proquibus omnibus et singulis firmiter attendendis et plenius observandis dictus Domenichus obligavit prefato Petro omnia sua bona presentia et futura etc. Cum omni meliorамento etc.

si deba eser e pregavemo che tuto questo
voi lu debia lasar aciaver al chonseglo.
Dio v alegri.

Vd. Lettere Arch. d. Gemona fol. 27

1384. 17 Ottobre. Tolmezzo. Vendita dei dazj per supplire a spese di guerra e fortificazione della Terra suddetta, fatta dal Consiglio.

12

A. D. MCCCLXXXIV. ind. VII. die XVII Octubris in Tumetio in logia parva. Congregato consilio Comunis Tumetii ad sonum campane more solito ubi interfuerunt ultra duas partes hominum de consilio, videlicet ser Johannes de Fuxo viecegastaldio Carnee pro nobili et egregio milite d. Federico de Savorgnano, Dominicus q. Johannis Gusetti Camerarius Comunis Tumetii, Jacucius Brugni, ser Maynardus notarius, Jacobus q. Merchiolis, Niculus eius frater, Gusetus, Jacobus Pertolde, magister Johannes ciroycus, Onofrius, Culussius Piati, Odoricus eius frater, Niclaus q ser Vatterii, Culussius cerdo, Jacobus dictus Codettus, Marcus et ego Johannes notarius infrascriptus. Ibidem per Dominicum Camerarium Comunis propositum fuit qualiter Comune Tumetii multis expensis gravatum est in tantum quod Camerarius predictus ad preces Consilii nuper expendit ultra XX marchas de suis pecuniis in fortificatione terre Tumetii plus quam exegit et propter obsidionem terre Glemone nunc factam, non modica pecunie quantitas est ipsi Comuni opportuna et ad fortificandum ulterius circha ipsam terram. Et quum paucis diebus ultra XV transactis congregata Vicinia Comunis Tumetii et ibidem proposito utrum melius foret imponere colectam in Comuni Tumetii an vendere dacia ipsius Comunis pro uno anno integro futuro, incohando kalendis Januarii, atque per maiorem partem unanimiter potius vendendi fore dacia quam colectam imponere. Et ideo vigore deliberationis predicte facte in Vicinantia plena, incantatis datiis preconia voce per terram Tumetii ultra spacium XV dierum, cum ulla persona obtulerat

si deba eser e pregavemo che tuto questo voi lu debia lasar acaver al chonseglo. Dio v alegri.

Vol. Lettere Arch. di Gemona fol. 27

ultra summam L X V marchas denariorum novorum, videlicet
Petrus q. ser Candidi Missitini de Tumetio, et quum pro solutione
stipendiariorum missorum ad obsidionem Glemone ad presens
necessarium est habere ultra X L marchas denariorum, instabat
dictus Camerarius per Consilium decerni atque determinari si
dacia predicta debent deliverari ac vendi eidem Petro non
ponendo dacium mensurarum nec dacium lignaminis. Et ibidem
facto per singulos Consiliarios diliganti scrutinio, delibe-
ratum fuit quod dacia predicta incantata ultra spacium XV
dierum debeant presencialiter deliverari in manibus Petri
predicti, qui plus obtulit ~~pro uno~~ anno integro, incohando
die primo mensis Januarii proxime futuri pro precio L X V
marcharum denariorum novorum non computando in ista
venditione dacium lignaminis nec dacium mensurarum et pon-
deris. Qua deliberatione diligenter sic facta, idem Dominicus
Camerarius de mandato expresso et consensu prefati domini
vicegastaldionis et prescriptorum Consiliariorum vice et nomine
Comunis Tumetii per se et successorem suum futurum Ca-
merarium predicta omnia datia Comunis excepta datio ligna-
minis et datio mensurarum, vendidit, deliveravit et tradidit
Petro supradicto filio q. ser Candidi Missitini de Tumetio tam-
quam persone plus offerenti precio marcharum L X V denariorum

novorum aquilegensis monete, quam pecunie quantitatem idem Petrus promisit de presenti dare et solvere predicto Dominico Camerario ad omnem requisitionem ipsius. Et converso prefatus Camerarius ac omnes et singuli Consiliarii et quilibet ipsorum suprascripti de consensu domini vicegastaldionis promiserunt solemniter michi Notario in scripto vice ac nomine supradicti Petri emptoris predicta dacia sic vendita et delivrata eidem Petro et fratribus deffendere, autorizare et disbrigare ulleque sibi litem vel questionem inferre nec inferenti consentire sub pena refectionis dampni et expensarum omnium et interesse litis et extra. Pro quibus omnibus et singulis firmiter attendendis et observandis obligaverunt prediti Dominicus Camerarius et omnes ac singuli Consiliarii suprascripti eidem Petro omnia ipsorum et Comunis bona habita et habenda et cum omni melioramento etc.

Notajo Giovanni di Tolmezzo. Arch. Notarile. Udine

A. D. MCCCLXXXIV. ind. VII, die ultima Octubris In Tumetio ~~in~~ lozia parva in Consilio etc. Dominicus Camerarius Comunis fuit contentus et confessus habuisse et recepisse a ser Pietro q. Cond. de Nessetin marchas denariorum LXV pro Dacii anni futuri per ipsum Petrum empti faciens finem remissionem etc.

ID. ibid.

si doba eser e pregavemo che tuto questo voi lu debia lasar aciaver al chonseglo. Dio v alegri.

Vol. Lettere Arch. di Gemona fol. 27.

1384, 31 ottobre. Gemona. Multa pagata da due muratori che aveano male costruito del muro al Comune di Gemona

Enrico da Toloeggo not. Arch. Not. Udine.

A. D. 1384, ind. VII, die ultima octobris, actum Glemone in solio domus Comunis, presentibus providis viris S. Laurencio Giorgi=io, Nicolao de la Masaria, Dominico Zampulin de Glemona omnibus et aliis.

Atque cum in Consilio Maiori Terre Glemone fuisset deliberatum quod Filippus q. Baroni de Chamuzacho et Papariano muratores ambo de Antenea deberent prestare fideiussionem, cautionem de reficiendo dampna Comunis in facto muri quem male laboraverant in fundamento et de restituendo pecunias quas receperant summatim fuit in L marchas denariorum, Magister Fabianus pelliparius q. Dominici de Glemona precibus atque instancia dictorum Filippi et Papariani se in solidum et tanquam principalem se obligando pro se et c. promisit Petro q. Francisci Pigran de Glemona tanquam Massario Comunis Glemone stipulanti et recipienti vice loco ac nomine Comunis Glemone eorum successorum restituere, satisfacere atque resarcire omnes et singulas expensas, ac damna et interesse quas et que Comune predictum passus esset seu pati posset occasione muri Comunis inepte facti per dictos Filippum et Paparianum usque ad summam marcharum denariorum monete aquilegensis quinquaginta ac etiam pro restitutione pecuniarum habitarum per dictos Filippum et Paparianum pro confectione dicti muri. Pro quibus omnibus et singulis firmiter attendendis et plenius observandis dictus Fabianus obligavit prefato Petro Massario recipiente nomine Comunis predicti omnia sua bona presentia et futura. Cum omni meliori modo etc. —

Ibidem presentibus testibus predictis. Dicti Filippus et Paparianus muratores pro se ~~ipsos~~ eorumque heredes promiserunt dicto Fabiano pro se suisque heredibus stipulanti conservare atque relevare eundem eiusque heredes et bona ab omnibus et singulis dampnis et expensis que pati posset occasione

— si deba eser e pregavemo che tuto questo voi lu debia lasar acaver al Chonseglo.
Dio v allegri.
Vol. Lettere A. A. di Gemona fol. 27

dicte promissionis seu obligationis facte precibus et instantia eorundem. Pro quibus omnibus et singulis firmiter attendendis et plenius observandis dicti Filippus et Prosperinus in solidum obligaverunt prefato Fabiano specialiter pro pignore nobili omnia ipsorum bona presencia et futura etc. -

1384, 24 settembre, Castel Pagano. Patti dotali tra Mariabella di Lorenzaga e Michele da Rabatta.

Ex notis Thomasini Nelle q. Nicolai, Notarii de Utino.

In christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem MCCCLXXXIV, ind. VII, die XXIV septembris, actum in Castro Pagano in pallatio apud turrim, presentibus nobilibus sapienti D. Guillelmo legum doctore de Quartarolo de Padua, Iohanne filio D. Federici de Fontebono, Iacobo q. D. Preogne de Sbruglavacca, Henrico q. ... Petri de Fagania, Zeremia q. ser Antonii de Padua, Antonio q. ser Federici de Fagania, Simone q. Francisci de Arcano inferiori, Girardo de Parma familiari D. Guillelmi predicti, Francisco q. Martini de Trigesimo et Dominico q. Patriarche de Palma testibus ac Arculo familiari meo, testibus et aliis.

Dum contractus esset et celebratum matrimonium inter nobilem et honestam iuvenem D. Mariambellam filiam clarissimi viri D. Nicolussii de Laurenzaia et nobilem ac probum iuvenem D. Michaelem de Rabatis, honorabilem Marescalcum Rev.mi in Christo patris et D.D. Philippi de Alenconio Episcopi Ostiensis sacrosancte Romane Ecclesie Cardinalis et Aquileiensis Ecclesie Patriarche dignissimi ipsa D. Mariabella coram dictis testibus et me notario infrascripto, pure mere et libere se dotavit eidem Nobili Michaeli et ipsi dotis nomine constituit loca, castra et cum locis et castris de Laurenzaia et de Castro Pagano dicti olim D. Nicolussii patris et Fantini fratris ipsius D. Mariabelle et modo eiusdem D. Mariabelle et cum masnatis excepta Menuza filia Dominici et Subette superstitum de Pagnaco

—ri doba eser e pregavemo che tuto questo voi lu debia lasar aciaver al chonseglo. Dio v alegri.

Vol. Lettere Arch. di Gemona fol. 27

ipsius D. Mariabelle terra et Domina de maxnata, quam in se reservavit et de qua suam omnimodam possit facere voluntatem tam in vita quam in morte) mansis, possessionibus, gardis, ... ditionibus, dominiis, iurisdictionibus, alluvionibus et generaliter cum omnibus bonis et omnia bona ipsi Domine pertinentibus et pertinentia tam ex successione dicti olim D. Nicolussii patris et Fantini fratris eiusdem Domine quam alia quacumque ratione vel causa que dici vel excogitari posset quomodolibet, pactis infrascriptis semper salvis; et similiter pactis habitis et stipulatione solempni firmatis inter ipsos iugales, videlicet quod si contigerit ipsam D. Mariambellam premori eidem Nobili Michaeli suo marito sine communibus heredibus ex ipsis legitime dependentibus, quod absit, ipse Nobilis Michael teneatur et debeat dictas dotes et bona contenta in ipsis dotibus proximioribus ipsius D. Mariebelle tunc existentibus ... restituendum retinendo in se ex dictis dotibus pro contrapactis quadragentas libras veronensium parvulorum. Et si contigerit ipsum Nobilem Michaelem premori eidem D. Mariebelle sine communibus heredibus ex eis legitime dependentibus quod absit, tunc ipsa D. Mariabella habere et rehabere debeat integre dictas suas dotes et bona contenta in eis et ultra de bonis ipsius nobilis Michaelis ~~trecentas libras veronensium parvulorum~~, de quibus dotibus et bonis in eis contentis ac ~~trecentum librarum~~ tunc ipsa D. Mariabella suam possit omnimodam facere voluntatem tam in vita quam in morte. Et si contigerit dictum nobilem Michaelem premori eidem Mariebelle cum heredibus ex eis legitime dependentibus

et postea ipsa Domina ad secundas nuptias transiens alium maritum acciperet cum quo iterum filios et heredes haberet, medietas dictarum dotium et bonorum contentorum in ipsis dotibus sit, esse debeat et remaneat primis filiis et heredibus habitis et procreatis cum ipso nob. Michaele et alia medietas sit, habeat et remanere debeat aliis filiis et heredibus habitis et procreatis in secundis nuptiis et cum secundo marito. Item pactum fuit et conventum inter ipsos jugales, quod ipsa D. Maribella etiam heredem seu heredes habens cum ipso nob. Michaele in sua ultima distribuere et legare possit ex bonis contentis in ipsis dotibus quatuor marchas de redditu ad usum curie pro anima sua et propin quorum suorum, cui vel quibus ipsa voluerit et ei placebit.

Item pactum fuit et conventum quod ipse nob. Michael solvere teneatur et debeat debita debenda per ipsam D. Mariambellam ascendentia usque ad summam quatuor mille librarum veronensium parvorum salvo pluri vel pauciori et ipse Nob. Michael in se retinere possit et valeat tot et tanta bona contenta in ipsis dotibus que ascendant ad valorem debitorum per ipsum solutorum: Demum . . .

Da copia contenuta nell'Arch. del Co. Enrico Spilimbergo in Spilimbergo.

— si debe eser e pregavemo che tuto questo voi lu debia lasar aclaver al chonseglo. Dio v alegri.

Vol. Lettere. Arch. di Gemona fol. 27

1384, novembre. Gemona. [illegible]
del P. [illegible] d'Aquileja card. [illegible] Alençon [illegible]
[illegible]
[illegible] Giovanni di Toleggo not. [illegible] not. [illegible]

A. D. 1384, ind. VII, die I novembris actum Glemone supra plateam Comunis iuxta hedificium logie nove, presentibus nobilibus potentibus viris DD. Niclao et Thoma fratribus q. nobilis ~~et~~ potentis viri D. Henrici de [illegible] grimbergo, providis viris Ser Gambino q. Pichuli de [illegible]uneis, Ser Nicholao q. de Francischini de la Villa, Thomasino q. Ser Martini de Brugnis, M.o Laurencio zirogico de Glemona, hiis omnibus et aliis.

[illegible] Thomas preco Comunis Glemone alta voce preconia proclamavit ad instanciam providi viri Ser Leonardi de [illegible] Vicecapitanei Glemone, ex commissione sibi facta per Ser. mum et Rev. mum in Christo Patrem et Dominum nostrum D. Philippum de Alenconio miseratione divina Episcopum [illegible]ensem Sancte Romane Cardinalem et dignissimum Aquilegensis Ecclesie Patriarcham, quod si que persone vellent solvere affictus et redditus debendos possessionum seu aliorum bonorum spectancium ad Ecclesiam Glemone ipsius D. Patriarche non solutos temporibus preteritis et maxime ab annis tribus citra, solvere debeant eidem Dno Vicecapitaneo usque ad XV dies proxime futuros omnes affictus preteritos. Alioquin si intra dictum terminum non solverint, noscant qualibet persone cuiuscumque status et conditionis existant, quod idem Ser Leonardus Vicecapitaneus ex commissione sibi facta ut supra ac augmentandi iura Ecclesie Aquilegensis, affictabit, locabit et dabit omnes possessiones ac bona cuicumque volenti persolvere de cetero affictus competentes supra possessionibus et bonis derelictis, supra quibus non fuerint persoluti affictus debiti ac etiam volentes affictare easdem possessiones.

Seguono le affittanze di due ~~[illegible]~~ sedimi di case in Gemona, al presente [illegible] e cascate senza abitanti per 5 soldi e mezzo l'anno l'una e l'altra 15. —

si dobia eser e pregavemo che tuto questo voi lu debia lasar aciaver al chonseglo. Dio v alliegri.

Vol. Lettere Arch. di Gemona fol. 27.

16

1384, 2 novembre. Gemona. Gli uomini di Terneppo rinunziano a Tomasetto di Vergone ... di Pordenone, la terza parte del Monte di San Simeone, già dei Sibilti, dei quali era ... ad affitto.

Estr. ... Tolmezzo nell'Arch. Not. Udine.

A. D. 1384, ind. VII, die II novembris, actum Glemone in Burgo [illegible] ante domum heredum q. Sibilti, presentibus Andrea q. Antonii Poz, Francisco q. Turbani de Rugia ambobus de Glemona, Odorlico de la Zyeya de Bagnarolla et aliis vocatis et rogatis.

Hipperum homines ville Terneppi in communis solvere tenerentur heredibus q. Nicoluti Sibilti de Glemona quamdam affictum librarum ... centum et continetur dictum publico instrumento manu ...; nunc vero quoniam persone infrascripte asserunt eisdem non obtinebantur pacta contenta in dicto instrumento, Candidus q. Johannis Palman de Avasinis habitans Terneppe, Daniel q. Chafulin, Odorlicus q. Petri, Candidus q. Dominici omnes de Villa Terneppi, Aquilinus q. Bertholoti de Villa Allessii habitans Terneppi, Laurencius q. Leonardi, Leonardus q. Laurencii, Johannes filius Juliani, Odorlicus q. Johannis, Candussius q. Dominici, Johannes q. Petri, Johannes q. Laurencii omnes de Villa Terneppi vice loco et nomine Vicinitatis eiusdem Ville ac pro se ipsis eorumque heredibus et successoribus renunciaverunt atque refutaverunt Thome q. Antonii de Vargono habitanti in Portunaonis pro eo iure quod pertinet dicto Thome supra monte S. Simonis sito iuxta glesiam Fulmenti, lachum Chavacii et dictam Villam et asseruerunt nolle amplius eidem respondere de affictu spectante pro rata dicti dictum Thomam ex iure sibi pertinente supra dicto monte eo quod non manutenebat eisdem iura ipsorum. Quibus auditis dictus Thomas dixit se non contentari etc.

— si deba eser e pregavemo che tuto questo voi lu debia lasar acaver al Chonseglo. Dio v alegri.

Vd. Lettere Arch. di Gemona Vol. 27.

1384 ~~Archivio di Gemona~~

1384? ..... Lettera di Domenico e Fantone (di Gemona) a Tomaso di Franceschino di Gemona sulla pace del Duca d'Austria, del Conte di Gorizia, i Carraresi ed i Friulani.

a tergo " In man di Toma di ser Franceschin in Glemona sia data ".

A voi chompari Tomat Dumini e fantom vi saludemo sapia chel ne lasat asaver per persona daqua di fe chel miser lu dus el chont de Guriza si son dun chonchordi che chomo el dus si è spazat di quel di Padova di deber toler il friul per la diferenza d[...] dus de e sperando che la asai persone dela chontrada chu[?]glim stano e gli no si dubitin nugla si che debia eser avisudi sota zo. Anchora vi latemo a saver chel e lasat a saver che liberamentre lu chochordi del nostro signor si sera che miser Federigo de Savorgnan sia sintido duto questo tradado et inperzo ~~[...]~~ ele stati a ~~catie~~ chative parola chun ser Zuan Padovan e chun ser Aitor de Minliti e si è disposto al duto che la chōtrada non vegna a servatudin e che chosachordio si deba eser e pregavemo che tuto questo voi lu debia lasar asaver al chonseglo. Dio v alegri.

Vol. Lettere Arch. di Gemona fol. 235.

~~Deriva a questa località il nome di *Fossale* dallo scavo che ivi s'apriva attorno le mura del II° recinto della Terra, eretto per ordine dato dal Patriarca Bertrando nel 1343.~~

~~Da C... Cominciavano Come Comin~~

~~C Deriva a questa località il n~~

~~Deriva Deriva a questa località~~

~~D D Deriva Deriva a questa loca~~

~~Deriv D Deriva Deriva a~~

~~Deriva Deriva~~

~~D D D D~~

1385. 18 febbrajo. Firenze. Il Comune di Firenze scrive a quello di Udine in favore di Castrone de Bardi, i cui beni erano stati confiscati come aderente alla Patria d'Alençon.

18

Amici Carissimi, Iamdudum audivimus nos malis, ut puta(ba)mus suggestionibus informatos propter discordia(m), quam cum R.mo Patre n(ost)ro D(omi)no de Alenconio Patriarcha Aquilegiens(i), ha(bet)is multa bona mobilia, et immobilia Ioannis olim Castronis de Bardis dilectissimi Civis n(ost)ri, et fratrum auctoritate publica distraxisse, ex eo quod predicti D(omi)ni Patriarche fautoribus adheret. Quo quidem audito sumus multis respectibus admirati. Nam quod ipse verum Patrem, et verum Antistitem sequeretur, sibi non debuit ad culpas, uel aliquid facinus imputari. Placeat igitur huiusmodi bona tam ei, quam fratribus, que sine iusta causa sicut uidemus ablata sunt, que reperiuntur facere restitui, et que consumpta forent, restauratione debita resarcire; Nam cum dictus Io(anne)s, et fratres Cives n(ost)ri sint, non possemus eis in tam manifesta iniuria Iustitie debitum denegare.

Dat: Florentie Die 18. Februarii octava Ind(ictione) 1384. (stile fiorentino)

Priores artium, et Vexillifer Iustitie } Populi, et Comunis Florentie.

(Tergo) Nob(ilibus) viris Cap(itane)o, Cons(ilio), et Com(uni): Utinens(i) Civ(ibus) n(ost)ris Cari(ssi)mis

Ex Voluminibus m(anuscrip)tis Civitatis Utini
Ferandus Ormianus Cancell(arius).
Die. 10. Nov. 1740

[illegible]

1385. 4 Marzo Albona — Il Patriarca d'Aquileja fa mettere in libertà dal Comune di Albona alcuni Veneziani fatti prigionieri.

A. D. MCCCLXXXV. ind. x. die IV mensis Martii in Albona in Ecclesia s. Stephani, presentibus domino presbitero Jacobo plebano, ser Lorica Cuicho, ser Thoma notario q. Nichole de Utino, Zacharia Lupetinich, ser Philippo Sibich, ser Jadrigna omnibus hiis habitantibus in Albona et Corado Fiser familiare infrascripti d. Dogni Anthonio filio q. Johannini de Utino habitante in Civ. Austrie testibus et aliis pluribus. Ibique nobilis vir d. Dognus q. d. Odorlici de Castello nunc Marchio Istrie pro Aquilegensi Ecclesia ex commissione sibi facta et mandato sibi iniuncto per reverendissimum in Christo patrem serenissimumque Principem et dominum d. Philippum de Alenconio divina miseratione Episcopum Sabinensem sancte romane ecclesie Cardinalem et Patriarcham Aquilegensem instanter requisivit providos viros ser Matheum q. ser Plamegne et ser Martinum Bratonich nunc Judices Albone et multos bonos viros et vicinos de Albona qui presentes ibidem erant in multitudine hominum copiosa ut sibi deberent resignare ac resignarent Nicolettum filium ser Moretti Rizo de Veneciis, Christoforum Choco q. ser Johannis Choco de Veneciis, Francischinum de Vado de Veneciis, Christoforum q. Johannis de Luna de Parentio, Johannem de Marsilia, quos ipsi homines de Albona habebant in carcere eosque ceperant in pentia de Albona. Qui itaque ser Matheus et ser Martinus Bratonich Judices in loco predicto de Albona, habita deliberatione cum hominibus et vicinis de Albona qui ibidem erant, volentes preceptis prefati domini nostri d. Cardinalis et Patriarche et ipsius d. Dogni Marchionis Istrie fideliter obedire, antescriptos captivos in manibus predicti d. Dogni nunc Marchionis in Istria, ibidem consignaverunt atque dederunt, ipsosque captivatos predictus d. Dognus in se habuit et recepit.

Item isto die, anno et indictione predictis, in platea apud ianuam extrinsecam loci de Albone,

presentibus Iohanne q. Tonse de Pinguento, ser Matheo, ser Philippo, Domdrico Rega, Bertosa, Blasuich, Mauro, Dominico Glubizin, ser Thomado notario omnibus habitatoribus Albone testibus et aliis pluribus.

Ibique prefatus egregius et sapiens vir d. Dagnus q. d. Odorlici de Castello nunc Marchio Ystrie ex speciali precepto et commissione sibi factis per dominum nostrum d. Philippum de Alenconio cardinalem et Patriarcham Aquilegensem absolvit et liberavit et absolutos et liberos dimisit antescriptos Vuletham Rizo, Christoforum Choso, Franciscinum de Vado, Christoforum de Parentio et Iohannem de Marsilea dicens eis: vadatis quocumque vobis placet. Qui tunc ibidem incontinenti sponte, libere, non coacti promiserunt iurantes ad sancta Dei evangelia tactis scripturis eidem prestito iuramento in manibus prefati d. Dagni Marchionis et mei Iohannis notarii tamquam publice persone, nec non in manibus ser Mathei et ser Martini Bratonich modo Iudicum in loco Albone, stipulantium et recipientium nomine et vice hominum et Comunis Albone et Flagone numquam per se vel alium contra homines de Albona et de Flagona comuniter vel divisim ex eo quod fuerunt capti per ipsos de Albona et de Flagona, facere aliquam vindictam, iniuriam et offensam directe vel indirecte, dicentes et expresse contentantes in se reha[illegible]uisse omnes et singulas res que per ipsos de Albona et de Flagona eis accepte fuerant tunc cum per illos fuerunt capti; de quibus rebus prefatus Vulethus Rizo eiusque socii supradicti fecerunt eisdem ser Matheo et Martino Bratonich nunc Iudicibus Albone pro se et nomine [illegible]ginum et singulorum hominum et Comunis Albone et Flagone stipulantibus finem et remissionem perpetuam et pactum de non petendo, obligantes ad hec omnia bona sua etc.

Not. Giovanni q. Guglielmo di Cividale. Bibl. Civ. Udine. Orig.

1385. 4 Marzo. Albona. — Doimo di Castello marchese d'Istria chiede a quei d'Albona i diritti del marchesato.

† D. MCCCLXXXV. indict. die IV mensis Martii, in loco de Albona in domo Episcopatus Polensis, presentibus Thoma notario q. Nicole de Utino, Lorica q. Domenich, Andriza q. ser Andree Pisciotti omnibus habitantibus in Albona testibus et aliis.

Ibique nobilis vir d. Doymus de Castello Porpeti tamquam Marchio Istrie fecit preceptum Matheo q. ser Pramegle et Martino Bratolich de Albona nunc Judicibus in Albona et in pena XXV librarum veronensium parvulorum, infra XV dies debeant consignasse iura Marchionis Istrie Capitaneo suo in Petra Pilosa; de quo precepto idem d. Doymus rogavit me Notarium ut scriberem instrumentum.

Not. Giovanni q. Guglielmo di Cividale. Bibl. Civ. Udine. Orig.

Copia

1385. 4 marzo. [illegible]

In Christi Nomine amen. anno
nativitatis eiusdem millesimo
tricentesimo octuagesimo quinto
Ind. octava, die quarto martij
Actum Utini sub domo communis:
praesentibus: providis viris Menachino
q. Jo. de Bagnano Utini habitante
Meliaducio q. q. Calibetij de Andre:
ottis de Utino et Ridulfo quondam
Dominici Blotti de Venzono testi:
bus,, vocatis ib. notario [illegible] et
rogatis. cum in millesimo trecen:
tesimo octuagesimo quinto Ind.
8.a die octavo mensis februarij
immediate post contractus unionis
et lige celebrate et firmate inter
Excellentem, et Illustrem Dominum Dnum
Antonium Venerio dei gratia inclitum
Venetiarum Ducem, et commune Venet:
iarum agentes pro eis ex una parte
et nomine illorum Nobilium, et Communitatis

Latriq Fori Iulij et Valeriq Aquilei
ensis seu agentes pro eis et alte
scriptos in eodem tenore et conso
nantia manu Iulij de Vincentij
q. Thomasini publici imperiali
auctoritate notarij et Ducatus Ve
netiarum scribe et mei Nicolutti
notarij infrascripti. Anno nativi
tatis Domini millesimo Tricen
tesimo octuagesimo quinto Ind
8.a die octavo mensis februarij
suprascripte partes et utraque earum
nominibus eorum quorum erant pro
curatores et sindici celebraverunt
et firmaverunt unum aliud contra
ctum seu instrumentum infrascripti
tenoris scriptum manu mei Ni
colutti notarij infrascripti in
quo inter cetera cavetur quod prefa
nobiles et Communitates Latriq Fori

Doij Iulij infra unum mense

tunc prox: per Instrumenta publica

bonum bullis bullata specialiter

et expresse ratificabunt appro:

babunt et confirmabunt ipsum

Instrumentum et omnia et singula

in eo contenta Iccirco nobilis uir

D. Federicus q. Dni. Belli de Sa: Federicus q. D. Belli de S. ugnano

uorgnano uolens attendere et effe:

ctualiter obseruare omnia et sin:

gula ~~[illegible]~~ in d. Instrumento con:

tenta sponte et ex certa animi

scientia et omnibus modis iuribus

formis et cautis quibus melius potuit

ipsum Instrumentum et omnia et sin:

gula in eo contenta in presentia

mei notarij infrascripti uelut persone

publice stipulantis et recipientis no:

mine et uice ipsius domini Ducis

et Communis Venetiarum et quorundam

que interest uel interesse poterit rati:

ficauit

laudauit, admisit approbauit, con
firmauit, et emologauit, atque
ratificat, laudat admitit confirma
approbat, et emologat. Bonifaci
ta nomine, quo quas Leradus loma
ipius instrumenta, et omnia et
singula promissa, contenta, facta
obligata et contenta in eo firmiter
attendere, et obseruare et attendi
et obseruari facere sine aliqua
exceptione uel dolo et non contrafacere
uel uenire aliqua ratione, uel
causa, modo uel ingenio de iure
uel de facto sub pena in instru
mentis dicte unionis, et lige contenta
Renuntians super omnibus, et singulis su
prascriptis exceptioni doli mali, et
in factum actioni, condictioni sine
causa uel ex iniusta causa fori
priuilegio et omnibus iuribus ciuilibus,
canonicis, et municipalibus, quibus
potest

posset contra predicta, vel aliquod predictorum quomolibet se tueri. In premissorum autem fidem, et euidentiam pleniorem prefactus Dominus federicus presens Instrumentum fieri rogauit, et sui sigilli fecit appensione muniri. Tenor vero dicti Instrumenti per omnia talis est. Vz.

1385 8 Feb. [illegible] Instrumento di Lega tra la Rep. [illegible] e alcuni Nobili e [illegible]

In Christi nomine amen. anno natiuitatis eiusdem millesimo trecentesimo octuagesimo quinto Indictione 8.a die octauo februarij. Cum in instrumento lige, unionis, et confederationis hodie paulo ante celebrationem presentis contractus inite facte, et firmate et per me notarium infrascriptum publ.ca et scripte inter nobiles, et sapientes viros dominos Ioannem Gradenico

procuratores talesque Sancti Marci Leo
nardus Dandulo miles et pro:
curatores Sancti Marci et Nicha
olaus Steno honorandus Ambaxia
tores procuratores et sindicos Sere.
Dom: Ducis et Communis Venet.
ut de ipsorum sindicatu plene
constat publico Instrumento
scripto manu Ioannis Clementis
filio q. Bertuti de Venetiis Sub.
imperiali auctoritate notarii
et Ducatus Venetiarum scribe in pub.
millo: et Indictione die vigesimo
mensis Ianuarii a me notario
infrascripto visto et lecto, qui
sindicatus in formam publicam
redactus est penes sindicos et
procuratores infrascriptos nobilium
et comunitatis Patrie Fori Iulii
ad cautellam ex una parte, et hono
rabiles
nobiles

nobiles, et circumspectos viros magni:
ficos Iacobum ghiskam, Blasium
de littoro, et ser nicolaum Manini
de Utino procuratores, et procu:
ratorio nomine magnifici, et
potentis militis domini fede:
rici, et Strenui militis d. francis:
ci de Sauorgnano, prout de
procuratorio huiusmodi constat
publico Instrumento Scripto manu
mei nicolussij notarij infrascripti
sub instantibus et Ind. die
uigesimo Septimo Ianuarij et
egregium militem d. Vincislaum q.
Strenui militis d. Bertoldi de Spe:
gninbergo suo proprio nomine
ac procuratorem, et procuratorio
nomine nobilis uiri d. Gregorij fra:
tris sui filij quondam dicti d. Bertoldi
de Spegnb. prout de procuratorio

D. Vincislaus de Spegnimbergo

huiusmodi constat publico instru
mento scripto manu Violanti filij
Bertoluttij de Urgnetto sub instan
tibus millesimo, et indictione die
uigesimo sexto mensis Januarij
a me notario infrascripto uiso
et lecto, et nob. uiri D. Doymus
q. D. odorici de Castello suo propri

D. Doymus de Castello

nomine, ac procuratoris, et procu
ratorio nomine nobilis uiri Domini
odorici q. D. Rizzardi de Castell
prout de huiusmodi procuratori
constat publico instrumento scrip
manu mei nicoluttij notarij infra
scripti sub instantibus millesimo
et indictione die primo mensis
feb. necnon prefatos dominos
Vencislaum, et doymum procuratores
constitutos et procuratorio nomine nobilium
uirorum dominorum francisci q. D. Ber
nardi odorici, et Jacobi Joannis
fratrum

D. Franciscus et
Henricus de Colloreto

fratres filiorum quondam domini ...
Henrici et Asquini fratres filiorum
q(uondam) D. nicolutti Item q(uondam) D. federici
et nicolai q(uondam) D. odorici omnium
de Colloreto prout de substituti
one huiusmodi constat publico
instrumento scripto manu mei
nicolutti notarii infrascripti sub
instantibus millesimo et Indictione
die decimo octavo Ianuarii, ac
procuratores constitutus et procura
torio nominibus egregii viris D.
Simonis q(uondam) domini vicardi de
Colloreto ac nobilium virorum D.D.
nicolutti q(uondam) D. odorici de Cas
tello et mathiussi q(uondam) D. Fran
cischini de Brazzacco, prout
de procuratoriis huiusmodi con
stat publicis instrumentis scriptis

mathiussius de
Brazzacco

manu mei nicolutij notarij in-
frascripti sub instantibus milles-
et indictione die decimo octavo
Januarij et suprascriptas D. D. [illegible]
cislaus de Spegnimbergo et Dominus
nus de castello procuratores
substitutos, et procuratores nomi-
nibus nobb. virorum D. D. odorici
Zuchini, et Bartolomei fratrum
filiorum q. D. Bartolomei Bran-
ditorij filij dicti D. oluardini, et
Vitti, et Galuani fratrum filiorum
q. D. nicolai omnium de maniaco

a. de maniaco

et procuratores constitutos ipsius no-
minibus nobilium virorum Dominorum
Baldassarij q. D. Galuani, et Bar-
tholomei q. Dni. odorici de ma-
aco prout de substitutione procuratorum
et constituente predictorum constat publico
instrumento scripto manu Domini
notarij

notarij q. S. Vetti de Cadubrio sub instantibus millesimo, et Ind. die vigesimo octavo Ia: nuarij, a me notario suprascripto visto, et lecto, nec non suprascriptus magnificus Iacobus phisicus Blasius de Lissono et S. Nicolaus Manini de Utino procuratores constitutus et procuratorio nomine nob: viri D: Federici q. D: Belli de Savorgnano, prout de procu: ratorio huiusmodi constat publico instrumento scripto manu mei Nicolussij notarij infrascripti sub instantibus millesimo et Indictione die vigesimo se: ptimo Ianuarij, et D. sindicus et procuratores, ac sindicario et procuratorio nomine Communitatis Utini.

prout de huiusmodi sindicatu
et procuratorio constat publico
instrumento scripto manu mei
nicolussij ~~notarij~~ infrascripti
sub instantibus millesimo et Ind[ictione]
die decimo octauo Ianuarij et
discretus uiros Simonem q. Venuti
Venzony de Venzono sindicum et procurato-
rem, ac sindicario et procuratorio
nomine Comunitatis Venzoni prout
de huiusmodi sindicatu et pro-
curatorio constat publico instru-
mento scripto manu Simonis no-
tarij q. nicolai de Venzono sub
instantibus millesimo et Indictione
die decimo septimo Ianuarij à
me notario infrascripto uiso, et
lecto discretum uirum Ioannem
Sacily q. Vlrichi de Sacilo sindicum et
procuratorem, ac sindicario et procura-
torio
nomine

maran.

nomine Comunitatis Sacili, prout de
huiusmodi sindicatu, et procuratorio
constat publico instrumento scripto
manu Jacobi notarij q. ser Belutti
de Sacilo sub instantibus millesimo, et
Indictione die decimo septimo Janu:
arij à me notario infrascripto visis,
et lectis, et providos viros Jacobum
q. Petri Vate, et christophorum olim ser
Antonij melchiori cives marani sindi
cos, et procuratores marani, prout
de huiusmodi sindicatu, et procurato:
rio constat publico instrumento manu
Jacobi notarij de Utino habitans marani
q. ser orzani de Pomputo sub instantibus
millesimo, et indictione die vigesimo
septimo Januarij à me notario
infrascripto visis, et lectis, quiquidem sin:
dicatus, et procurationes in formam publicam
reducti sunt ad cautelam penes
ipsos dominos Ambasciatores, et sindicos
ipsius incliti Domini: Ducis, et comunis Venetiarum

et altera parte inter cetera dit unum
capitulum infrascripti tenoris, ut stet, si
aliquo casu per aliquem vel aliquos cuius-
cumque conditionis existant, et si forent
de supprius exceptatis, exceptis dumtaxat
Dno. nostro Papa, Corona, et Regno Vnga-
riae moveretur guerra per mare D. Duci et
communi Venet. ex altera parte, quos supra-
scripti in parti liga et unione specificati
et alii, qui de novo intrarent, tene-
antur prohibere eis, et gratibus suis
Portus, flumina, et loca sua ma-
ritima, et non dare eis victualia nec
refrescamenta ullo modo. Verum domino
duci et communi Venet., et gentibus
suis concedere debeant et dare Portus
flumina et loca sua maritima
suprascripta, ita quod intrare, stare
et exigere possint pro sua libito voluntatis
ac exibere eis victualia et refrescamenta
pro pecuniis eorum, ac stimitate semper
locorum suorum, fuit dicti sindici, et pro-
curatores dictorum nobilium et communium
Patrum

Latrig fori luli p̄te, et nominibus ipsorum Nobilium et Communitatum anted: ictarum pro una parte et p̄d. Regij, et nobiles viri D. D. Ambassiatores procu: ratores et sindici Ser.mi D. Ducis, et Com: Venetiarum pro se, et nominibus quibus sup.a ex altera parte dixerunt una: nimiter et concorditer coram me nota: rio et testibus infrascriptis, q. licet inter alia contenta in — — in d.o Instrumento unionis, et ligae in: serta, exceptata fuerit corona, seu Regnum Ungariae a contentis in dicto Capto. tamen dicti ambassiatores ex certa scientia, et nō p̄ errore fan: tantur et confitentur et affirmant q. illa talis exceptio facta fuit p̄ honore Latrig fori luli, et nulla alia causa, et ideo non obstante exceptione p̄miss: in dicto

capitulo denotata de Corona, et
Regno Vngarie p.[ti] sindici, et p.d.
dictorum Nobilis. et Communitatis
Patrie fori Iulii p. te, et nominibus qui-
bus sup.a sub pena, et obligationibus omni-
bus, et singulis in instrumento d. uni-
onis, et lige contentis, non p. errore, sed
ex certa scientia p. solemnes stipula-
tiones promiserunt, et promittunt dictis
ambasiatoribus sindicis, et procuratoribus
dicti domini ducis, et comunis Venetiarum
atque mihi notario publico infrascripto
recipientibus nomine, et vice ipsius do-
mini ducis, et comunis Venetiarum
p. presens publicum instrumentum
q. ipsi partes flumina, et loca
maritima Patrie fori Iulii contenta
in dicto capitulo, posito in ipso instru-
mento unionis, et lige dimit[illegible]
in casu in dicto capitulo annotato
Regiminibus maestatibus regno, et
corona Vngarie, et gouerno [illegible]
[illegible]

clausa esse debent in casu in dicto
Capitulo annotato omnibus aliis,
quibus clausa esse debent conformat
dicti capli; et q in dictos Portus
flumina, et loca maritima dictae
Patriae fori Iulij ipsae Reginalis
maiestatis, Regnum et Corona Vn:
garia
Romanis non recipient nec receptabunt
ullo modo directe vel indirecte nec
eis dabunt in dicto casu victualia
nec refrescamenta aliqua ex ingenio
. . . . in dicto Capitulo.
qui habere non debent ipsa victu:
alia et refrescamenta, et recipi
non debent in ipsis Portibus et flumi:
nibus terris, et locis. -
. . . . . . et plenius . . .
. . quae omnia, et singula suprascripta
ipsi sindici, et procuratores dictorum Nobi:
lium, et communitatum Patriae fori Iulij

prelibate iurarunt ad sancta dei
euangelia corporaliter tactis sacro
sanctis scripturis in animas suarum
dominorum nobilium et communitatum quorum et
cuius sunt procuratores et sindici Inuiolabiliter ......ac obseruari facere
cum effectu ipsis dominis Ambasiatoribus sindicis et procuratoribus dicti Illustris domini ducis et communis Venetiarum
recipientibus uice et nomine ipsorum
et in nullo contrafacere uel uenire per
se uel alium seu alios directe uel
indirecte tacite uel expresse de iure
uel de facto sub pena contenta in instrumento predicte Vnionis et lige, qua
pena totiens committatur et exigatur cum
effectu per dictum ducem et commune Venetiarum
quotiens in predictis uel aliquo predictorum
per ipsos nobiles uel communitates Lombardie
foret Lalij aliquos uel aliquas ipsorum
uel

uel ipsam in predictis, uel aliquo predictorum
parte, uel alio directe, tacite uel ex:
presse de iure uel de facto uel
quouis alio colore uel ingenio fue:
rit contrafactum; et sena soluta uel
non soluta semel uel pluries ni:
hilominus omnia et singula in
presenti Instrumento contenta firma
et ualida sint et in suo robore
uigore, ac firmitate permaneant,
obligarunt quoque dicti Sindici et
procuratores dictorum nobilium et
Comunitatum Patrie fori Iulii specialiter
et expresse se et omnia Bona
sua et dictorum nobilium et Comu:
nitatum presentia et futura pro supradictis
omnibus et singulis ac de infra:
dictorum omnium et singulorum ob:
seruatione cum effectu, cum omnibus
penis promissionibus obligationibus
stipulationibus supradictis, et infrascriptis Regis:

exceptioni doli, mali in factum actioni quod metus causa rei non sit gesta fori privilegio non dei Iudicij l. si convenerit ff. de iu. o. iu. et omni alij legum auxilio tam canonico quam civili, et quod contra predicta, vel aliquod predictorum se defendere, vel tueri possent, vel quomodolibet valerent, dicentibus, et affirmantibus dictis Ambasiatoribus, Sindicis et procuratoribus D. D. Ducis, et communis Veneti, et dictis Sindicis, et procuratoribus predictorum nobb: et Civitatis Lauri fori Iulij in presentia mei notarij, et Testium infrascriptorum, non ex errore sed ex certa scientia quod Sacramentum factum per utranque partem contentum in dicto instrumento lige et unionis pro observatione omnium et singulorum contrascriptorum in dicto Instrumento non se extendit, vel extendere debet, vel potest, nec tenetur ullo modo ad ... in dicto Capitulo factum de corona et Regno Ungarie, ... tum in

in Gestone: dict. sacrament. in dicto instru-
mento lige et unionj continent. fact. per
utramque partes, ipsi ambe partes volu-
erunt concorditer spaliter: et expresse et
ex certa scientia et non per errorem et ita
dixerunt in scientia et mei notarii et tes-
tium contentorum in instrumento lige et
unionj predict. quod illa exceptio in dicto
capitulo inserta facta de Regno et
Corona Vngarie, quod inde haberi debe-
ret pro si nunquam in dicto instrumento
posita foret et quod dicta dominorum sacra-
menta ad dictas exceptiones Regni et
Corone Vngarie non extenderant, nec ad
ipsas extendi volebant ullo modo
Rogantes etc. de hoc per me Nicolaum
notarium infrascriptum. Insuper promiserunt
specialiter dicti sindici et procuratores
nobilium et communitatis Patrie
fori Iulij predicti ipsis Ambaxiatoribus
sindicis et procuratoribus d. d. ducis et
communitatis Venet: et mihi notario
publico infrascripto ut sub stipulantibus

expresse
niter

et recipientibus sub penis omnibus promission-
ibus roboribus et cautelis renunciacioni-
bus, et obligationibus omnibus, et singulis
in dicto instrumento ligatis, et unius con-
tentis, quod infra unum mensem prox.
venturum post celebratione presentis contractus
et instrumenti: Spectabiles: Nobiles, et commu-
nitates de Catharo Jovis hujus predicti instru-
menta publica cum Bullis Bullata
cum omni stipulatione opportuna, spatis
et expresse ratificabunt, approbabunt, et
confirmabunt presens instrumentum, et
omnia, et singula in eo contenta quae
instrumenta cum Bullis predictis de
approbatione ratificatione, et confirma-
tione presentis instrumenti et omnium
et singulorum in eo contentorum Predicti Nobiles
et communitates dicte Cathari dicto
Domino Duci, et communi Venetiarum destinabunt
infra unius mensis terminum predictum,
de quibus omnibus et singulis dicti sindi-
ciatores

Ambasiatoris, sindici et procuratoris dicti
dñi: Ducis et coij:— Venet: petentes
a me dicto notario sibi dicto nomine
fieri unum, et plura publica instru-
menta Actum in ciuitate Graden:
in capto: Sti Ioannis Baptē de
Grado pntibus: venerando in christo patre
domino frē: Pasqualino, Abbate
Sti Petri de Pausmondina dioc: Capsu-
len: Venerando viro dño: petro Hermacora
Canonico ecclesie Graden: ac eccliis
nuilliano q: Andrietti de Faventia Anti-
leon: de mantua Iacobo not: q:
orzani de somfenitto habit: marani
Manato q: Bartoli de florentia Utini
habit: Simone q: Guaneij de Venzono
Bertrando q: Ioannis egidij de Utino
et Gardelino q: Iacobi Gradelini de
Spegimbergo testibus, et aliis pluribus
ad hec uocatis, habitis et rogatis

Signum notarij

Et ego Nicolaus q. D. Nic. Cucaniz de Sta Maria la Longa Utini hab. tanq. pub.s imp.li auctoritate not.s supradictis omnibus et singulis pre. sens fui et ea omnia rogatus et supt.us D. federicus de Sauorgnano scripsi et publ.

Signum Tabellionis

Et aliis exemplis autenticis in mem. brani existentibus penes Ueronem Nob. D. D. Ieron. Ant.m et Cornelium fr. Sauorgnano q. Nicolai supt. omnia in pub. Liberanto aliena manu exarata: Ego Bernardinus V. nianus not.s de Coll.o et Ciuis Utini requisitus subs. et robi apposito signo meisq: mei ... in premissorum fidem et testimonium

Marinus Sporenus publicus notarius Collegio Utini ascriptus instrumentum uniam et sigr. supt.us et alio autentico descripto in quod Petrus

una cum alijs instrumentis extis stante in
penes Not. D: Aloysium pro Fatis Sauor
gnano à uexillo manu propria exem
plata rogata pub.ca
Tratta dalla Palda N.º 17: delle
Scritture attinenti alli feudi della
Patria del Friuli @ 132: sino @
137: t.º esistente nel mag.to Ecc.mo sopra
feudi
Andrea Tiepolo Seg.rio

1385

Scritture attinenti alli Feudi
della Patria del Friuli

1385, 29 aprile. Montona. Fra Gilberto Vescovo di Parenzo elegge Abate di S. Michele di Sottoterra Pre Bartolomio di Andrea monaco benedettino e gli dà l'investitura.

Dai MSS. Fontanini, Coll. Camisa. Copia scorretta.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem MCCCLXXXV, ind. VIII, die penultimo mensis aprilis, in Ecclesia S. Stephani de Montona posita in Castro Montone Parentine Diocesis, presentibus Venerabilibus Viris Dominis Presbitero Michaele plebano dicte Eclesie S. Stephani de Montona, Presb. Zanine Pivich et Presb. Zoannino de Baronia Canonicis dicte Eclesie S. Stephani, D. Othone Archidiacono Parentino et M.° Antonio de Venetiis medico cirurico habitante Montone testibus vocatis et rogatis et aliis.

Ibi Reverendus in Christo Pater et Dominus Dominus Frater Gilbertus Dei et Apostolice Sedis gratia Episcopus Parentinus, considerans quod Monasterium S. Michaelis de Subterra Diocesis Parentine sit a longis temporibus citra Abbate et Monacis dessolatum et per consequens congruis ministeriis propter devocionem Dei Eclesie derelictum, at adeo tamen habitantium devotio quam ipsius Abbatie iura vigili deficiente cura patiebantur non modicum incomodum et sinistrum in non modicum onus Eclesiastice libertatis. Volensque prefatus D. Episcopus cui spectat tam de iure quam de consuetudine dicti Monasterii Abbatis provisio pariter et electio, nullo Monacho ibidem existente, singulis talibus defectibus debuit providere ne gravioribus periculis seu damnis iactetur Monasterium prelibatum, elligere Abbatem scientem et volentem dictum Monasterium ac curam animarum sibi debitam sub tuto gubernaculo augere, Venerabilem, conspicuum

et discretum Virum D. Presbiterum Bartholomeum quondam Romani de ... Monachum Ordinis S. Benedicti radiante scientia ac morum honestate dotatum, in Abbatem, Rectorem et Gubernatorem dicti Monasterii elegit cum omnibus iuribus, titulis et honoribus ad dictum Monasterium et Abbatiam debiti et veri Abbatis iure quolibet pertinentibus et ipsum electum ac coram se flexis genibus constitutum Spiritus Sancti gratia implorata cum annulo quem tenebat in manibus de dicto Monasterio et Abbatia legittime investivit cum omnibus redditibus et proventibus ac obventionibus quibuscumque, mandans et committens prefatus Reverendus Pater D. Episcopus Parentinus predicto Ven.li Viro D. Othoni Archidiacono ac testi predicto ut dictum Venerabilem Virum D. Abbatem electum et confirmatum in suprascripti Monasterii S. Michaelis corporalem inducat possessionem vel quasi cum omnibus iuribus ad dictum Monasterium pertinentibus. Insuper prefatus D. Episcopus dictum Dominum confirmatum Abbatem dotavit et inspendavit de Ecclesia S. Dionisii districtus Montone sue Diecesis Parentine cum honorancijs et iuribus debendis Domino Episcopo prelibato et de suprascriptis prefatus D. Episcopus mandavit mihi Notario infrascripto ut de predictis publicum conficerem instrumentum.

Ego Jacobus Baldecaro civis Brixie publicus imp. auct. Notarius predictis omnibus interfui et rogatus scripsi et cum appensione sigilli prefati D. Episcopi in hanc publicam formam redegi et roboravi signo mei consueto apposito in testimonium premissorum.

1385, 9 agosto. Gemona. Tomaso di Spilimbergo Capitano di Gemona, nomina in suo Vicario D. Martino di Prata

Protoc. q. [illegible] Arch. not. Udine

A. D. 1385, ind. VIII, die IX augusti, Glemone sub domo domini Iohannis et Petri fratrum q. ser Iacobi Turtini iuxta plateam, presentibus providis viris ser Nicolao de la Villa et Thoma eius fratre, Francisco Abbate q. Ragnerii, Antonio q. Pini habitatoribus de Glemona et habitanti ibidem nec non ser Leonardo de Pers testibus et aliis.

Ibique nobilis vir D. Thomas de Sp[illegible]nberge Capitaneus Glemone et Idubrii providum et circumspectum virum D. Martinum de Prata Vicarium eiusdem D. Thome in Cadubrio, in suum Vicecapitaneum ibidem constituit et decrevit sub hiis pactis et conditionibus inter eos bene notis, habitis et firmatis et iuravit corporaliter ad sancta Dei evangelia tactis corporaliter scripturis locum seu Castrum Plebis [illegible] bene et diligenter salvare et custodire illique dare et consignare nisi ipso D. Thome vel alii habenti inscriptionem quam eidem D. Martino designaverit, prout utraque pars annuit et affirmavit inter se etc. et pro hiis attendendis obligavit omnia sua bona presentia et futura —

1385, 25 agosto. Venezia. Ducale al Comune di S. Daniele sull'invio truppe contro il Signore di Padova e sulla venuta del Patriarca Cardinale a Venezia o Treviso. —

24

Vol. II. [illegible] MS. [illegible], pag. [illegible]

[illegible] Venetiarum [illegible] et [illegible]

[illegible]

[illegible] et sincere dilectionis affectum. [illegible]

[illegible] Margesso [illegible]

[illegible] quod de [illegible] ad [illegible]

[illegible]

[illegible] contemplationem [illegible]

[illegible] et [illegible]

de quo maximam consolationem [illegible]

[illegible] Comunitatis vestre [illegible]

[illegible] et [illegible] Patrie [illegible]

[illegible]

[illegible] et [illegible] Patrie [illegible]

[illegible] ad conservationem [illegible]

[illegible]

[illegible] promptissime [illegible]

[illegible] litteris [illegible]

[illegible] per Dei [illegible]

[illegible] et [illegible] comunitatis [illegible] et [illegible]

[illegible] quam [illegible] litteris [illegible]

[illegible] P[illegible] [illegible]
[illegible] et [illegible]
[illegible] de [illegible] in [illegible]
(hinc) [illegible] hic, ne [illegible]
[illegible]
[illegible] Patres et [illegible]
[illegible] qui
[illegible]
[illegible] quibuscunque [illegible]
quam [illegible] de [illegible]
tatiōr ~~pum~~ cum Magnifici [illegible]
[illegible] ducendum esse [illegible]
[illegible] quod [illegible]
[illegible] et contribuere [illegible] autem [illegible]
possibile fiat ut [illegible] Patres et Ecclesiae [illegible]
[illegible] et [illegible] foret expediens, [illegible]
[illegible]
[illegible] Patre, tunc [illegible]
attente rogamus quod circa conservationem [illegible] et [illegible]
[illegible] et [illegible] ecclesiae et [illegible]
[illegible] beatis [illegible] in [illegible] ~~[illegible]~~ tenemini et [illegible] congregari

[illegible] habere [illegible] pertinen[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] Julij et [illegible] nostre.

[illegible] [illegible] ducali [illegible] die xxv[illegible] [illegible] MCCCLXXXV[illegible]

25

1385. 4 ottobre. Monfalcone. [illegible]
[illegible] decaduto dal diritto di appellarsi al Patriarca [illegible]
[illegible]

Bertrando di Ajello, notaio di Monfalcone e Cancelliere del Comune
Arch. not. Udine.

Anno 1385 die 4 octobris, actum Montisfalconis ante eccl. S. Ambrosii
presentibus Rmo. D. Ambrosio Dei gratia Episcopo Concordiensi, nobi=
libus viris D. Nicolao Ancoli, Gabriele Cusani de Civ. Austria
et testibus et aliis pluribus.
Coram nob. viro D. Egidio de Civ. Austria Capitaneo Montisfalconis pro Ser.mo Princi=
pe ac Rev.mo in Christo patre et Domino nostro D. Philippo de Lancono miseracione
divina Episcopo Sabinensi S. Romane Ecclesie Cardinali ac dignissimo
Patriarcha Aquilegense, constitutus, providus vir Ser Johannes q. Ser
Bassiani de Belleis proposuit, dicens, ipse tanquam procurator
Domine Griffende de Justinopoli habitante in Belleis volens prose=
quere quandam appellacionem scriptam in publicam formam
manu Donati notarii de Seravallo sub dictis millesimo, indictione,
die 19 m. septembris, volens ire ad Ser.mum ac Rev.mum Dom. nostrum
ac dignissimum Patriarcham depud.um causa prosequendi dictam appel=
lacionem petens consilium si potest ire tutus ita velne, quod prefa=
ti omnes consulerant eidem Ser Johanni procuratori ut supra quod
ad prefatum Dominum nostrum non accederet de presenti propter
viarum discrimina et robatores stratarum Aquilegensium tam amicos
quam inimicos et quia talis metus caderet in constanti[illegible]. De
quibus dictus Ser Johannes nomine et vice ut supra ibidem protestatus
fuit quod non curreret sibi tempus ad prosequendum dictam suam appel=
lacionem, rogans me notarium quod de predictis debeam

conficere publicum instrumentum ad consilium cuiuslibet sapien-
tis addendo, minuendo et stipulando omnes clausulas opportunas
pro securitate facta causa presentis.

1385. 9bre - Xbre Deliberazioni del Consiglio di Cividale

(Da libro Deliberazioni del Cons. di Civid. nelle carte varie Arch. Not. Ud.e)

1° Novembris in pleno consilio producta littera concessionis Gastaldie per D. Patriarcham in persona D. Leonis jurisperiti, lecta cum debita reverentia, receptus fuit in Gastaldione, qui juravit observare statuta et consulere, ac consilium secretum tenere.

2 Novembris Definitum fuit quod reperiantur 100 pedites boni computata baveria Petri de Luxiguava et Durini ad stipendium Communis Civitatis et pro solvendo dicti pedites quod ponatur et exigatur milicia et pedonalia v. l. pro milicia den. 32 pro marcha de reddita et pro pedonalia den. 8 pro marcha, ita quod fiat crida quod die dominico prox. fut. ad octavam exigatur sub pena quarti, et quod deputentur quatuor exactores.

20 Novembris. Audita littera et ambaxiata D. Ducis Austrie definitum fuit quod detur licentia Magistro Franceschino phisico eundi ad dictum D. Ducem.

1° Decembris. Pro pedonalia den. quatuor, pro milicia den. 20 pro mense presenti.

13 Decembris. Definitum fuit quod domus murate extra burgum Pontis et portam S. Lazari utiles pro inimicis ad ponendum bombardas destruantur et extimentur.

1385. 31 ottobre. Udine. Il Consiglio del Com. di Udine manda due ambasciatori al Papa per la [illegible]
[illegible]

In Christi nomine Amen. Ab eius Nativitate mil-
lesimo trecentesimo octuagesimo quinto Ind.te
octava die ultimo mensis octobris. Actum
Utini Aquileiensis Diocesis super domo Com-
muni, in qua Terre Utinenses solent Con-
silium celebrare. Presentibus Nobilibus, ac
Providis Viris Fran.co de Caluacantibus de
Florentia Utini habitatore, Joanne q.m
Federici de Ottacinis, Nicolao q.m q. Nicolussi-
co Fericotto, q. Nicolusio filio ser Zacarie de
Burgo de Utino Testibus, et alijs infrascriptis
ad hoc specialiter vocatis, et rogatis.

Ibique convocato, et congregato Consilio Generali
Terre Utini more solito pro infrascriptis
specialiter peragendis, in quo quidem Consilio
interfuerunt Mag.cus et Potens miles Dnus.
Federicus de Savorgnano, ac Nobiles et Pru-
dentes Viri D. Antonius de Vincentia Capita-
neus, Hermanus q. Aloysii de Romanzaciis
Camerarius, q. Nicolaus Marini, et Petrus
Bellonis Procuratores, Marcus de Lizono

q. Hector miullite, Dietalmus, et Melÿmdis:

sius de Andriottis, Henricus de Paona, q.

Nicolaus Mag.ri Gregorÿ, Valentinus de

Valentinis, q. Collussa de Bombenis, Dñs

de Zagancia, q. Zaninus de Burgo, Leonar:

dus de Sancto Daniele, Franciscus Raine:

rÿ Thomas de Florentia, Monachinus de

Panzano, et Manfredus Draperio de Utino

Consiliarÿ dictæ Terræ Utini Aquileiens

Diecesis totam universitatem ipsius

Terræ Utini representantes, prefati D.

Federicus ac Dominus Antonius Capitaneus

et alÿ Consiliarÿ cum consensu, et volun:

tate suprascriptorum Hermani Camerarÿ,

ac q. Nicolosÿ, et Petri Procuratorum

et ipsi Camerarius, et Procuratores, Cama

rario, et Procuratorio nominibus ipsius

Communitatis Utini cum Consensu, et

voluntate dictorum Dnorum Federici ac Dni

Antonÿ

Antonij Quitanej, et Consiliariorum supra-
scriptorum, necnon ipsi omnes, et singuli
unanimiter, et concorditer pro se, eorumque
successores, ac uice, et nomine totius Com-
munitatis, et Universitatis dictæ Terræ, ti-ni
præfatæ Aquileiensis Diecesis, ipsique etiam
omnes et singuli suprascripti coniunctim
et diuisim, ac singulariter, et se. se. eorum
proprijs nominibus, ac etiam uice, et noē.
omnium Nobilium de Castello, de Sboveto
de Strasoldo, et de Maniaco, et Communi-
tatum Venzoni, Sacilli, et Marani in quan-
tum eorum interesse, et omnium, et singu-
lorum Nobilium aliorum, Ciuium, et
Communitatum fidelium, et legalium de
Patria Fori Iulij in Liga, et unione cum
Inclito Ducali Dominio Veneto, et Mag.co D.
Verone pro conseruatione honoris, et status
Aquileiensis Ecclesiæ, et Patriæ Fori Iulij
libertatis astas facta, et firmata existenti

de quibus in infrascriptis Processibus ini:
quis, et iniustis fit mentio, quomodo,
pro quibus supradicti D. Federicus de Savor:
gnano, Antonius Capitaneus, et Consilium
dictae Terrae Utini promiserunt de ratiha:
bitione, iud. se facturos, et curaturos
cum effectu, omni exceptione remota,
quod praefati Nobiles Cives, et Communitates
de quibus supra fit mentio, quandocunque
expediens fuerit, infrascripta omnia, et
singula approbabunt, et rattificabunt,
in omnibus, et per totum obligantes ad
haec omnia bona sua, et dictae Communi:
tatis Utini praesentia et futura omnibus
modo, iure, et forma quibus melius, et
efficacius tam de iure, quam de Consuetu:
dine sciverunt, et potuerunt, fecerunt,
constituerunt, et ordinaverunt suos, et
dictae Communitatis Utinensis, ac supradictorum

omnium

omnium aliorum ueros, et certos Nuncios, Actores, factores Negotiorum Gestores, legitimosque Sindicos, et Procuratores et quidquid melius dici possint, honorabilem et Sapientem Virum Dominum Andream de Monticulis licentiatum in iure Ciuili, ac q. Nicolaum Manini de Utino absent. ibidem presentes, et hoc mandatum in se sponte suscipientes, utrumque ipsorum insolidum, et specialiter ad presentandum notificandum, et intimandum Rmo. in Christo Patri, et D.D. Philippo de Alenconio miseratione diuina Episcopo Sabinense S. Romane Ecclesie Cardinali Patriarche Aquileiensi.

omissis

quinque antescrta. Instrumenta, et omnia contenta in 25. fol. precedentibus pnti. comprehensa per alium extracta ex consimilibus autenticis existentibus penes Nob. Dominum D. Petrum Antonium De Maniaco quia facta incontr. ...

concordare inuenit reg.[ui] signo
nomineque suis roboravit. Anto-
nius Martinelli Sub. Ven. Aud.
Nob.[is] Ill.[is] Vtinensis.

Vtini die 16. Maij 1719: L. D. O. M.

In consimilibus autenticis penes
Nob. D. Io.[n] A. Agricolam Equi:
ipho. easidem desumere fecit, et
sub.[t] se requisitus,
Ferandus Ornianus Cani.[us] Nob.[is]
Ill.[is]

Die 5.[ta] octob. 1740:

L. S.

28

1385, 15 Decembre. Gratz. Leopoldo duca d'Austria investe D. Ugone di Duino capitano della Carniola della villa di Corva presso Pordenone a lui devoluta per la morte de' Signori di Pratas.

Nos Leopoldus dei gracia dux Austrie, Stirie, Karinthie et Carniole comes Tyrolis etc notum facimus tenore presencium universis quod cum villa dicta Korb sita iuxta terram nostram Portusnaonis unus ad nos ius feodale pertinere per mortem dominorum de Prata iam ad nos devoluta fuerit ut ad dominum feodi principalem. Nos fidelitatem fidelis nostri et dilecti Hugonis de Duino capitanei nostri Carniole attendentes eidem dictam villam cum omnibus eius iuribus et pertinenciis in feodum contulimus ipsumque infeodavimus de eisdem volentes quod amodo ipse de Duino et sui heredes dictam villam cum omnibus eius attinenciis habeat gubernet et possideat iuxta bonorum feodalium consuetudinem et morem terre Portusnaonis nobisque ratione dicti feodi fidelitatis obsequia faciat et fidelis obediencie observet debitam servitutem. In quorum testimonium presentes sibi concedimus litteras appensione nostri sigilli roboratas. Datum apud Gretz die quintadecima mensis Decembris anno domini millesimo trecentesimo octuagesimo quinto.

Pergamena con sigillo. Arch. di Stato in Vienna. Repert. XXIV.

1386, 23 Febbrajo. Venezia. Ducale ai deputati del Com. d'Udine di preparar le taglie secondo i patti della lega e che il Patriarca di Gerusalemme era giunto a Rimini per dirigersi ad Aquileja.

Egregiis et Nobilibus viris Federico de Savorgnano militi et quinque Deputatis per Consilium Utini (a tergo)

Antonius Venerio Dei gratia Dux Venetiarum etc. Egregiis et Nobilibus viris Federico de Savorgnano militi et quinque Deputatis per consilium Utini amicis dilectis salutem et sincere dilectionis affectum. Benevolentia vestra potuit ac potest clarissime comprehendere per effectum sincerissimam caritatem ac promptissimam affectionem quam gessimus et gerimus ac gerere intendimus ad bonum et conservationem libertatis vestre et totius Patrie et quod bonum et conveniens esset ut vos et pro parte vestra faciatis debitum vestrum, nitis enim quod vos et alii Castellani non posuistis nec tenuistis lanceas et taleas quas tenemini pro forma lighe et totum onus remansit super nos. Quare requirimus et hortamur quantum plus possumus quod contribuere debeatis et facere alios Castellanos contribuere lanceas et taleas quas tenemini pro forma lighe pro honore et debito vestro. Significamus insuper vobis quod relatum nobis est quod Reverendissimus Dominus Patriarcha Jerosolimitanus Commissarius Apostolicus ad Ecclesiam Aquilegensem applicuit Ariminum die quinto presentis mensis Februarii pro veniendo ad Patriam Fori Julii.

Data in nostro ducali palatio die XXIII Februarii, IX Indictione (1386).

Da copia nel Vol. III, 171, Collez. Comina in S. Daniele.

1386 23 G. [illegible]
[illegible] Cadore, giura [illegible]

30

Enrico q. Giovanni di Tolmezzo, notajo in Gemona. Arch. not. Udine.

A. D. 1386. ind. IX, die 23 januarii; actum Glemone Aquilegensis Diocesis
.. statione mei notarii infrascripti, presentibus ser Nicolao Masaria, Thurino de
Brugnis, Johanne Savii de Glemona omnibus, Corado filio ser Leonardi de Pas habitan-
te Glemone et aliis.
Utique cum nobilis et potens vir D. Thomasius quondam nobilis D. Henrici de Spegnimbergo
tamquam Capitaneus Castrorum et Contrate Cadubrii nuper requisitus fuisset per ser
Antonium notarium q. Alexandri de Plebe Cadubrii tamquam ambaxiatorem Communi-
tatis et Consilii Cadubrii ad prestandum infrascriptam promissionem et sacramentum,
idem D. Thomasius sciens iustum esse et conveniens adimplere infrascripta per se
suosque successores et heredes promisit antedicto Antonio ambaxiatori ut supra
stipulanti atque recipienti vice, loco et nomine Communitatis, Consilii ac Univer-
sitatis Contrate Cadubrii ac hominum ipsius loci suorumque heredum et
successorum et iuravit corporaliter ad ~~sancta~~ Dei evangelia, tactis scripturis,
eidem ~~prefato~~ prestito debito sacramento per me notarium infrascriptum, quod Castra
et Contratam Cadubrii non dabit neque consignabit a manibus suis alicui persone
nisi cum voluntate, consensu et licencia hominum, Consilii et Universitatis
predicte Contrate Cadubrii et quod Castrum ac Contratam prenominatam
custodiet et custodiri faciet fideliter ad honorem et statum Ecclesie Aqui-
legensis. Versaque vice dictus Antonius ambaxiator ut supra, asserens se habere in mandatis
infrascripta ab antedicta Communitate vice, loco et nomine eiusdem Communitatis Cadubrii
promisit dicto nobili viro D. Thomasio de Spegnimbergo quod Comunitas et Universitas
predicte Contrate erit favorabilis eidem et suis officialibus, ipso tamen observante
statuta et consuetudines hactenus in eadem Contrata observata. Que omnia etc. pro-
miserunt habere firma et rata etc. et non contrafacere sub pena mille librarum parvo-
rum, stipulatione premissa, que tociens committatur etc., qua soluta vel non etc.
Pro quibus omnibus attendendis et observandis dicti D. Thomasius Capitaneus et Antonius
ambaxiator eorum nominibus ut supra obligaverunt sibi ipsis ad invicem et inter
se omnia ipsorum bona presencia et futura. Cum omni melioramento etc.

1386. 8 Marzo Padova. Accordo di due comestabili del Signore di Padova prigionieri di Alpretto comestabile tedesco al servizio degli Udinesi.

31

In christi nomine amen. Factum sic habet, quod proponunt infrascripti Guillielmus de Lisca et Daniel de Valle, videlicet: dum nobiles viri Guillielmus de Lisca et Daniel de Valle comestabiles equestres magnifici et excelsi dd. Francisci de Carraria Padue etc. captivi forent nobilis viri Alpreti de Alemania comestabilis equestris . . . Utinensium, deprehensi et capti ab eo in acie bellicosa in partibus Civitatis Austrie. Dumque exstiterent ipsi captivi in Utino in presentia egregi militis d. Frederici de Savorgnano et nobilis viri d. Petri Mauroceno de Venetiis et aliorum quampluribus nobilium, ubi etiam aderat Nicolaus de Vienna qui erat interpres de infrascriptis omnibus dictis et narratis hinc inde inter ipsos Guillielmum et Danielem ex una et Alpretum magistrum (sic) eorum ex parte altera; peterentque tunc ipsi Guillielmus et Daniel relaxari iuxta morem bone guerre et requisivent ipsum magistrum suum ut faceret eis bonam sotietatem etc. Ipse Alpretus dicebat quod bene volebat eos relaxare, sed volebat quod quandocumque ipse requireret eos, ubicumque forent in Italia, ipsi tenebantur ad eum accedere. Qui Guillielmus et Daniel gravabantur de hoc, cum nimis difusa et lata sit Italia et quod etiam Francia posset in ea includi, et quod ad hoc non volebant ullo modo assentire; offerrentes ipsi magistro suo, quod potius daret sibi taleam et acciperet eis equos et arma sua. et quicquid in mundo haberent, quam vellent pati iugum istum et hanc servitutem, sed bene volebant, ipsis existentibus in patria Forijulii et quantum ipsa complectitur et parati erant ad omnem ipsius Alpreti requisitionem ad

./.

ipsum ire, hoc tamen addito, scilicet ubi non impediretur nec prohiberetur eis per magnificum dominum suum Padue vel eius officialem etc. Tandem multis verbis hinc inde dictis, ipse Alpretus in presentia dicti d. Frederici et ipsius d. Petri Mauroceno et aliorum ibi existentium fuit contentus et acquievit quod ipsi Guillielmus et Daniel ad ipsum Alpretum accederent si per eum requisiti fuerint, ipsis solumodo existentibus in patria Forijulii et non alibi, nec aliter tenerentur ad ipsum accedere: hoc tamen addito videlicet quo inhibitio vel impedimentum quod vel que procederet de mandato prefati magnifici domini ~~[illegible]~~ Padue vel ...... officialis sui banche (sic) stipendiariorum, quominus ire non possent etc. non noceret eis nec sibi posset ascribi. Et tunc dictus d. Fredericus quantum pro est supra ista ultima parte scilicet inhibitionis vel impedimenti etc. subiunxit et dixit ore proprio verba ista, videlicet bona fide sine fraude, scilicet quod non exercerent fraudem vel dolum in ipsis inhibitione vel impedimento. Quod et facere promiserant Guillielmus et Daniel memorati. Et sic modo isto dicti captivi et magister eorum dederunt alterutrum sibi fidem per tactum et annexionem dextere dextre. Et cum ista licentia et fide et aliter non ipsi Guillielmus et Daniel ab ipso Alpreto magistro suo, comeatu accepto, recesserunt.

Premissa omnia sic et in ea forma fuisse et esse testificatus et asseruit suprascriptus Nicolaus de Viena in infrascriptorum testium et mei notarii infrascripti presentia. De quibus quidem omnibus et singulis dicti Guillielmus

et Daniel et uterque eorum ibi presentes rogaverunt me Bandinum notarium infrascriptum, ut ad perhennem memoriam unum et pluria publicum et publica conficerem documenta.

Acta, publicata et lecta fuerunt omnia et singula suprascripta per me Bandinum notarium infrascriptum in civitate Padue subtus logia cancellarie suprascripti magnifici et excelsi dd. Francisci de Carraria Padue etc. In presentia testium infrascriptorum ad hoc specialiter rogatorum, adhibitorum et vocatorum, videlicet egregiorum legum doctorum dominorum Antonii de Zechis de Montecalerio de Pedemontium prefati magnifici domini generalis vicarii et Bonacursi de Naxeriis de Montagnana patavi ac sapientis viri d. Simonis de Noenta iuris periti civis paduani, nec non nobilium et egregiorum virorum dominorum Ugolini de Auria Januensis, Albertini de Peraga de Padua, Bartholomeo del Nino de Vincentia, Jacomello de Anoali, Donusdeo de Azolantibus et Viviano de Lode.. et aliorum plurimorum nobilium et numerose turbe virorum gravium armigerorum et alterius facultatis. Currente anno nativitatis dominice MCCCLXXXVI Indictione VIIII. die iovis VIII mensis Marcii.

Dai rogiti del notajo Bandino de Brazzi Lib. IV p. 356 Arch. notar. di Padova

Stamp[illegible]
wyfe Do[illegible]
dame [illegible]

1386. 21 maggio. [illegible] Sono [illegible] [illegible]
[illegible]
[illegible] III [illegible]
[illegible]
[illegible] Udine

Stamp. 1875 [illegible] Seite

I

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem 1386, ind. nona, die 21 m. Maii actum in ecclesia S. Ambrosii de Montefalcono presentibus Marcho q. Matthiussi de Monetis, Laurencio Bartholo de Begano, Michaele familiare mei Bertoldi notarii et Macho decano de Wyssegrado testibus et aliis pluribus.

Congregatis viciniis hominibus et consiliariis Comunis Montisfalconis ad consilium ut moris est, in quo consilio interfuerunt infrascripti: in primis Nobilis vir D. Nicolussius de S. Daniele vicecapitaneus prefati viri D. Corrado eius fratre de dicto loco capitaneo Montisfalconis pro Rev.mo in Christo patre D.no nostro D.no Ferdinando miseracione divina patriarcha Jerosolimitano, auctoritate apostolica Aquilegensis Ecclesie et Patrie Forijulii rectore, gubernatore, et defensore, providi viri Niclaus Bostomus, Chusinus q. D. Johannoti de la Turre Judices Comunis Montisfalconis, Gregorius Sabor, Johannes dictus Jangil, Vol, Mag. Augustinus piliparius, Marinus Machus, Ferant, Andrea Liri, Justus Pizul, Raynaldus Valant, Petrus Spiciarius, Florianus, Ambrosius de Mediolano, Niclaus Malicia, Mattia Scoda, Niclaus Margaron, Gregorius Brasavila, Ambrosius filius Vol, Niclaus Bavit, Bertolussius Tredis, Gregorius Belovicha, Niclaus Jap, Matthia Luctineri, Johannes Michal, Matthia Furlanus, Adam cerdo, Blasius Cavane, Gregorius Crigna, Niclaus Janica, Matthia Caporus, Franciscus Bernardini, Michael Rapula et Michael dictus Gibil omnes vicini et habitatores Montisfalconi ibi interfuerunt omnes consiliarii deputati per ipsum comunem Montisfalconi et cum ad presensia dicto consilio

reperiri non possunt factaque proposita de infrascriptis disputatum deliberatum et determinatum fuit coram ipso D. Vicecapitaneo per ipsos nemine discrepante, volentes providere honorem et statum ac conservare bonum stat. Aquilegensis et totius Comunitatis Montisfalconis, quod cum Bertoldus q. Ser Nicolai de Fagedis, Nicolaus q. Tomasi Petri, Ianis de Ultimo, Egidius filius Vel, Iacobus Paperot, Bartholomeus q. Nicolussii omnes cives Montisfalconi existant extra Terram Montisfalconis prout videtur ipsos esse emulos et mortales inimicos ac rebelles ecclesie Aquilegensis, Terre Montisfalconis et totius Unionis, quatenus prima hora comparere debeant coram ipso D. Capitaneo infra octo dies prox. futuros hora terminorum ad faciendum eorum excusacionem de predictis ractacione et infamia et nihilominus ad audiendum quicquid dicta Comunitas dicere, allegari et proponere vellet contra ipsos, licet quod elapsis dictis octo diebus, ipsis non comparentibus procedetur contra ipsos in dicta causa et tamquam rebelles et proditores prout dictaverit iuris ordo et predicta proclamentur per Iohannem preconem Comunis Montisfalconi sub platea in loco solito secundum consuetudines Terre Montisfalconi. Disputaverunt et deliberaverunt quod predictus Nicolaus Bossonus nomine ac vice totius Comunitatis contra ipsos procedere debet super predictis Qua deliberatione et confirmacione ac determinacione confirmatis per ipsos nemine discrepante Idem D. Vicecapitaneus comisit dicto Iohanni Preconi ut faceret et proclamaret dictum terminum videlicet die crastina ad octo dies prox. futuros iuxta dictam deliberacionem. Qui dictus Preco ibidem constitutus coram ipso D. Vicecapitaneo omnibus circumstantibus audientibus suo sacramento retulit et dixit de mandato dicti D. Vicecapitanei ivisse in loco solito alta voce preconia vocasse et proclamasse iuxta formam suprascripte deliberacionis. ./.

I citati nel precedente documento non essendo comparsi al 29 maggio innanzi al Vicecapitaneo di Monfalcone e due Giudici che sedevano sotto la Loggia del Comune in Giudizio, il vicecapitano ad Nicolò Bossone deputato all'accusa diceva alla formola solita quid iuris, i Giudici sentenziano colla dovuta forma: Questi sentenziarono che venga assegnato altro termine di otto giorni a comparire a giustificarsi delle imputazione a loro carico.

Il sei giugno colla stessa formula e nello stesso luogo dai componenti alle richieste del Vicecapitano e deputato all'accusa, si accordava agli accusati un perentorio termine di tre giorni a comparire.

1386. 10 giugno [illegible] II°
[illegible]

Anno 1386 die 10 Junii actum in loga Comunis Montisffalconis presentibus Simone q. Mathiussii de S. Canciano, Moncho decano de Ittegrado et aliis pluribus.

In Judicio coram nob. viro D. Conrado de S. Daniele Capitaneo Montisfalconi deputato per Rev.mum in Christo Patrem D. nostrum D. Fernandi Patriarcha Jerusolimitano, auctoritate apostolica Aquil. Ecclesie et Patrie Fori Juli rectore, gubernatore et deffensore una cum providis viris Gregorio Sabac et Marino q. Machorij Judicibus dictis et dicte Terre Montisffalconi dicentes et proponentes quod citari fecerunt Portam q. Nicolai de Fogedis, Nicolaum q. Tomasii Patri, Janis de Utino, Egidium filium Vol, Jacobum Paparot et Bartholomeum q. Nicolussii de Montefalcono tamquam vicinos Montisffalconi constituti fuerunt duo termini cuilibet ultra octo dies et ad diem hodiernam et eorum unus terminus perentorius ultra tres dies secundum consuetudines Terre Montisffalconi ipsi tenentur comparere deberent ad faciendum eorum excusationem de omnibus et singulis querelis et causis

et delictis per ipsos commissis quos facere, movere et alegare vellent

et intendunt contra ipsos tamquam proditores et inimicos, rebelles
Excl. Agentis ipsius, Terre Montis Falconis, et totius universitatis ac hominum ad cedendum
~~Ex causis~~ et ~~ad procedendum prout sententia dictaverit~~

declarare ~~et~~ propositi male oblata et commissa per ipsos et ad pro-
cedendum prout sententia dictaverit supra predictis. Quare cum ipsi
non comparerent nec comparere videantur in dicto termino, peremptorio
eis assignato et dictum terminum sit et videtur expirato, supplicaverunt
dicto D. Capitaneo ut peteret per sententiam a dictis Judicibus quid
juris, quo petente per ipsos judices habito consilio bonorum virorum
et circumspectorum sententiatum et deliberatum fuit quod dictus
D. Capitaneus teneatur facere eos proclamare alta voce preconia in
loco consueto quatenus comparere debeant illico coram ipso D. Capi-
taneo ad faciendum eorum excusacionem de predictis ractacionibus
et infamia quibus iactantur ~~et infamantur~~ prout ibidem
proclamatum fuerat per predictum Johannem preconem, qui dictus
Johannes preco de mandato dicti D. Capitanei proclamavit secundum
dictam latam sententiam omnibus de iudicio audientibus et ibidem sacra-
mento mi officii retulit et dixit prout sententiatum fuit per ipsos judices
bene proclamasse. Qua sententia sic lata, ipsi D. Nicolaus et providus
Nicolaus nomine quibus supra supplicaverunt dicto D. Capitaneo ut
peteret per sententiam quid juris esset, quo petente per ipsos judices
sententiatum et deliberatum fuit habito consilio bonorum virorum
et circumspectorum quod fidem de terminis et de proclamationibus fieri
deberent ac de processibus in dictis terminis factis prout ibidem
statim fidem fecerunt et primo de prima deliberacione et determinacione
in pleno consilio seu consiliariis determinata scripta manu mei notarii, ... infrascripti

sub dictis millesimo, indicione die XXIX dicti m. maii: item de processu dicti tercii termini, tercii et de termino perentorio secundum consuetudines Montisfalconi ad diem hodiernam et oram presenti statuto per quendam alium processum similiter scriptum manu mei notarii infrascripti sub dictis millesimo etc. die VI mensis junii: item de relacionibus dicti termini perentorii ibidem per Johannem preconem in iudicio constitutum suo sacramento, referentem se ex parte dicti D. Capitanei et de eius mandato ad instanciam dictorum D. Capitanei et comunis citasse, percridam et proclamasse dictos Bertoldum, Nicolaum, Egidium, Bartholomeum et Jacobum Papavot alta voce preconia in loco consueto tribus diebus post alium, quatenus comparere deberent ad diem hodiernam et oram ad faciendum eorum excusacionem de predictis racionibus et infamia quibus ractantur et infamantur, qua fide sic facta prefatus D. Capitaneus ad peticionem sui et dicti comunis petentis per sentenciam difiniri a dictis judicibus quid juris, sententiatum fuit ac deliberatum per ipsos judices, habito consilio bonorum virorum consiliatorum comunis predicti et circumstancium, qui bene et diligenter fide facta et de processibus, proclamationibus, cridis, relacionibus et omnibus ac singulis ad hec necessariis et quod predicti Bertoldus, Nicolaus, Egidius, Jacobus et Bartholomeus esse debeant perpetue in banno patibuli secundum ordinem et consuetudines Terre Montisfalconi et quod omnia bona eorum mobilia et inmobilia vendantur et ponantur in comune ut moris est iuxta formam prodictorum et rebellium postquam ipsi non comparent nec comparuerunt et quod si captiventur supra districtum Montisfalconi quod statim suspendi debeant et quod si aliquis interficeret aliquem eorum

esse debeat liberat singulas
signum districtu Montisfalconi ~~[illegible] ire, stare, velaire~~
coram dominis itaque quod possit per totum districtum Montisfalconi secure stare va
vire et libere permanere sine aliquo intervallo et predicta procla-
mentur per Johannem predictum in loco consueto. Item sententia-
verunt et deliberaverunt quod prefatus D. Capitaneus prolungare
et limitare debeat predicto Bartholomeo unum terminum de
gratia speciali ultra octo dies vigore unius littere transmisse
per Rev. D. nostrum D. Ferrandum Patr. et Lugra, quatenus compa-
rere debeat ad faciendum suam excusationem, et quod si in
dicto termino non comparente, sententiaverunt et deliberaverunt
quod perpetuo esse debeat in banno et in eadem pena ut supraditum
est et predicta proclamentur per dictum preconem; qui dictus
D. Capitaneus commisit dicto Johanni ut faceret iuxta dictas
latas sententias. Qui dictus preco ibidem constitutus coram ipso D.
Capitaneo suo sacramento referente se ex parte dicti D. Capitanei
et de eius mandato ivisse et proclamasse in loco consueto
alta voce preconia omnibus de iudicio audientibus iuxta for-
mas dictarum sententiarum.

111°

1386. 10 giugno, Montefalco. È proibito di parlare con quelli che sono stati banditi da Montefalco e di portare cose oggetti da questa terra.

Bertrando d'Asti [illegible]

Sub dictis millesimo, indictione et die, loco et testibus, coram supradicto D. Capitaneo sententiatum, deliberatum et diffinitum fuit per ipsos judices secundum quod determinatum fuit in consilio per omnes consiliarios deputatos per Communitatem Terre Montisfalconis, volentes providere statum ac comune bonum dicte Terre Montisfalconis nemine discrepante, videlicet quod nullus civis nec habitator in districtu Montisfalconis non audeat nec presumat loquere cum dictis Nicolao, Bartoldo, Egidio, Jacobo et Bartholomeo nec cum aliquo de Castro Montisfalconis sine licentia dictorum D. Capitanei et Judicum sub pena omnium bonorum suorum et ad beneplacitum dicti comunis puniendi et si reperiatur aliquis loquendo; item quod nullus audeat nec presumat portare sine licentia D. Patriarche et Judicum nec facere conducere aliquas res extra Terram et quod si aliquis reperitur conducens extra Terram amittatur dictas res et accipiens sibi (m)e faciat et suam omnimodam voluntatem et predicta omnia et singula proclamentur per dictum preconem in loco consueto, qui dictus D. Capitaneus commisit dicto preconi ut faceret ipsa dictas sententias; qui dictus preco ibidem constitutus coram dicto D. Capitaneo et Judicibus suo sacramento referens de ex parte dicti D. Capitanei et de eius mandato ivisse et proclamasse in loco consueto alta voce preconia omnibus de indicio audientibus ipsas dictas latas sententias et formas.

Segue di altro carattere

Et ego Laurentius de Castignacho Utini habitans ex commissione michi facta per D. Johannem Patriarcham publicavi suprascriptos processus proxime precedentes.

1380, 25 luglio, Gemona. Il nob. Tomaso di Spilimbergo Capitano di Gemona nomina in suo Vice capitano Leonardo di Pers. –

33

Bonifacio, Ant. ad. ... Not. Udine

A. D. 1380, ind. IX die 25 julii, Glemone ante stacionem mei notarii, presentibus providis viris Laurencio de la Porta et Lodovico de Altaneto, Bartholomeo de [illegible] de S. Daniele, Ser Francisco [illegible] de Portunaonis testibus et aliis.

Nobilis potensque vir D. Thomasius de Spegnimbergo honorabilis Capitaneus Terre Glemone constituit [illegible] Leonardum de Pers habitatorem Glemone in suum Vicecapitaneum Terre Glemone ac [illegible] ad ius reddendum et faciendum omnia et singula pertinencia ad officium Capitaneatus. ——

1386. 29 agosto. Nel Girone di Monfalcone [illegible]

Arch. 1875 [illegible]
[illegible] Prot. quale [illegible] Torre di Monfalcone [illegible]
Udine Tip. Seitz [illegible] Udine.

Anno 1386. Die tercio exeunte [illegible] Augusti, actum in Girono Castri Montis=
falkonis presentibus providis viris Gregorio Sabae, Marino q. Martori
Judicibus Terre Montisfalkonis, Raynaldoq. Amadei, Russino q. D. Johannadi
de la Turre et omnibus vicinis et habitatoribus Montisfalkonis testibus
et aliis.

Stephanus Sclavus de S. Mendrato de Carsis detemptus in fovea et domi=
nio nob. viri D. Coradi de S. Daniele honorabilis Capitanei Montisfalkonis pro
Rev.mo in Christo Patre D. nostro D. Fernando miseracione divina Patriarcha Jerosolimi=
tano auctoritate apostolica Aquil.ae Ecclesie ac Patrie Foriiulii rectori, de=
fensori et gubernatori, qui dictus Stephanus pro Sclabonicho secundum
relacionem predictorum Judicum et alios bonos viros dixit et confessus fuit
sine aliqua tortura supplicii et tormento quod ipse ante in castro Montis=
falkonis exivit extra dictum castrum sine licencia alicuius persone
et applicuit in Terra Montisfalkonis et sic stando in dicta Terra quedam
mulier nomine Magna uxor Nicolai familiaris [illegible] Ser Leonis de la Turre
pluries sibi dixit quando vis ascendere ad castrum dicas mihi quando
tu ascendas. Item dixit et confessus fuit quod ipse ante in caniva Domi=
ne Caterine relicte olim Morandi de Montefalkonis et in dicta caniva
erant dicta D. Catarina, D. Anna uxor Nicolai de Utino et D. Blanca relicta
olim Nicolussii de Montefalkonis et loquebantur insimul, interrogatus quid
loquebantur insimul, dixit quod ne sire quia loquebantur Lagycheum et
quod ne scit Lagicheum et quando bene loquti fuerant non stabat insimul
ipse domine dixerunt sibi nos volumus tibi dari unum scalam
et plus quantum promittimus nobis ire ad domum Magne in castro
et iurare non dicere alicui persone qui dictus Stephanus eis promisit

34

ire et iuravit non dicere alicui. Item dixit et confessus fuit quod ivit ad domum dicte Magne et ibi invenit dictam D. Blancam, Magnam et famulam dicte D. Blance et Tubano mucheo sibi dederunt unum fistulum in quo erat pulver bombarde ut portaret in castro, qui dictus Stephanus dixit quod statim portavit dictum fistulum in castro et cum dicto pulvere bombardaverunt in Terra ... Interrogatus per ipsos Iudices si sciebat utrum acceptum dictum pulverum et de quo loco conductum; dixit quod acceptum fuit de domo dicte D. Catarine. Item dixit quod pluries Ambrosius filius Vol sibi dixit quod tu sis interfectus quare non vadis ad Dominum tuum in castro. Interrogatus si aliquis erat presens, dixit quod non quando dicebat hec verba dixit quod non personam suam et bene sciebat quod debebat mori et quicquid fecit fecit ad instanciam dictarum dominarum et pro ipsis oportet pati mortem et nihil aliud sciebat. ~~Item ... ~~

~~...~~

Item die secundo exeunte mensis predicto constitutus dictus Stephanus coram D. Capitaneo in presencia suprascriptorum testium dixit et confessus fuit sine aliqua tortura et pluries replicavit omnia confessa prout continetur in dicto manifesto dicendo quod omnia que faciebatur faciebatur pro ipsis dominabus que numquam cognoverit et hoc dixit in conspectu dicte Marie.

Die secundo exeunte M. Augusti presentibus suprascriptis. Magna uxor Nicolai Familiaris olim Ser Leonis de la Turre detenta in forcia et domus ... viri D. Conradi de S. Daniele Capitaneo ut supra, que Maria dixit et confessa fuit sine aliqua tortura supplicii sive tormenti quod ipsa

ante in domo sua, famula D. Blance de Montepesulano venitet portavit unum fiasculum in quo erat pulver bombarde quem dictum fiasculum dederunt predicto Stefano Solano ut portaret in castro et dixit quod acceptum fuit de domo D. Caterine relicte olim Maynardi. Interrogata qualiter sciebat quod dictus pulver acceptus fuerat de domo dicte D. Caterine, dixit quod dicta famula sibi dixit. Interrogata si aliquis esset culpabilis, respondit quod nesciebat nihil aliud per animam suam.

35

XII.

25

1386, 4 nov. Venezia. Il Doge permette agli Udinesi di giudicare Bonaiutto di Isola imputato di tradimento. (Museo Civ. di Udine).

Antonius Venerio Dei gratia Dux Venetiarum etc. Egregio et Nobili viro Federico de Savorgnano Militi ac Nobilibus viris Deputatis per Consilium et Commune Utini amicis dilectis salutem et sincere dilectionis affectum.

Nobilitatis et benevolentie vestre littere date XXVIII octobris recepimus heri III novembris intrantis, continentes in effectu quod vos ad instantiam Societatis Muglensium captivastis et captivum detinetis Boynafutum de Terra nostra Insule accusatum et suspectum voluisse cum quibusdam suis sociis proditorie dare Terram Mugle Tergestinis nomine Domini Padue, unde in eisdem litteris concluditis quod placeat nobis declarare vobis beneplacitum nostrum in hiis et aliis.

Quibus intellectis recommendamus et merito diligentiam et optimam dispositionem vestram: hortantes Nobilitatem vestram ad faciendum in hoc id ~~quod~~ quod sit secundum Deum et secundum ius et iustitiam.

Data in nostro Ducali Palatio die IV novembris IX indictione.

Pubb.to dal Dr. Vinc. Joppi nell'Archeografo Triestino 1877 Vol 5°

1386, 23 Nov. Ducale al Com. di Udine di perstare nella difesa della sua libertà.

Antonius Venerio Dei Gratia Dux Venetiarum: Egregijs, et Nobb: Viris Phederico de Savorgnano, ac quinque Deputatis, nec non universis et singulis Consiliarijs de Consilio de quinquaginta Deputatis ad bonum honorem, et conservationem libertatis, ac Patriæ Fori Julij amicis dilectis salutem, et sinceræ dilectionis affectum. Retulit nobis Nobb: et Sapiens Vir Michael Contareno Civis, et fidelis noster rediens nuper Ambaxiator a partibus illis, se reperisse in vobis optimam, et validè laudabilem dispositionem ad honorem nostrum, et ad conservationem libertatis Patriæ Fori Julij, quod non est nobis novum, quia semper sic cognovimus per affectum tum ex vestra propria virtute, tum pro manifesto, et notabili bono vestro, et Patriæ, ut perseveret, annuente Dño in sua antiqua naturali et solita libertate. Undè hujusmodi perfectam dispositionem vestram gratissimam habentes hortamur vos ad sic constanter perseverandum, quia a nobis semper habebitis omnem favorem, et auxilium opportunum.

Dat: in Nro Duc: Pal: die 23 Novbris 9 Ind:

Tergo) Egreg: Nobb. Viris Phederico de Savorgnano, ac quinque Deputatis, nec non Universis, ac singulis Consiliarijs de Consilio quinquaginta Deputatis ad bonum honorem, et conservationem libertatis Pñæ Fori Julij &c.

L. S. Ex Voluminibus M.ca Civitatis Utini

Ferandus Ornianus Cancell.s

Die 10. Nov. 1740.

Ex Mss Ashburnhamiano n° 1301 in Firenze.

37

1387 Memoriale diretto al Patriarca di Aq.a Giovanni di Moravia da un Aquilejese, di lungasi sulle antiche vicende del paese e della città di Aquileja (la cui giurisdizione era allora ridotta a due ville quasi di tutte) d'un bosco insiste verso fine sugli abusi e violenze commesse in Aquileja da uno che seppe introdursi come Camerario e Vice-podestà

Monumento letterario di prosopopeja allora di moda

13 = Importante come monumento letterario dell'epoca — per la tradizione storica allora vigente, fra cui che prima che Poppone erigesse la chiesa cattedrale, serviva per cattedrale la chiesa della Abbazia della Belligna

1387 Giovanni di Moravia nuovo Patr.ca d'Aq.a

Cod. Ashburnhamiano 1301. a carte 198 1387. Memoriale al nuovo P.ᵗᵃ di Aqᵃ Gio di Moravia -

Reverendissimo In Christo Patri et Domino Dno. J. Dei Gratia Sactae Sedis Aquileiensis Patriarchae Sponso Suo gratioso Ipsa . . . . Sponsa sua cum debita recomandatione se ipsam, Si beneplacitum est Domino et Populo suo, ut exaltet Mansuetos in salutem, instare credo tempus, et horam qua iudicium, et mundi huius ... hyemps venit et tempus putationis appropinquare videtur, putetur ergo Domine, putetur et fodiatur vinea tua, dum sterilia sarmenta substinere non potest, optavi videre diem adventus tui, et reditum mihi pacem nidi, et gavisa sum et tacita expectavi, ut visitares me et quod ~~pro vi~~ fugeret de medio calligo criminum et Nebula peccatorum, quae hactenus texit me et quae per visitationem tuam redditi mihi essent Dies boni, in quibus iustitia et pax sub mediante charitatis osculo copularentur, neque est credendum quod a tempore beati Marci populo meo primi Fidei praedicatoris ex predecessoribus tuis fuerit aliquis qui me in adventu suo parum post non viderit, visitaverit et Ecclesiam suam sanctam consolaverit, preter te, sed profecto confido et credo qui ille mortalitatis nostrae Moderator, et arbiter te in diem hanc reservavit ut accepto tempore Iustitiae Judices et penas prava, indirecta. et aspera in vias planas et restituas mea. Sicut Ille restituit Jerusalem in diebus antiquis, ponens desertum eius sicut ortum Domini, et solitudinem eius quasi divitias et postquam me non visitasti, ut videre potuisses desolationem meam et flagella mea, quae contra me sunt, nec est aliquis, qui tibi casus meos exponat, eoque sinistrante fortuna nullum video mihi remansisse amicum, nisi forte tractetur de commodo eius, Sed ~~forte~~ Ille reputandus non est amicus sed Mercator, iuxta illud Senecae amicitiam p ad fructum nostrum referimus. et non ad illius commodum, quem diligimus non est amicitia sed Mercatura, et amici precipue in adversis cognoscuntur. Meditavi tibi Scribere, et incommoda mea litteris praesentibus tibi innotescere et scio quod non sum tam eloquens tam doctum et sermonibus erudita, ut componere valeam stilum subtilum, non igitur negligen

Descrizione di Acqui

tiae meae vel conceptui Sed potius insufficientiae imputes, iuxta illud Domini-
cum, ex abundantia cordis os loquitur et neminem condeceat admirari si ~~de~~
de mea desolatione lamentor, Sane in amaritudine animae et cordis anxietate
meroris de . . . . . (198 v). lamenta Suspirij, ploratibus et singultibus mixta tuae
pietati demonstro; ~~nam~~ quae ego Sponsa tua olim orbi famosa et inclyta et inter
Sacro ~~[illegible]~~ Sancti Romani Imperii ~~et~~ civitates principatum obtinens, gloriaque
libertatis pollens iugo, prohdolor servi ultimo, et destructioni Submittor, atque ir-
remediabili desolationi immineo, nisi per te, Sub cuius protectione alis velut
Sponsa tua non Spernenda consistos, adhibeatur sine mora remedium opportu-
num, nec consiliarijs tuis committas, quia ne te impediant, paveo eos enim vel-
lem esse tales, quales te deceret habere. iuxta illud Senecae nullus tibi ad consi-
lium fidelior esse potest quam qui non tua sed te diligit, Sed Semper sit in
memoria et prae oculis tuis, prius tibi gradum conditionem et originem meam
describam, ut facilius cernas si in amaritudine est constituta anima mea. Ori-
ginem enim traxi, a filiis Jafet natrice post diluvium meque ambitum
miliarium xviij et ultra Spacio cingebatur varijs marmorum generibus, et
celaturis marmoreis insignita fulgebam, fuerunt Si quidem fundamenta murorum
meorum ~~ista~~ in terrae gremio multum profunde Sita, et ampla latitudine
spatiosa, Subtili ingenio constructa, ut ex eorum fundamentis usque in hodier-
num conspici potest in me extructae fuerunt Instantiae. Nobilium et Civium
meorum domus formosis edificiis fabricatae, quae me amplebant in multarum latitudi-
ne platearum, erant enim longae et amplae recto distensae diametro per vicos etiam,
et plateas mecanicarum Artium cuiuslibet constructae patebant innumerae stationes in
quibus operarij et artifices quotidianis operibus insudabant et in me tot Nobiles
tot potentes infinitis abundantes divicijs in variorum vestium mutatorijs equorumque
et falerarum ornatibus rutilabant, ut non Civitas, Sed Regimen potentissimum
putabatur, in me etiam infinita populi multitudo utriusque Sexus degebat, quo-

rum
auber
in [illegible]
medi
ta [illegible]
plur
spati
tissim
et [illegible]
adven
Bap
tent
uum
ali m
lo[illegible]
bodu
temp
post
mil
no
Qeu
mei
Vund
und
San
tam
u de

rum multitudinem erat hominum populosa, et undique tota plena per medium autem mei, et circa decurrebant fluvii multi mihi commoda conferentes, et in fortitudine magna roborantes, in quibus multa molendina fuere situata; in medio autem mei erant palatia mea, videlicet ~~Farena~~ et harum nominata multa spaciositate, et fortitudine ornata in signum Monarchiae Civitates et ulterius plura palatia dominabuntur, et moram (199 e) trahebant Reges mei, cum per spatium longeri temporis fuerim sub Regibus constituta usque ad destructionem potentissime Drubalis, et subiugationis Cartaginis quibus contra Romanos auxilium praebui et favorem et evicta Cartagine, cervicem flexi et Romanorum sub jugo fui, nec aeternitatem adhuc cognoscebam Francigeni vero, sive Galli ad fidem Christi, et sub Baptismo suscepti contra me durum exercitum moverunt, ut fidem eandem tenerent, sed Froacor, qui dux meus erat cum potentibus meis longo tempore in contrarium pugnavit et tandem per proditionem Corsabrinii, Comitis de Cergesto, et sub[di]ti mei, qui nocturno tempore ostendens ficte velle mihi dare adiuvamen, ipsos Galtos seu ~~Franq~~ Francigenas armis et vestimentis infidelium indultos et coopertos introduxit tunc capta modo proditorio fui, et desolationem gravem passa, cum tempore quo pugnatum fui perdidi plusquam quadraginta millia Armatorum et post captionem per frustam lacerati fuerunt ij^c mei Nobiles et ultra cingulo militiae decorati, qui baptismum suscipere voluerunt, sed tamen in tanto exterminio mihi bene cessit quia incepi cognoscere Creatorem nostrum Jhesum Christum Deum verum, quem ante hoc plures in multitudine copiosa Regem Regum meis et Eternum salvatorem praedicaverant, et propter hoc mortem dolorosam passi sunt, nec fere in me est palmum terrae, quae cruore ipsorum sanctorum martirum non fuerit madefacta, et deinde Domine pie clarui in colendo Deum, et sanctam matrem Ecclesiam in bonitate et aptitudine personarum in perdendita tam animae quam corporis curialitatum, amicitia, divitiis et potentia omnique re desiderabili super terram et huiusmodi omnia, quae ~~dec~~ decent ad ocor=

Alfredo di Aquileja [illegible]

nationem Civitatum atque decorem personarum Divitiarum copiam domorum pulcritudinem, et victualium abundantiam sed intendet quoque semper inimicus humani Generis discordiae seminatorem quod crescant scandala, emergant odia, litigia oriantur, jurgia duplicantur et Rixae et divina potentia ludit in rebus mundi et tempus humius honae (sic) voc continet certam Fidem, cum putarent in eodem statu permanere. Ille Infidelis Totilla rex Vandalorum sive Ungarorum appellatus aliter Attila descendit in Italiam cum tercentum (199 v) mille equitum et per Dei gratia fuit conflictus et perdidit et XXX^{ta} equites et immediate reversus fuit in Regnum suum Ungariae in quo reassumptis et duplicatis viribus iterum intrans Italiam Magnifice et potenter obsidit me per triennium praesidente Ecclesiae Romanae Leone primo papa et Imperante Theodosio secundo Imperatore, et sedes Patriarchatus sedente Niceta Patriarcha, et tunc dominabar a Panonia usque ad flumen Adda et in totas Istria, Dalmatia, Croatia, tam in terra quam in mare et appellabar nomine ab alys gentibus Venetiae, et dum ipse Attila exercitum suum et campum teneret ubi nunc est terra Utinis et ut esset in loco eminentiori, ipsae suae gentes foderunt et ellevarunt illum montem, ubi nunc est castrum Utinense et dire fuit pugnatum inter meos et suos et in ipsis bellis de meis perdidi ultra sexaginta millia virorum, sed non valens impetum illius nequissimi substinere subcubui et intrans ipse Attila me igne et ferro in totum destruxit et ~~cons~~ consumpsit, et tunc cives mei, qui remanserant fugierunt ad littora maris et ad lacunas cum eorum naviigiis, et ille Attila ulterius procedens destruxit fere omnes terras mihi subjectas sicut Concordiam, Altinum, Patavium Vicentiam et Veronam et alia loca usque ad flumen Padi, et dum comminaretur intrare Romam, ipse Leo Papa accedens ad eum, et praeces porrexit, ut rediret in Ungariam, asseritur tamen, et veres quod dum ipse Leo Papa praces ipsi Attilae porrigeret, ipse Attila vidit

Discesa de' Longobardi in Fri[illegible]

unum Stantem a dextris eiusdem Leonis papae, et tenentem in manu gladium acutum valde, vultuque tortuoso commutantem sibi qui nisi ipsius precibus consederet eum interficeret, et sic precibus ipsius Leonis Attila cum suo exercitu in Ungariam redut, et Christiani ab eius faucibus sunt liberati, mei vero cives cum expulsis de alus terris se reduxerunt in lacunis, ubi infernus sunt modo Venetiae et incoeperunt aedificare, et appellata est terra illa Venetiae mei ad instar praecognominis et usque in hodiernum vigetet duae proles de meis in ipsa terra, scit Gradinica et Dolphine, melius enim tunc mihi fuisset mortem subire et destructionem finalem, quam miserabilem ducere vitam continuatam et plenam omnibus angustiis et tormentis (200 r) omnibus doloribus et flagellis, langoribus, tremoribus, singultibus ploratibus et suspirus radiatis desicantibus cor meum iuxta illud Ouidii, Morsque minus penae quam mora morti habet, et fuerunt haec anno a Natiuitate Domini IIII^c et XXVI Sed omnipotenti Grates refferro copiosas qui de misericordiae suo fimus intuetur et adiuvat cunctos sibi fideles, et in se Sperantes, licet non potuerim relevari assumpto robore et anelitu considerans, qui debent esse fortes et non timidi, qui navigationi insistunt, si non essent timidi, timorem aliis impertitis, et pericula nesuentibus imponerent. Navem enim procellosam tempestas citius absorbet, cum defficiente gubernatoris animo Consilioque perdito ceterosque ~~suos~~ suo commissos Regnum timor involuit, Spiritum recreationis asumpsi et sic steti usque ad annum Natiuitatis Domini V^c LXXIV. In quo anno longobardi descendentes a Panonia intraverunt Italiam, et itemme coeperunt et destruxerunt, o qualis dolor iste mihi fuit iudex mi iustior malus vero, quia iuxta dictum Senecae malus dolor est, qui nec lepore nec ratione animaturus, et tunc nihil peius morte, quator enim sunt quae peiora morte existant, Senec. scilicet opprimi paupertate, hominem carere sensu, peccantem peccatis involui, et equum carceribus dettineri, heu dolor eximius

Grado

Ghibellinismo del Friuli

Cividale

Udine
Patriarcato di Aquileja

heu timor et anxietas inaudita, vita mortifera mundus falax, cui enim fuerat honor cunctarum delitiarum affluentia copiosa modo se infima deprimi paupertate et destructiones tres tam graves passa et fuerunt haec sub Benedicto primo Papa, vobis et Justino secundo Imperatore praesidente ecclesiae Patriarcali meae Paulo Patriarcha, ~~quod~~ qui ad Gradus Insulam cum clero suo, et civibus meis superstitibus ~~aff~~ auffugit et in dicta insula aedificavit terram ecclesias et Palatium Patriarchale. Regnante super Longobardos Alboyn Rege, qui Alboyn consiliaribus suis congregatis priusquam ultra cederet mihi et patriae meae statuit Ducem unum et in Ducem creavit Gisolphum Nepotem suum et deinde incepi sub ducibus esse, sed pessimum mihi contigit, quia ille Dux caeteri Longobardi fidem Christi non cognoscebant, et qui fidem perdit nil ultra perdere potest, iuxta dictum Horatii, fides est sanctissimum peccatoris bonum nulla necessitate ad fallendum cogitur (200. v) nullo praemio corrumpitur, et duplicabatur mihi dolor considerans qui eram sicut navis in Pelago, quae quandocumque deperit in consultis cum ventibus incumbentibus vehementer ex omni parte velum scinditur. arbor rumpitur, et anthena spes et remorum inutiles. fractoque remigio quolibet scit Nauta venisse in naufragio, et deserit Arthemonem, et vellem non fuisse aliquo tempore consecutam (sic) Sed in omni negotio sapientia praevalet et cito infrenat iras et discordes ducit ad idem velle, pascit amicitiae ingluviem, et lacinam, exaltat humiles et mitigat contumaces, spem meam totam in altissimo iactavi et cum ingenio cum ipso Duce et aliis sequentibus vixi, ipse enim Dux et alii sequentes mansionem pro maiori parte eorum habebant, in Civitate, quod hodie Civitas Austriae appellatur et in castro Utini quae aedificata fuerant per destructionem, quam habui ab Attila prescriptos, et cum sic starem in flagellis sub ducibus per magni temporis curricula Patriarchae de spiritualibus solummodo se immiscebant, et male et habitationem eorum faciebant aliquando in Grado, aliquando in me

... del Patriarca Leone

[illegible]

Sub suprascriptis Millesimo, et Inditione die Lunae quarto septembris. Actum Utini supra magna sala domus comunitatis in pleno consilio dictae terrae ad sonum campanae ibidem more solito supra infrascriptis et laudabiliter expediendis congregato coram nobili viro S: Nicolussio de Castellerio Terrae ejusdem honorabili Capitaneo ut supra, in quo quidem consilio interfuerunt nobiles prudentes, et providi viri S: Hector miles de S: Nicolaus Manini S: Gelussa de Bomberginis S: Franciscus de Cavalcantibus Antonius de Artenea, Leonardus de Sancto Daniele, Petrus de belonis, Nicolaus de Boldoneriis. et Honofrius fratres de panzano, Nicolussius S: Zanni Christophorus q.m Cignoti, Odoricus et Galiottus de Andriottis, Ioannes de Uzellis, Andreas de Poana de Savorgnano, Laurencius arpucii, Antonius de Faganea, Uardus pittuti, Candidus de Taucento, Ambrosius Brisianus de Toppo Sander q.m Bimeni, Mattheus de semerdentha notarius, Nicolaus de Peroto Bartholomeus Fuscus, Franciscus Notarius q.m Cancii, Iacobus de Montegnacho, Ioannes Barberius, Franciscus Buyn. Petrus sptor q.m Zacolutti, Bartholomeus Curtoni, Iohannes testa, Ioann: Tirellus, Ambrosius cerdo de r.ostarolle Romanus cerdo de burgo Aquilegiae, Ioannes de otauris comunis dictae Terrae Camerarius, Nicolaus Baldanus et Namus de malargis procuratores ejusdem comunitatis, et Nicolussius de sancta maria la longa collega mei subscripti notarii in officio cancellariae consilii dictae terrae, Coram quibus Dominis Capitaneo et consiliariis constitutus Nobilis Iuvenis dictus Tristanus q.m generosi, et potentis militis domini Federici de Savorgnano, proposuit dicens qualiter pridie in consilio exprimi et proponi fecerat per Petrum de Tergesto suum procuratorem, necessitatem sibi, et fratri incumbentem et praesentem recuperandi subito circa mille ducatos pro luendo certas res, et belisias, seu jocalia Illustris dominae Ursinae Marchianissae estensis relictae q.m suprascripti domini Federici sui genitoris, pignoratas et pignorata pro utilitate et comodo suo, et dicti Francisci sui fratris, et qualiter hereditariae in eorum bonis non extabant, nec bona mobilia comode vendenda, propter quod necessario oportebat aliqua bona stabilia alienari ex dicta causa; et quod supra his facta fuerat commissio per ipsos dominos Capitaneum, e Consilium, dominos deputatos ad pupillorum negotia, ut investigarent si propositio per ipsum Petrum procuratorem suum veritatem contineret, prout suprascripsimus in dicta commissione plenius continetur. Quare cum dicti Domini Deputati supra praemissis iam plenius sunt informati supplicavit dictis domino Capitaneo, et consilio, quatenus relationem prudentium virorum S. Nicolai de Boldoneriis, et S: Laurentii arpucii ibidem praesentium ad dictum officium deputatorum una cum sapiente viro domino Andrea de Monticulis (nunc a dicto consilio propter certa sua negotia gerenda, ut publice per quamplures ibidem dicebatur) absente; audire deberent et ab eis intelligere quae invenerunt, investigaverint, ac tractata erant supra praedictis, et praedictorum occasione. Cujus quidem domini Tristani supplicationi annuentes praefati domini Capitaneus et Consilium mandaverunt dictis S: Nicolao de Boldoneriis, et S: Laurentio arpucii deputatis ut supra quatenus deberent referre illa, quae invenerant supra praemissis et quae supra ex dicta causa tractata erant pro minori damno dictorum dom: Tristani et Francisci fratrum, de quorum dominorum mandato ipsi duo deputati hinc assurgentes in hac forma retulerunt scilicet, quod veraciter rapiebant tot belisias et jocalia praefatae dominae Ursinae sub pignore con-

constitutas et constitutas apud diversas personas pro negociis, et commoditatibus suprascriptorum fratrum filiorum q.m dicti domini Federici et specialiter apud prudentem virum S. Nicolaum q.m S. Manini, qui liberaliter suas pecunias mutuavit in servitium praedictorum fratrum, nec non nonnullos alios iudeos, qui sub usuras suas mutuaverunt pecunias et quod pro ipsis pignoribus omnibus luendis, ex expendendis computato foenore, debendo ipsis Judeis cum capitalibus necessari erant ducati mille prout propositus fuerat quae pignora praefatta Domina Ursina cum magna instantia postulat, et requirit sibi exigi sibique dari ad expenda supradicta vota per eam cum egregio milite domino Schinella de Colalto noviter contracta. Ex quo recepta vera informatione hujusmodi debiti diligenter fuerant scrutati, utrum pecuniae in ~~ipsorum dominorum~~ ipsorum domini Tristani, et Francisci fratrum bonis extarent, cum quibus ipsa pignora, seu pignus lui posset vel posset aut bona mobilia commode vendenda. Et ipsorum duorum neutrum invenerant, propter quod necessario ipsum dominum Tristanum nomine suo, et hanc comunitatem Utini tanquam tutricem pupillorum filiorum dicti q.m Domini Federici vendere oppostebat aliqua ipsorum haeredum q.m domini Federici bona stabilia eisdem minus danosa usque ad quantitatem mille ducatorum pro luendo pignora supracitata. Ex quo tractatum, et conventum erat de ipsorum deputatorum constantia ex causa hujusmodi urgente necessitate vendendi bona infrascripta hic infra nominatis personis. Imprimis Nobili domino Doymo de Castello quinque bona sita in Ursinto iuxta Tarcentum facientia unam Marcham de redditu ad usum Curiae, et libras sexdecim in ratione pretii centum quinquaginta ducatorum pro marcha de redditu quorum quinque bonorum unum regitur per Silvestrum secundum, per Petrum q.m Martini ... quartum per marcum q.m Joannis, quartum per Simonem filium mariae, et quintum per Michaelem ... Item prudenti viro Sp. Nicolao q.m S. Manini suprascripto bona octo facientia Marchas ... redditu, ad usum Curiae quatuor, et libras tredicim similiter in ratione centum quinquaginta ducatorum pro Marcha, in ratione octuaginta octo soldorum pro ducato, quorum bonorum tria sita sunt in salto, recta unum per Paulum et alia duo per Blasium de ipsa villa. Item unum aliud situm in ... aliud in Caseglatho rectum per Antonium filium Bortolussii. Item unum aliud situm in ... rectum per Johanem. Item unum aliud in Targnatho rectum per Pascolum, et Vincen... ... ; Alia vero duo sita sunt in Adeglatho, quorum unum regitur per Paulum, et aliud per ... Item voluerunt quod tractatum erat vendendi ultra praedicta bona Joanni Petrum ... Item voluerunt quod tractatum erat vendendi ultra praedicta bona ... Item ... Nicolussii de Nimis unum bonum situm in Torlano rectum per Joannem filium Martini de Rivo, pro quo solvuntur annuatim de afficto simplici marcha una denariorum, et denarii duo pretio Marcharum soldorum quadraginta quatuor, tanquam personis de ipsis bonis plus ceteris aliis dare volentibus, facta inquisitione diligenti per ipsos deputatos publica et manifesta, si aliquis, seu aliqui de dictis bonis majus pretium dare vellent vel vellent. unde cognoscentes ipsi deputati evidentem necessitatem incumbentem praefatis haeredibus q.m domini Federici habendi dictam pecuniae quantitatem pro luendo pignora supracitata. ~~Ex quo tractatum et conventum erat de ipsorum deputatorum constantia, ... vendendi bona infrascripta hic infra nominatis personis.~~ ex causa hujusmodi urgente necessitate ... consideranteque pretia dictorum bonorum illorum fore justa, et rationabilia ex vi vel ... sui officii declaraverunt suprascripta bona omnia tanquam praesentaliter dictis haeredibus minus dannosa considerantes omnibus ... super hoc concurrunt consideranda, personis supranominatis vendi posse et debere per dictum dominum Tristanum suo nomine cum voluntate et auctoritate q.m Antonii ... sui curatoris et nos ... Curatorum et procuratores hujus comunitatis Utini nomine et vice ipsius comunitatis tanquam ... q.m supradicti domini Federici. Et hujusmodi bonorum venditiones ... pupillorum filiorum q.m supradicti domini Federici. ... rationabiles, et necessarias. Qua relatione et declaratione sic ... posse tanquam pias, justas, rationabiles, et necessarias. ... suprascripto domino ... 1465, hinc ... dominus Tristanus ~~suo nomine~~ ...

Capitaneo, ut petere debeant formaliter a circumstantibus deffiniri, utrum vigore praedictarum ipsarum relationis et declarationis, venditionum per dictos deputatos et supra factarum; quod praefatus dominus Tristanus ac ... Cammerarius et procuratores huius comunitatis nominibus, quibus sunt bona su-praenominata-memorata personis superius nominatis, et pro pretiis supradeclaratis legitime vendere poterant, et debebant, ipsas venditiones dictorum bonorum faciendas in omnibus et per omnia tanquam justas et necessarias et legitimas laudantes, et approbantes; adeoque per ipsum dominum Tristanum, nec fratrem, vel sorores ejus, nec aliquam aliam personam non possunt irritari, revocari vel annullari; imo quod ipsi dominus Tristanus, et Franciscus fratres, et quilibet ipsorum in solidum sint, et esse debeant, ac sit esse debeat in perpetuum, obligati et obligatus, ac astricti, et astrictus emptionibus suprascriptorum bonorum de cautione nec non de omnibus, quae ad naturam contractus venditionis requiruntur; Quibus omnibus sic premissis et ipsorum vigore tunc subito, et sine aliquo intervallo supra dicta domo Comunitatis praesentibus nobilibus viris domino Dorimo de Castello tanquam proximiore ex parte patris suprascriptorum filiorum q.m domini ~~Tristani~~ Federici ac S: Ambrosio trussa tanquam proximiore eorumdem ex parte matris, ac curatore praefati domini Tristani, nec non praesentibus providis viris Leonardo q.m Petri S: sualdi, Ioanne q.m S: Christophori, et Bernardo q.m S: Rizardi de Brazacho, his tribus notariis omnibus Utini habitantibus testibus et ... ad infrascripta vocatis et rogatis praefatus dominus Tristanus pubes cum expressis licentia consensu omnius consiliariorum proxime suprascriptorum facientium ultra duas partes dicti consilii et totam universitatem dictae Terrae repraesentantes; ac ipsi consiliarii omnes una cum dictis Camerariis, et procuratoribus vice et nomine dictae comunitatis tanquam tutores nobilium, pupillorum, filiorum, et haeredum q.m suprascripti domini Federici de Savorgnano pretio et foro sexcentum nonaginta duorum cum dimidio ducatorum boni auri; ac justi ponderis in ratione octuaginta octo sol pro ducato, quod totum pretium praefatus dominus Tristanus fuit ibidem contentus, et confessus se integre habuisse et recepisse a prudente viro S. Nicolao Notario q.m S: Manini de Florentia Utini habitante, asserens in rei veritate ipsum pretium totum fore conversum, et expositum pro exactione partis pignorum supramemoratorum, quod per dictos Camerarium, et procuratores vice, et nomine dictae comunitatis tanquam tutoris iur ibidem exhibit affirmatum Praesentes scilicet ipse dominus Tristanus exceptus dicti pretii sibi nondum numerati recepti; ac non sic expositi, et in suam et fratrum ejus negotium, sive rem non conversi Et ipsi camerarius et procuratores nominibus exceptis dictae confirmationis non sic per eos sancte, et omni alii legum, et cujuscumque juris quo quum praedicta vel aliquod contentorum in praesenti instrumento possent quomodo facere, dicere, vel venire jure ... in perpetuum dederunt, vendiderunt, et tradiderunt suprascripto S: Nicolao q.m S. Manini ementi pro se suisque haeredibus, seu cui vel quibus hoc jus suum dare voluerit, tria bona sita in salto, quorum unum regitur per Paulum, et alia duo reguntur per Blasium de ipsa villa. Item unum aliud bonum situm in Con ... rectum per Antonium filium Bortolussii. Item unum aliud bonum situm in Almicho rectum per Joannem. Item unum aliud bonum situm in Faugnatho rectum per Pascutum, et Vincentium. Item duo alia bona sita in Adeglatho, quorum unum regitur per Paulum, et aliud per Petrum ... cum sediminibus, agris bostaribus ovilibus baris seu campis bajarzis, ortis braidis campis pastanatis, cultis, et incultis, pratis sylvis, nemoribus pascuis cumuniis

Universis et singulis praesentes nostras litteras seu praesens instrumentum inspecturis notum ac manifestum esse volumus per ipsorum seriem et tenorem Nos Jacobus Gervasii de Utino ~~Parochus~~ Plebanus Parochialis Ecclesiae seu plebis sanctae Mariae de Flambro Aquilegiensis dioecesis; qui nuper vel die lunae proxime praeterito praesentibus pluribus venerabilibus et deprecatis testibus in ~~nostra~~ mea praesentia personaliter constitutis nobiles et circumspecti viri S: Nicolaus quondam domini Tristani de Savorgnano, et S: Joannes quondam S: Federici de Faganea; cives et habitatores Terrae Utini Aquilegiensis dioecesis antedictae, Nobis literas Sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri Domini Bonifatii divina providentia Papae Noni, integras ~~et illaesas~~, ipsiusque Domini nostri Papae vera bulla plumbea ad cordulam canapis pendente more Romanae Aulae bullatas non viciatas, non cancelatas, corruptas vel abrasas, aut in aliqua sui parte suspectas, sive omni prorsus vitio et suspicione carentes praesentavunt et exhibuerunt Nobis humiliter et flexis genibus ac cum intimas cordis contrictione supplicantes, nobisque cum omni debita instantia, et supplicatione exorantes et requirentes, quatenus ipsas literas Apostolicas, et omnia in eis contenta iuxta traditam seu decretam a Sede Apostolica nobis formam exequi ~~…~~ et exequutioni debitae mandari dignaremur, Ipsos S: Nicolaum Domini Tristani et S: Joannem de Faganea a singulis et poenis, ac reatibus, et excessibus de quibus in eisdem Apostolicis ~~Sedis~~ litteris continentur, eosque habilitando et restituendo f. in omnibus et per omnia, iuxta et secundum tenorem et continentiam literarum Apostolicarum praefatarum: offerentes se paratos omnem penitentiam eis per nos iniungendam, omneque mandatum per nos eis ferendum virtute dictarum literarum Apostolicarum, et in eis contentorum fideliter et pure adimplere et pro literarum Apostolicarum, et in eis contentorum fideliter et pure adimplere et pro … obedientium posse debitae exequutioni mandare: Nosque tanquam verus et devotus obedientiae filius literas illas recepimus cum omni reverentia qua decuit; illasque de verbo ad verbum proprio ore perlegimus per nostram et aliorum ibidem astantium informationem et declarationem. Et ipsis litteris sic per nos lectis, cum Nobili S: Nicolao quondam Domini Tristani ad dictum locum et horam praesentes, et praefato Sp: Joanni quondam S: Federici de Faganea, ad dictos diem et locum praesentes post iam decantatos seu celebratos Vesperos in majori Ecclesia Utinensi antedicta terminos assignavimus ad audiendum, et recipiendum supra praemissis ressolutionem et deliberationem nostram earum quid literarum Apostolicarum tenor de verbo ad verbum sequitur, et est talis ut Bonifatius Episcopus servus servorum Dei dilecto Filio Jacobo Gervasii de Utino Plebano Plebis de Flambro Aquilegiensis Diecesis salutem et Apostolicam Benedictionem. Sedes Apostolica pia Mater recurrentibus ad eam cum humilitate Filiis post excessum libenter se propiciam exhibet et benignam. Sane siquidem pro parte dilecti filii ~~Nobilis viri Nobilis N~~ Nobilis viri ~~viri~~ Nicolai quondam Tristani de Utino Domicelli Aquilegiensis Diecesis nuper exhibita petitio ~~…~~ continebat.

quod cum olim de morte bonae memoriae Augustini Episcopi Concordiensis tunc
in humanis agentis a quibusdam sibi emulis et malevolis tractaretur; Idem Nico-
laus existens inter ceteros tractantes principalior, quadam die eundem Episcopum
aggressus fuit cum quibusdam suis in hac parte complicibus, et evaginatis gladiis
eundem Episcopum gravibus et mortalibus vulneribus enormiter praevenerat. Ex quibus
idem Episcopus diem suum repente clausit extremum: majoris excomunicationis et
alias sententias et paenas tam a jure, quam ab homine in talia perpetrantes
inflictas damnabiliter incurrendo. Cum autem sicut eadem petitio subjungebat,
idem Nicolaus de tam gravi excessu et enormi cum summa cordis contritione
doleat ab intimis, cupiatque ad Ecclesiae redire unitatem, pro parte dicti
Nicolai nobis fuit humiliter supplicatum, ut cum eo mansuete et benigne agere,
ipsique et ejus statui super his salubriter providere de benignitate apostolica
dignaremur. Nos igitur attendentes quod Sedis praedictae clementia non assuevit
paenitentibus veniam denegare hujusmodi supplicationibus inclinati, discre-
tioni tuae, de qua in his et aliis specialem in Domino fiduciam obtinemus per aposto-
lica scripta committimus et mandamus quatenus eundem Nicolaum, quem dudum
qui etiam in morte bonae memoriae Joannis Patriarchae Aquilegiensis culpabi-
lis extitit, a reatu necnon sententiis et paenis, quas tunc perpetraverat, ac ei incur-
rerat, absolvi mandavimus; quique ea, quae sibi ratione culpae injunctae fuerant,
ex certis causis justis et rationabilibus nobis expositis, quas ex certa scientia
habere volumus praesentibus pro expressis hucusque peragere non potuit. Et si
hujusmodi ejus reatu intima cordis contritione cognoscente hoc debita cum
instantia humiliter petierit, ab hujusmodi et aliis sententiis et paenis, tam
a jure, quam ab homine latis, quas propter praemissa incurrisse demonstratur,
auctoritate nostra absolvas in forma Ecclesiae consueta; ipsumque ad quaecunque
honores, dignitates, feuda, et officia, ac publica, et privata, saecularia, si alias ad ea
assumi, et eis praefui contigerit habilites, et in pristinum statum in quo ante hujus-
modi reatum et excessum existebat, restituas. Injuncta inter cetera eidem Nicolao
propter reatum et excessus praedictos, paenitentia salutari hoc modo; ut quod idem
Nicolaus de bonis propriis tres puellas dictae Aquilegiensis Dioecesis paupertate gra-
vatas iuxta ipsarum conditionem, et indigentiam maritare, necnon unica vice Aquilegi-
si, et semel dumtaxat. Item Mariae de Monte dictae Dioecesis Ecclesias visitare, ac
singulis diebus Veneris usque ad septenium a tempore quo illud commode incipe-
re poterit, computandum: Tres personas pauperes nutrire, et in victu providere
teneatur; quodque ea que Joannes de Fagana dictae Aquilegiensis dioecesis qui
conscius extitit mortis etiam dicti Patriarchae, et quem absolvi mandavimus, et
quae ratione culpae sibi injuncta fuerant, ex eo adimplere non potest, quia podagra, et
infirmitate gravibus detinetur absolvas, et commites sibi in alia opera pietatis, et

alia ... ~~injungen~~ quae de jure fuerint injungenda prout secundum demeritum eorumque Nicolai, et Joannis statum ~~et~~ animarum salutem prospexeris saluber expedire: Supra quibus tuam conscientiam oneramus; Non obstantibus privilegiis, indulgentiis, et constitutionibus Apostolicis, ac legibus Imperialibus, et statutis municipalibus ac aliis contrariis quibuscumque, per quae praesentibus non expressa vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, et de quibus quorumque totis tenoribus habenda sit in nostris literis mentio specialis. Datum Romae apud Sanctum Petrum X Kal. Januarii Pontificatus Nostri Anno Duodecimo. Adveniente igitur Testimonio per nos publicato S: Nicolao olim Domini Tristani ad diem locum, et horam pertinentes ad audiendum recipiendum ressolutionem, et deliberationem nostram assignato. Et eodem nobili S: Nicolao coram nobis personaliter et flexis genibus constituto ac ressolutionem ac deliberationem nostram iuxta tenorem ejusdem ad instans, diem et horam praefixo. cum instantia et humilitate debita postulante; Nos Jacobus Commissarius et Executor apostolicus supradictus attendentes supplicationes et requisitiones honestas et humiles, ac ~~ex~~ iustas et consonas rationi. Volentesque ut obedientiae filius mandata apostolica nobis in hac parte commissa reverenter exequi ut tenemur; Audivimus, et diligenter intelleximus confessionem ejusdem nobilis S. Nicolai olim Domini Tristani nobis humiliter et devote ac cum intima cordis contrictione confitentis et recognoscentis se comisisse, et perpetrasse reatus et excessus de quibus in apostolicis literis continetur Dominorum bonae memoriae Augustini olim Episcopi Concordiensis, et Joannis olim patriarchae Aquilegiensis, ac cum humili et suma cordis contrictione nos instantissime rogantis, et requirentis, ut ipsum ab omnibus sententiis, et paenis aliis qui cum olim de morte bonae memoriae Augustini olim Episcopi Concordiensis tunc in humanis agentis a quibusdam sibi emulis, et malevolis tractaretur, Idem Nicolaus existens inter ceteros tractantes principalior, quadam die eundem Episcopum gravibus et mortalibus vulneribus praevenerant ex quibus idem Episcopus diem suum clausit extremum, excomunicationis majoris et aliis sententiis et paenis tam a jure, quam ab homine in talia perpetrantes inflictis incurrendo, aliasque etiam in morte quondam bonae memoriae Joannis olim Patriarchae Aquilegiensis culpabilis extitit, et quem a reatu et culpa hujusmodi idem dominus noster Papa absolvi mandavit injuncta eidem paena salutari, quique ex dictis iustis et rationabilibus causis eidem domino nostro Papae et nobis expositis, quas causas praefatus Dominus noster Papa haberi voluit pro sufficienter expositis prout nos etiam dicta authoritate haberi volumus praesentibus et mandamus tam a jure quam ab homine latis, et inflictis, ac reatibus ac excessibus hujusmodi sicut praefertur in eorundem dominorum olim Episcopi Concordiensis et Patriarchae Aquilegiensis comissis, et perpetratis absolveremus in forma Ecclesiae consueta, eumque ad honores dignitates, feuda, et officia, ac privata, et publica, et saecularia si alias ad eum ad ea assumi, et eis prestigi contingeret habilitaremus ~~ex~~ in-

ac in statum pristinum in quo erat ante hujusmodi reatus, excessus restituerem
nec non cum ipse S: Nicolaus ea, quae sibi injuncta fuerant facienda propter reatu
et excessum comissum per eum in mortem dicti Patriarche Joannis certis ex causis
rationabilibus ut praemittitur, adimplere nequiverit, eidem in alia pia opera iuxta potes-
tatem nobis attributam per apostolicas litteras sepefatas misericorditer dignoscerem
omniaque alia in dictis apostolicis litteris contenta exequeremur, et debitae executio-
ni mandare curaremus in omnibus et per omnia iuxta, et secundum ipsarum lit-
rarum continentiam et tenorem; Eundem Nobilem S: Nicolaum olim domini Trista-
ni sic ut praemissum est coram nobis constitutum excepto tamen ab eo ..... corporali
et debito sacro ibidem super Dei majori altari per eum praestito de parendo in his man
datis Ecclesiae atque nostris. Item praefatis sententiis ~~excoriationis et~~ excomunicatio-
nis, et paenis aliis sicut praefertur contra ipsum latis et inflictis tam a iure quam
ab homine, ac reatibus et excessibus per eum sicut praemittitur commissis, et perpe
tratis, tenore praesentium auctoritate apostolica supradicta nobis in hac parte comissa
absolvimus in forma Ecclesiae consueta, absolutumque decernimus ac praesentibus decla
ramus; eumque ad honores, dignitates, feuda, et officia, ac privata et publica saecularia
si alias ad ea assumi et eis praeesse contigerit habilitamus, ac in pristinum statum in
quo ante hujusmodi reatus, et excessus existebat, restituimus; ac habilem et restitutu
pronunciamus, et tenore praesentium declaramus auctoritate apostolica ~~supradicta~~
~~nobis in hac parte comissa absolvimus in fo~~ sepefata. Injunctis eidem ~~prima~~ paena sa
lutari, quae sibi erat injungenda virtute supradictarum litterarum apostolicarum
ac aliis paenitentiis, quae nobis iussae sunt, et videntur injungendae de iure hoc
modo: ~~ut~~ scilicet, quod idem S: Nicolaus de bonis propriis tres puelas dictae Aqui
legiensis diocesis paupertate gravatas iuxta illarum conditionem, et indigentiam
maritare, et hoc usque ad annos tres proxime futuros: nec non unica vice Aquilegi
ses, et semel dumtaxat sanctae Mariae de Monte dictae dioecesis Ecclesias vi
tare, ac singulis diebus veneris usque ad septenium a tempore quo illud comode
incipere potent computandum: tres personas pauperes nutrire, et in victu pro
videre teneatur, prout in eisdem apostolicis litteris continetur. Et quod dicti Ni
colai devotionem sinceram, et contritionem ingentem, quae suma quorumcunque re
tuum et excessuum praesentis paenitentiae esse demonstratur, consideramus ab inti
mis cordis emanare, ipsumque dolere de comissis; paenitentiam et alia sibi injuncta
propter culpam per eum comissam in morte dicti quondam Patriarchae Joannis, consi
deratis omnibus juxta conscientiam meam, quae vidimus consideranda in his, et pro
salutem animae dicti S: Nicolai, atque pro statu et salute ipsius commutavimus in su
prascripta pia opera pietatis, ac tenore praesentium dicta nobis commissa au
ctoritate apostolica comutamus; scilicet quod quolibet anno majori annorum proxime fu
turorum Nicolaus vestiat duos pau
peres, seu duas vestes det, et tradat duabus pauperibus, et miserabilibus personis

1391, 24 Ottobre? Plovia. Giacomo detto Mars di D. Francesco di Ragogna vende per 2000 ducati la sua parte di castello, beni e giurisdizione in Ragogna al ~~Giovannino~~ Giovannino q. D. Nicolussio d.° Baglino, di Rozano che si chiamava d. Ragogna.

56

In Christi nomine amen. Anno domini Millesimo CCC LXXX XI V, ind. VIII die XXIV ~~Augusti~~ Octobris, presentibus nobilibus viris dominis Federico milite q. nobilis militis D. Francisci de Savorgnano, Vincislao milite et Pregonea eius fratre et filio nobilis militis D. Walterpertoldi de Spegnimbergo, Ambreth Trusass q. nobilis D. . . . . Utini nunc habitante ac providis et honestis viris domino presbitero Violainto filio Bartolussii de Ornesio nunc Spegnimbergi ~~[illegible]~~ capellano, sapienti viro D. Nicolao q. D. Manini advocato et notario Terre Utini, D. Nicolao q. D. Francisci de Caldoneriis de Utino, ser Ancelotto notario q. D. .. de Portugruario nunc Utini habitante, Johanne q. Candidi speciarii de Utino, Nicolao q. ser Sindrici de Spegnimbergo, Andrea q. ser Pitiani de S. Daniele, Odorico notario de Camea familiare dicti D. Federici militis et Simone dicto Schena testibus et aliis pluribus vocatis et rogatis.

Providus et honorabilis iuvenis Jacobus dictus Mars filius nobilis D. Francisci q. D. Nicolai dicti Zopp de Ragonia tamquam heres et hereditario nomine tam quam proximus et legitime succedens seu alio quocumque nomine ius se habere pretendens in bonis omnibus et hereditate dicti olim D. Francisci sui patris et Zoppi sui avi, nomine finite precii ac precio et foro duorum milium ducatorum boni auri et iusti ponderis, quod totum precium prefatus Jacobus dictus Ans fuit contentus, confessus, tacitus et manifestus se habuisse ac integre recepisse a nobili viro D. Johannino q. nobilis D. Nicolussii nominati Baglin de Ragonea et de quo quidem precio sibi bene solutum et expeditum esse vocavit, omnique exceptioni non numerati, habiti et in se recepti dicti precii pacto et spei future numeracionis seu receptionis omnino renunciavit, et faciens dictus Jacobus Ans per se.

vero D, cuius tenor de verbo ad verbum in ipso Origi-
nali est insertus, ad infrascriptam Pacem, Concordium,

nostque heredis eidem D. Johannino stipulanti et recipienti pro se suisque heredibus de dictis duobus milibus ducatis perpetuam finem remissionem et pactum de ulterius aliquid non petendo, pro quo namque precio in se habito et recepto prefatus Jacobus nominatus Ans per se suosque heredes dedit, tradidit ac cessit ....eidem D. Johannino ementi, recipienti pro se et heredibus vel cui ius suum dare voluerit omne suum ius omnemque actionem omniaque sua iura et actiones reales et personales, utiles et directas, tacitas et expressas, mixtas seu pretorias que quidem et quas ipse Jacobus Ans habet, habere visus est vel sperat aut videtur habere vel possidere, nunc et in futurum habere in et super bonis et hereditate predictorum Dominorum Francisci sui patris et Zopi eius avi, videlicet in domo maiori, fortaliciis, dominio, garitta, iurisdicionibus, turribus, sediminibus, frattis ad dictam domum et hereditatem spectantibus et pertinentibus ac massaritiis eorumque bonis et peculeis ac domicalibus et iuribus aliis quibuscumque que fuerunt predictorum olim D. Francisci sui patris et Zopi eius avi et que in tenuta et possessione habebant, tenebant et possidebant ac habere quoquo iure nunc vel in futurum sperabant vel qualitercumque eis possent contingere modis, causis, iuribus et rationibus quibuscumque, cum omnibus mansis, sediminibus, domibus, molendinis, curtis, ortis, braydis, baiarciis, livellis, terris caltis et incultis, pratis, piscationibus Tulmenti et aliis, silvis, montibus et omnibus terris et possessionibus tam propriis quam feudalibus ad ipsam domum et Castrum Ragonee et ad hereditatem dicti olim Francisci et Zopi eiusdem patris et avi spectantia et pertinencia (etc.) quoquo modo, iure vel causa ubicumque infra quascumque confines existencia et situata, salva quam in bonis, mansis, redditibus infrascriptis, que bona, mansi et redditus infrascripti ascendunt ad summam marcarum

V. lla nova seu redditus ad usum curie. Et primo in Villa nova mansus unus olim habitatus per

...toritate apostolica comutamus; scilicet quod quolibet anno mayori annorum proximo pe...
Nicolaus vestiat duas pa...
...rvorum
...peres, seu duas vestes det, et tradat duabus pauperibus, et miserabilibus person...

Romanum et solvit fictus Stariorum duo et medium frumenti, st. duo et medium milii, tantam nonam (lege annonam), congium vini unum, edum unum, spatulam unam, galinas duas, ova xx: item in dicta villa unus mansus rectus per Franciscum qui solvit fictus st. ij et ½ frumenti, totidem milei, totidem nove, congium vini unum, edum medium, spallam unam, galinam unam et mediam cum ovis: item unus mansus in dicta villa rectus per Brunum, solvit st. ij et ½ frumenti, totidem milei, totidem nove, congium vini unum, edum medium, spallam unam, galinas duas cum ovis: item mansus unus rectus per Michignonum dicte ville et solvit st. ij et ½ frumenti, totidem milei, totidem nove, congium unum et medium vini, edum unum, spatulam unam, galinas duas cum ovis. Et predicti omnes massarii solvunt frixa censes octo. Item Martinus Cazolinus solvit spallam unam..... In Carpazo unus mansus rectus per Johannem Pivam qui solvit fictus st. duo frumenti, totidem milei, totidem nove, spallam unam: item idem Johannes et mater eius solvunt pro livello molendini Staria quatuor frumenti, totidem milei, totidem nove, caponos duos, spatulam unam, fugacias duas: Item in Curianone unus mansus rectus per..... solvit fictus Staria duo frumenti, totidem milei, totidem surgi, urnas vini duas, soldos xl: Item in Fossalta unus mansus rectus per Johannem Buteyam solvit Staria duo frumenti, st. duo milei, urnas vini duas: Item in Flumo ser guerre (sic) mansus rectus per dominicum filium Blasutti solvit fictus pro manso olim retento per Johannem Pidrussi st. tria frumenti, totidem milei, totidem surgi, urnas tres vini, spallas duas, galinas duas cum ovis, soldos XVIII: Item idem solvit pro decima Starium medium frumenti, medium milei, medium surgi, urnam mediam vini: item in dicta villa mansus rectus per Blasuttum, filium Nicolaum et solvit fictus Staria tria frumenti, quatuor milei, quatuor surgi, urnas tres vini, spallas duas, galinas duas cum ovis, soldos

Carpaco

Cordenons

Fiume

vero d, cuius tenor de verbo ad verbum in ipso originali est insertus, ad infrascriptam Pacem, devenirunt,

XVII: item in dicta villa mansus rectus per Pentegl, solvit pro manso olim recto per Dominicum filium Pedrusii staria duo frumenti, medium fabarum, duo mili, duo surgi, urnam vini unam, galinas duas cum ovis, brotulos lini quinque et spallam unam: item idem solvit pro decima starium medium frumenti, totidem mili, totidem surgi, urnam mediam vini; item idem solvit pro decima unius mansi recti per Franciscam in.... frumenti unum, unam siliginis, mi... duas surgi et duas mili: item in Cisterna

Cisterna

unus mansus rectus per Cosum solvit staria tria et medium frumenti, quatuor mili et avene, starium medium fabarum, staria duo milli, spallam mediam, galinam unam cum ovis, fixacenses xx, edum medium. Quos mansos, redditus et bona ad dictam summam sex marcarum de reddito ad usum curie spectantes et spectancia non inclusit nec inclusos seu inclusa esse in presenti vendicione voluit, sed ad ipsum et eius heredes perpetuo spectare et pertinere tam in proprietate quam in possessione taliter quod ammodo dictus D. Iohannius suique heredes et cui ius suum dederint, dicta omnia iura et bona et hereditates prenominatas data vendita et cessa, ut dictum est, in perpetuum habeant, teneant et possideant cum accessu, ingressu, introytu et exitu, viis, servitutibus, campis, pratis, paludibus, clausuris, vitibus, arboribus, fossatis, rivis, nemoribus, pasculis, sediminibus, domibus, cureis, ortis, amplis, nuditis, novalibus, venacionibus, piscationibus, aucupationibus, allavione, aqueductis, terra et hedificiis supra se, intra se habentibus usque in vias publicas, dominio, garitto, usu, honore, onere, ... omni et requisicione et cum omnibus aliis iuribus et iurisdictionibus ad dictam domum, castrum, fortilicium, turres et hereditatem et bona predicta vendita, cessa a celo usque ad abyssum, pertinentia et spectantia quoquo modo tam de iure quam de facto; ita quod ammodo dictus D. Iohannius per se

toritate apostolica comutamus; scilicet quod quolibet anno ... Nicolaus vestiat duos pauperes, seu duas vestes det et tradat duabus pauperibus et miserabilibus personis

eiusque heredes supradictum domum, castrum, fondilicia, turres et omnia bona, mansos, possessiones, masnatas, garitum, dominium et iurisdictionem et hereditatem, detractis dictis bonis ascendentibus ad ipsam summam dictorum sex mancorum redditus ad ipsum curie spectantem et spectancia ad dicta bona et hereditatem ut supra dictum est, possit et valeat vendere, dare, donare, infeudare, permutare, locare, delocare, alienare, obligare, in solutum dare, pro anima et corpore iudicare et omnem suam voluntatem et utilitatem facere ~~sine~~ ~~[illegible]~~ contradictione dicti venditoris eiusque heredum seu alterius interposite persone et quoscumque detemptores ~~et quoscumque detem~~ dictorum iurium et hereditatis valeat coram quocumque ~~[illegible]~~ ac iudice ordinario, delegato, subdelegato, ecclesiastico vel civili pro predictis convenire et in causam trahere, agere, deffendere, opponere, respondere, litem contestari, in animam cuiuslibet iurari, testes et instrumenta producere vel probare, sententias audire et si necesse fuerit appellare, appellationem prosequi, componere, compromittere etc.

Actum in Villa Plovie in brayda nobilis D. Simonis de Araplido, recta per Canciorum dicte ville

Dal protocollo orig. di Giovanni q. Albino di Maniago notajo etc. Arch. dei Conti Maniago in Maniago.

vero D., cuius tenor de verbo ad verbum in isto Originali est insertus, ad infrascriptam Pacem, Gerardum,

toritate apostolica confirmamus; scilicet quod quolibet anno majore [illegible]
Nicolaus vestiat duas par
suorum
peres, seu duas vestes det, et tradat duabus pauperibus, et miserabilibus personis

1371. 31 ottobre. [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] Simone q. Tomaso di [illegible], [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] dal [illegible] [illegible] per [illegible]
[illegible], [illegible] [illegible] [illegible].

7

Giovanni de [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] videlicet die ultimo octubris, in [illegible] [illegible] in contrata
de a Hierba, in [illegible] Francisci [illegible] de Sclusa, presentibus
[illegible] [illegible] [illegible] Francisco de [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible],
[illegible] [illegible] Johanne q. [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] de
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et aliis. Cum predictus Simon q. Socii de
[illegible] olim custos carceris Comunis Utini ut asserebatur,
[illegible] quod suo consilio, favore et permissione predictus
[illegible] q. [illegible] Ruino, quem dictus Simon q. Socii in carceribus Co-
munis Utini custodiebat, exivit et recesserit a dictis carce-
ribus, ~~rogavit [illegible] [illegible] dictus Simon de [illegible]~~ [illegible] dictus Simon Socii de Pirgano [illegible] rogavit in [illegible] ut prenominatus

[illegible] [illegible] [illegible] iuramento [illegible] [illegible] et declarationem [illegible]
dicam [illegible] et dicere deberet super premissis. [illegible] quibus
prefatus Simon de [illegible], [illegible] [illegible] et requisitionem dicti
Simonis de Pirgano, dixit et declaravit ac de [illegible] eidem sacra-
mento [illegible] [illegible] notarium [illegible] [illegible] [illegible] sancta Dei evangelia [illegible]
[illegible], quod favore et auxilio [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible], [illegible] Antonii de Montebello exivit et recessit a
dictis carceribus [illegible] [illegible] famule sue q. [illegible] de [illegible] et non consilio,
favore, permissione, [illegible] vel calliditate dicti Simonis de
Pirgano

vero D, cuius tenor de verbo ad verbum in ipso origi-
nali est insertus, ad infrascriptam vacem, gerdiurm,

tontate apostolica comutamus, scilicet quod quolibet anno majori ...
tuorum Nicolaus vestiat dua pa...
pauperes seu duas vestes det et tradat duabus pauperibus et miserabilibus personis

1391, 10 novembre. Cividale. Sentenza dell'Arcidiacono di Cividale contro un' adultera di Rubignacco.

58

Giovanni q. Guglielmo notajo di Cividale Colleg. Pirtz, orig.

A. D. 1391, ind. XIV die veneris X mensis novembris in Civitate Austrie in una domorum habitationis infrascripti D. Francisci Vraisinger, presentibus Ven.li viro D. Martino Canonico Civitatensi, Joanne filio Leonardi de Ruvignacho, Quontio q. Nicolai de Bavaria, Joanne q. Simonis de Tulmetio et aliis.
Cum Ven.lis vir D. Franciscus Vraysinger Aquilegensis et Civitatensis Ecclesiarum Canonicus et Plebanus Goricie et Archidiaconus pro Capitulo Civitatensi, tamquam Archidiaconus carceribus mancipasset Girdrussam filiam quondam Varnerii de Ruvignacho pro eo quod accusata sibi fuit per plurimos quod in adulterio continuo morabatur in domo cum Joanne Morio eius attinente cum quo alias habuit et ad presens habet unam filiam et sic est rei veritas quod ipsa moratur sicut ipsa confessa fuit in domo cum ipso Joanne Morio in domo sua, ad preces tamen, ut dixit, uxoris ipsius Joannis Morii in villa de Ruvignacho, nunc quidem antescriptus Ven.lis vir D. Franciscus tamquam Archidiaconus eamdem Gerdrussam dimisit a carcere cum hoc quod ipsa extra Gastaldiam et districtum Terre Civitatis Austrie per unum annum a proximo festo S. Martini quod erit die Sabati nunc futura inclusive computandum, debeat permanere continuo, nec ad lapsum ipsius anni anni futuri in Gastaldiam et pertinentias predicte Civitatis Austrie quod si ipsa secus fecerit et capi et reperiri poterit per eandem D. Franciscum

Notary in supraseriptas Millesimo, Indictione, Mense, Die vero d, cuius tenor de verbo ad verbum in ipso Originali est insertus, ad infrascriptam Pacem, Iudicium,

vel per alium de eius mandato, tunc ipse possit predictus D. Franciscus Ar-
chidiaconus eamdem Girdrussiam circa Ecclesiam vel Claustrum ipsius Ecclesie
Maioris Civitatensis facere fustigari et verberari. Item quod die domi-
nica proxima futura ad octavam inclusive ipsa Girdrussa extra di-
strictum et Gastaldiam debeat recessisse. Item quod ipsa non loquatur
cum prefato Joanne Moris usque ad predictum unum annum nec etiam
ab hodierna die usque ad predictum unum annum similiter loquatur et
si contrarium ipsa fecerit prefatus D. Franciscus tamquam Archidia-
conus eam capere vel capi facere poterit vel modum tenere quod ad eius
manus perveniat, tunc possit facere verberari ut supradictum est.
Que autem Girdrussa ibidem ad sancta Dei evangelia corporaliter tactis
Scripturis eidem prestito iuramento iuravit et promisit non loqui
cum predicto Joanne Mori ab hodierna die usque ad predictum unum
annum et a die dominica proxima futura ad octavam de Gastaldia et
districtu Civitatis Austrie recedere et extra districtum et Gastaldiam
huiusmodi ipso durante anno morari et in preditam Gastaldiam et di-
strictum ante lapsum ipsius anni non reverti. Hoc tamen dicto et decla-
rato, quod si predicta Girdrussa ante predictum annum maritum acciperet,
tunc ab omnibus supra expositis, dictis et narratis ex nunc sit libera
et absoluta. —

toritate apostolica commutamus, scilicet quod quolibet anno mayori ... Nicolaus vestiat duos pau-
peres, seu duas vestes det, et tradat duabus pauperibus, et miserabilibus personis

1391, 15 novembre. Cividale. Investitura feudale di un molino in Cividale dal nob. Ulvino di Canussio a Giovanni q. Egidio di Cividale

Giovanni q. Guglielmo notajo di Cividale - Collez. Portis, ecc.

A. D. 1391, ind. XIV, die XV mensis novembris, in Civ. Austrie in stupa Consilii presentibus providis et honorabilibus viris Nicolao q. Ancelli, Henrico q. Folcherini, Utussio q. ser Jacobi Subtilis omnibus de Civ. Austrie testibus et aliis.

Accedens ad presentiam Nobilis viri D. Ulvini de Canussio tamquam senioris de domo de Canussio Johannes q. Egidii olim M.ⁱ Johannis Phisici de Civ. Austrie et eidem D. Ulvino tamquam maiori et seniori de domo sua eundem Johannem tamquam maiorem et seniorem de domo sua, de quodam sedimine molendini quod idem Johannes et sui predecessores recognoverunt iure pheudi a domo de Canussio pheudi iure investire dignetur et velit, sito supra Natissa cuius hii dicuntur confines.......

Qui D. Ulvinus tamquam maior et senior de domo sua eundem Johannem tamquam maiorem et seniorem de domo sua de ipso sedimine iure pheudi manualiter investivit, relaxans sibi parato fidelitatis debite sacramentum quod vassallus suo Domino in talibus facere consuevit.

Notarii in suprascriptis millesimo, indictione, mense, die vero ..., cuius tenor de verbo ad verbum in ipso originali est insertus, ad infrascriptam pacem, ...

toritate apostolica comutamus; scilicet quod quolibet anno mayor ...

Nicolaus vestiat duas pa-

tuorum

peres, seu duas vestes det et tradat duabus pauperibus, et miserabilibus personis

1392, 21 Febbrajo. Venezia. Trattato di pace tra il Patriarca d'Aquileja Giovanni di Moravia ed il Comune di Udine per interposizione della Signoria di Venezia. — Seguono le Procure del Patriarca e del Com. di Udine.

60

Dal Vol. 666, 15, MSS Ongaro, Bibl. di Verona, pag. 282.

Copia contemporanea

Copia Pacis inter Reverendissimum Dominum nostrum Johannem Patriarcham ex una et Utinenses ex alia.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo nonagesimo secundo, indictione XV, die vigesimoprimo mensis Februarii. Provida et ineffabilis Dei sapientia pacem vicio primorum parentum infectam de celis ad terrena descendens per discipulos quorum solidam stabilitatem agnoverat, cum discessit ab eis munifica largicione dotavit, cum dixit Pax Vobis. Veruntamen serpentis antiqui perfidia in humanum genus iniquitatis venena diffundens a semitis tranquilitatis et pacis repellere non desinit incessanter, illos presertim qui debent esse unanimes et firma stabilitate conformes. Cum igitur inter Reverendissimum in Christo Patrem et Dominum Dominum Johannem Dei gratia Sancte Sedis Aquilegensis Patriarcham ac .... Nobiles et Sapientes viros .... Homines et Comunitatem suam Terre Utini in tantum maluerit serpentis prefati malignitas quod inter eos multa scandala infinitique errores exorti sunt et maiores procul dubio orientur nisi forent per concordie et pacis medium reformati. Idcirco Serenissimus et Excellentissimus Dominus Dominus Antonius Venerio

Notary in suprascriptis millesimo, indictione, mense, die vero D, cuius tenor de verbo ad verbum in ipso originali est insertus, ad infrascriptam Pacem, concordium,

Dei gratia Veneciarum etc Dux Inclytus una cum suo Consilio pre-
dicta in suo mentis archyvio solita meditacione revolvens et ti-
mens pericula quibus in eo statu tota Patria subiacebat, motus zelo
sincerissime caritatis quam semper habuit et habet ad ipsam Pa-
triam et Aquilegensem Ecclesiam, uti operibus clare patet, Am-
baxiatores partium predictarum ad suam presentiam convocavit ut
posset mulcere animos, iras compescere et rancores expellere de
mentibus earumdem. Et visis et examinatis provide peticionibus,
demandis, questionibus, rancoribus et querelis nec non responsionibus,
replicationibus factis subtiliter hinc inde, tandem ipse partes per ipsius
Serenissimi Principis D. Antonii Venerio Ducis Veneciarum etc atque
Consilii interposicionem, videlicet Rev.dus Pater D. Augustinus Dei gra-
tia Episcopus Concordiensis et Egregius Miles D. Venceslaus de Spegnim-
bergo ac Nobiles et Providi viri D. Johannes Paduanus quondam D. Fran-
cisci de Coloreto et Ser Nicolaus Angelli de Civitate Austrie
sindici et procuratores dicti Rev.mi in Christo Patris et D.D. Jo-
hannis Dei gratia Sancte Sedis Aquilegensis Patriarche, sindi-
cario et procuratorio nomine suo et sue Aquilegensis Ecclesie,
habentes ad omnia et singula infrascripta plenum et sufficiens
mandatum, prout constat publico sindicatus et procurationis
instrumento scripto manu Johannis nati q. D. Odorici de Utino
imperiali auctoritate Notarii publici et scribe patriarchalis
sub Anno Domini MCCCLXXXXII, ind. XV, die VI mensis Fe-
bruarii, cuius tenor inferius est insertus ex una parte et

toritate apostolica confirmamus; scilicet quod quolibet anno ... Nicolaus vestiri duos pau-
pauperum seu duas vestes det et tradat duabus pauperibus et miserabilibus personis

Nobiles et Sapiens ac honorabiles et circumspecti viri D. Andreas de Monticulis licentiatus in iure civili, Ser Nicolaus Manini et Nicolaus Candidi, sindici et procuratores Comunitatis Terre Utini omniumque civium et habitatorum eiusdem habentes similiter ad omnia et singula infrascripta plenum et sufficiens mandatum, ut patet publico sindicatus et procurationis instrumento scripto manu Nicolussii q. Dominici Cuchulussii de Sancta Maria la longa publici imperiali auctoritate notarii in suprascriptis millesimo, indictione et mense, die vero octavo, cuius tenor de verbo ad verbum inferius similiter est insertus, ad infrascriptam pacem, concordium, composicionem, convencionem et pacta solempnibus stipulacionibus hinc inde mutuo et vicissim interpositis, concedente Domino perpetuo duraturam concorditer devenerunt:

Primo quidem quod composiciones et concordia alias facta, inita et firmata inter ipsum Rev.^mum D. Patriarcham et dictam Comunitatem Utini per medium et interposicionem Nobilium virorum Dominorum Gabriel Aymo Militis et Jacobi Gradenigo Militis tunc honorabilium Ambaxiatorum dicti D. Ducis et Comunis Veneciarum, de quibus plene constat duobus publicis et auctenticis instrumentis scriptis et in publicam formam reductis, uno manu providi viri Odorici de Rababellis q. Ser Johannis Duc. Dom. Veneciarum notarii in MCCCLXXXIX, ind. XII, die X mensis Marcii, altero manu providi et discreti viri Johannis de Andalo imp. auctoritate notarii ac Ser.^mi DD. Ducis et Illustrissimi Dominii Veneciarum

Notary in suprascriptis millesimo, indictione, mense, die vero 8, cuius tenor de verbo ad verbum in ipso originali est insertus, ad infrascriptam Pacem, concordium,

scribens in MCCCLXXXXI, mensis Februarii, die XXI, ind. XIV, sint firma et valida et debeant a partibus predictis inviolabiliter ob=servari et in omnibus que aspirarent mitti executioni iuxta ipsorum concordiorum et compositionum substanciam et tenorem nisi per presentem compositionem et concordium foret supra aliquo vel aliquibus ex contentis et specificatis in instrumentis predictis aliquod diminutum, additum vel correctum, in quo casu debeat per partes secundum quod continebitur in prefati concordio integraliter observari.

Item fuit actum et conventum inter dictas partes nominibus quibus supra, pro eo quod per Ambaxiatores D. Patriarche dicebatur, quod Utinenses fecerant certas Constituciones seu Statuta absente dicto D. Patriarcha de Patria, que vertebantur in preiudicium suum et sue Aquilegensis Ecclesie etc.: quod Statuta et Constituciones predicte facte per dictos Utinenses, cum ipsas fecerint ut credendum est pro bono et conservacione Terre Utini, sint valide et in sua permaneant fir=mitate et in occurrentibus pro tempora possint facere Constitutio=nes et Statuta, servatis antiquis moribus et consuetudinibus Terre Utini et aliter non.

Item actum fuit et conventum inter dictas partes supra facto Con=silii quod fit per Utinenses in Utino, quod de cetero dicti Utinen=ses debeant in facto dicti sui Consilii servare vetustos mores Utini et facere secundum quod continetur in instrumento concor=dii celebrati inter partes per nobilem virum D. Gabrielem Aymo Mi=litem et successive per D. Jacobum Gradonico Militem confirmati.

toritate apostolica confirmamus; scilicet quod quolibet anno maiori [illegible]
Nicolaus vestiat duos pau
tuorum
peres, seu duas vestes det et tradat duabus pauperibus, et miserabilibus personis

Insuper quod per Comunitatem predictam Utini missus fuit unus Ambaxiator in Curia ad presentiam D. Pape, ad tractandum contra ipsum D. Patriarcham: conventum fuit inter partes predictas, quod dicti Utinenses debeant omnino desistere a tractando vel procurando aliquid contra ipsum D. Patriarcham et suum honorem. Sed si de novo aliquid orietur circa premissa, quod absit, Ducale Dominium Veneciarum debeat providere sicut sibi utile videbitur pro bono, quiete et pace Patrie Forijulii et Ecclesie Aquilegensis.

Item actum fuit inter dictas supra facto mandati facti per illos de Utino Francisco Ser Nissii propter querelam factam per ipsum Franciscum Marescalcho dicti D. Patriarche de iniuria sibi dicta per Laurencium Sgarbelinum notarium de Utino, quod sub pena ducatorum ducentorum non deberet in facto ipso procedere: quod Marescalcus predictus procedere possit et facere in dicto facto secundum quod sibi de iure videbitur, quia dicta Comunitas de hoc contenta erit.

Item actum et conventum fuit inter dictas partes nominibus quibus supra, quod dacia hucusque imposita per Comunitatem Terre Utini sint valida et firma et debeant permanere sicut posita sunt. Sed pro tempora futura ipsa Comunitas non possit de novo ponere vel augere sibi aliqua dacia, nisi servatis antiquis moribus et consuetudinibus Terre Utini servari solitis superinde.

Notarii in suprascriptis Millesimo, Indictione, mense, Die vero d., cuius tenor de verbo ad verbum in ipso Originali est insertus, ad infrascriptam Pacem, Gerdiurm,

Item quia per Ambasiatores dicti D. Patriarche dicebatur, quod Utinenses Cortinam S. Odorici alias iustis caussis cum consilio Nobilium de Patria per ipsum D. Patriarcham seu de eius mandato destructa, reformaverunt etc., actum et conventum fuit inter ipsas partes, nominibus quibus supra, quod postquam ipsa Cortina rehedificata est, ut non damnificentur pauperes persone que construxerunt domos suas et alia tegumenta in ea, debeat remanere in eo statu in quo est ad presens. Sed de cetero Utinenses predicti nec habitatores dicte Cortine possint ullo modo facere fortifficari dictam Cortinam ultra quam sit ad presens absque licencia et voluntate dicti D. Patriarche. In facto vero custodie ipsius Cortine, debeat servari sicut servabatur temporibus antiquis.

Item actum fuit et conventum inter partes predictas quod Nicolaus Baldane civis Utini, occasione represalie per eum facte vel aliquorum ab eo dependencium, ab ipso D. Patriarcha non debeat molestari, sed ipse D. Patriarcha debeat procurare de concordando hoc factum regulando et providendo per talem modum quod mercatores et mercaciones secure ire et redire possint ut est moris.

Item supra eo quod per Ambasiatores Utini petebatur quod D. Patriarcha deberet restituere Communitati Utini quattuor mille novecentum ducatos auri per eum habitos pro promovendo

toritate apostolica comutamus; scilicet quod quolibet anno maiori [illegible]
Nicolaus vestitus duos pa-
tuvorum
neves, seu duas vestes det et tradat duabus pauperibus, et miserabilibus personis

ipsam Comunitatem ad statum et honorem etc, actum fuit inter dictas partes quod dicta quantitas quatuor milla novecentum ducatorum libere ipsi D. Patriarche debeat remanere secundum quod alias extitit terminatum in concordiis suprascriptis.

Item actum et conventum fuit inter partes predictas, nominibus quibus supra, quod Castrum Buye quod per ipsos Ambasiatores Utini restitui petebatur heredibus q. D Federici de Savorgnano Civibus Veneciarum, debeat multis racionibus et causis remanere dicto D. Patriarche sicut est ad presens. Verum teneatur et debeat ipsos heredes omnia alia iura, honorificencias et bona sua ob contemplacionem Excelse Dominationis Veneciarum prescripte cuius sunt cari et dilecti Cives et Nobiles et pro omni bona causa et respectu tractare et tractari facere dulciter, favorabiliter et benigne et habere eos et negocia sua apud suam gratiam recomissos.

Item conventum et tractatum fuit, quod requisicio que fiebat per Utinenses predictos de duobus millibus ducatis restituendis heredibus et consortibus quondam dicti D. Federici de Savorgnano pro facto Castri Savorgnani, admitti non debeat sed annullari, quia in aliis concordiis fuit positus finis in facto predicto.

Item supra eo quod per suprascriptos Sindicos et Ambasiatores Utini petebatur nomine quo supra, quod D. Patriarcha promitteret et cum effectu faceret emendari et reffici damna illata Sintino de Antenea

riorum in suprascriptis Mysterino, Indictione, Mense, Die vero &, cuius tenor de verbo ad verbum in ipso Originali est insertus, ad infrascriptam Pacem, Concordium,

et Nicolussio Bevilaque alias captis et taleatis etc, ordinatum et conventum fuit inter ipsas partes nominibus antedictis, quod D. Patriarcha debeat procurare et facere toto posse quod fiat satisfacio ipsis Tintino et Nicolussio de damnis eis illatis, reservando nichilominus eis illud quod provisum est superinde per Consilium Parlamenti. Et nichilominus si casus daret quod illi qui eos ceperunt et taleam dederunt, vel aliquis eorum veniret ullo tempore in manibus illorum de Utino, quod liceat eis ipsos capere et Domino Patriarche seu suis officialibus presentare, ut secundum sua demerita puniantur.

Item actum et conventum fuit inter dictas partes dictis nominibus, quod Leonardus de Andriottis, Jacobus Zoyossi, Nicolaus eius filius, Candidus Thomasini, Nathiussius Brede, Baldissarius sellarius, Johannesq. Thomasii et Gerardus theotonicus usque sex menses proximos a die celebrationis presentis contractus, non possint introduci in Terram Utini pro cessatione scandali et erroris. In fine autem sex mensium predictorum, sex electi per aliam compositionem debeant cognoscere et terminare de illis qui debebant intrare in Utino secundum quod continetur in capitulo dicti concordii facti per D. Johannem Gradonico Militem faciente de hoc mentionem; verum si aliquis vel aliqui ipsorum sex electorum deficeret aliqua causa, tunc loco illius vel illorum

toritate apostolica commutamus, scilicet quod quolibet anno maior ...
Nicolaus vestitus duos pa...
truorum pedes, seu duas vestes det et tradat duabus pauperibus et miserabilibus personis

elligi debeant de aliis per illum modum et sicut dicti primi sex electi fuerunt.

Item supra eo quod petebatur per ipsos Ambaxiatores Utini nomine suprascripto, quod quedam sententia lata contra Leonardum de Gorto civem Utini, filios et attinentes suos et parti ... executioni mandata propter homicidium comissum per Odoricum de Gorto filium dicti Leonardi deberet cassari et annullari et bona eis ablata restitui, domosque diruptas rehedifficari et ad primum statum reduci etc., actum et conventum fuit inter dictas partes, nominibus antedictis, quod dictus Odoricus qui comisit homicidium et familiares sui qui fuissent secum particepes dicti homicidii, debeant remanere in banno sibi dato ut sunt ad presens. Et si contra ipsos familiares non fuisset processum, procedi possit secundum mores et consuetudines Patrie. Verum teneatur et debeat dictus D. Patriarcha de presenti restituere dicto Leonardo et aliis attinentibus suis et de domo sua ac aliis qui forent positi in banno occasione dicti homicidii omnia bona sua mobilia et immobilia in eo statu in quo sunt ad presens, tam confiscata Domino Patriarche quam Ecclesie Aquilegensi vel alio modo in alios alienata, quibus gaudere, uti et facere possint ut primo poterant et facere sibi fieri litteras patentes et speciales sua bulla munitas, per quas ipse Leonardus, filii et attinentes sui et alii de domo sua ac omnes alii qui et que forent positi in banno usque ad duos annos non possint ire in Carneam, sed interim possint ire et stare per totam

... suprascriptis ... , ... , ... , ...
Vero D, cuius tenor de Verbo ad Verbum In ipso Origi=
nali est insertus, ad infrascriptam Pacem, Accordium,

contractam ad beneplacitum suum absque molestia vel contradicione officialium aliquorum dicti D. Patriarche. Completis vero dictis duobus annis, possint ire et redire in Carneam, stare et morari ut poterant ante bannum predictum, sub pena in instrumento prefati contenta, in quam ipso facto incurrisse intelligatur dictus D. Patriarcha si per eum predicta non fuerint adimpleta ut superius dictum est.

Item actum et conventum fuit inter dictas partes, nominibus antedictis, quod Comunitas Utini una cum Ambaxiatore Illustris Due. Dominii mittere debeat decem ex civibus suis ad presentiam dicti D. Patriarche, qui nomine Comunitatis predicte cum illa reverencia que decens erit, debeant, petita venia si aliqua comissa forent contra suam paternitatem per ipsam Comunitatem, promittere sibi de essendo fideles et obedientes uti esse debent boni servitores et de obliviscendo et abolendo omnia preterita. Et versa vice dictus D. Patriarcha debeat ipsos et Comunitatem Utini predictam benigne et graciose recipere et tractare ac oblivioni tradere omnia preterita, ipsamque Comunitatem et Cives promovere ad beneficia et honores Patrie ad beneplacitum suum sicut facit alios fideles servitores suos: ita quod ex toto remissi sint omnes rancores, odia, offensiones, inimicicie et male voluntates et inter eos vigeat de cetero illa fides, illa caritas, illa dileccio et bona voluntas, que debet vigere inter bonum pastorem et gregem sibi comissum, ut illa Patria sit tota unita et unius voluntatis ad conservationem status et libertatis sue sicut fuit temporibus preteritis.

tonitate apostolica comutamus; scilicet quod quolibet anno maior ...
Nicolaus vestiat duas pa...
tuorum
... eves, seu duas vestes det et tradat duabus pauperibus et miserabilibus personis

Insuper quia Magister Iacobinus de Utino medicine Doctor fuit in Curia nomine sue Comunitatis ad procurandam ea que sibi commissa fuerunt per dictam Comunitatem, de quo fortasse D. Patriarcha turbatus est contra eum, actum et conventum fuit inter dictas partes, quod ipse D. Patriarcha debeat ipsum recipere ad gratiam suam, ita quod possit ire et redire per contratam in omnem locum secure et sine aliquo dubio vel rancore. Et similiter possint ire omnes alii cives Utini in omnem partem mercando et faciendo omnia facta sua sicut semper extitit consuetum.

Que omnia et singula supradicta dicte partes et utraque earum dictis modis et nominibus, sibi invicem et vicissim solemnibus stipulacionibus hinc inde interpositis promiserunt attendere, complere et observare et contra in aliquo non facere vel venire sub pena ducatorum quinque millium auri solempniter stipulata. In quam penam incidat utraque ipsarum que predicta non observaverit et adimpleverit et committatur et applicetur parti observanti; contra quam esset contrafactum toties quoties fuerit contrafactum, ratis semper et firmis manentibus omnibus et singulis suprascriptis. Verum ad maiorem firmitatem omnium predictorum voluerunt dicte partes et utraque earum per pactum expressum solempni stipulacione vallatum, quod si aliqua partium reputaret se gravatam, eo quod per alteram non observarentur predicta vel aliquid eorumdem, quod illa pars que reputabitur se gravatam, debeat habere recursum ad Illustre Ducale Dominium suprascriptum

vero D., cuius tenor de verbo ad verbum in ipso Originali est insertus, ad infrascriptam Pacem, Accordium,

et de dicta inobservacione noticiam facere quod Dominium debeat examinare diligenter et videre, auditis partibus, si ita erit, habendo libertatem possendi cognoscere, decidere et terminare sicut sibi videbitur esse iustum. Et si determinabunt aliquam dictarum partium contrafecisse et incurrisse penam predictam, tunc liceat ipsi Dominio intromittere et intromitti facere omnia bona partis que contrafecerit in aliquo predictis vel alicui eorum tam in comunitate quam in specialitate usque ad summam ducatorum quinque millium predictorum assignandorum parti observanti tenoris quociens fuerit contrafactum, ratis et firmis semper manentibus omnibus et singulis suprascriptis. Obligaverunt insuper Sindici et Procuratores dictarum partium nominibus supradictis sibi invicem una pars alteri et altera alteri omnia bona eorum quorum sunt Procuratores et Sindici mobilia et immobilia, presentia et futura pro observacione omnium et singulorum contentorum in presenti contractu. Et ad maiorem roboris firmitatem dicte partes in animas constituentium corporaliter tactis Sacrosanctis Scripturis iuraverunt ad sancta Dei evangelia, predicta omnia et singula habere et tenere rata, grata et firma, attendere, complere et observare et non contrafacere vel venire, renunciantes per pactum expressum in predictis omnibus et singulis, omni exceptioni et condicioni sine causa vel ex iniusta causa presentis contractus non celebrati, doli, mali et in factum ac beneficio restitucionis in integrum pacis et concordie, promissionum, convencionum, pactorum, remissionum et aliorum predictorum non sic factorum et factorum

toritate apostolica commutamus; scilicet quod quolibet anno maior ... Nicolaus vestiat duos pa
tuorum
peres, seu duas vestes det et tradat duabus pauperibus, et miserabilibus persone

et omni alii exceptioni, defensioni, iuri, legum et decretorum auxilio, omnique privilegio, litteris, graciis et absolucionibus impetratis vel impetrandis, quibus contra predicta vel aliquod predictorum possent se tueri aut dicere, facere vel venire. Promiserunt eciam et solemniter convenerunt predicte partes, videlicet utraque ipsarum nominibus antedictis, quod tam ipse D. Patriarcha quam Comunitas Utini sub penis et obligationibus suprascriptis infra unum mensem per instrumentum publicum sua bulla bullatum ratifficabunt, approbabunt et confirmabunt cum solempnitatibus opportunis omnia et singula in presenti instrumento contenta, ipsumque mittent ad manus dicti D. Ducis et Comunis Veneciarum pro maiori validacione omnium predictorum. Voluerunt insuper et asseverunt suprascripti sindici et procuratores utriusque partis, nominibus suprascriptis, quod per me Guillielmum q. ser Tomasini de Vicenciis et providum virum Iohannem de tridalo notarios imperiales infrascriptos et utrumque nostrorum, fiant de predictis duo publica instrumenta eiusdem consonancie et tenoris, quorum unum detur uni parti et alterum alteri ad cautelam.
Tenor vero mandatorum, de quibus supra fit mencio et primo mandati D. Patriarche sequitur prout infra:

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo nonagesimo secundo, indict. XV, die VI mensis februarii. Actum in Civitate Austrie, Aquilegensis Diocesis, in patriarchali palacio, in sala parva ante capellam ipsius palacii, presentibus Nobilibus et egregiis viris Dominis Bennessio de Solossim Militis infrascripti D. Patriarche Curie Magistro,

vero D, cuius tenor de verbo ad verbum in ipso originali est insertus, ad infrascriptam Pacem, Accordium,

Bernardo q. D. Osalci de Strassoldo, Nicolao q. Ramphini de Oda-
griz infrascripti D. Patriarche familiari, providis et discretis
viris Ser Johanne Antonio q. Ser Gabrii, Ser Ottussio q. Jacobi Sub-
tilis ambobus de dicta Civ. Austrie et Gasparino q. Ser Baldassarii
de Venzono testibus et aliis in multitudine copiosa.
Ibique Rev.mus in Christo Pater et D.D. Johannes Dei gratia sancte sedis
Aquilegensis dignissimus Patriarcha, suo seuque Aquilegensis Ecclesie
nomine, omnibus modo, via, iure et forma quibus melius et efficacius
scivit et potuit, fecit, constituit et ordinavit Rev.dum in Christo
Patrem D.D. Augustinum Dei gratia Episcopum Concordiensem
et Nobilem ac Providos viros D. Johannem Paduanum q. D. Franci-
sci de Coloreto et Ser Nicolaum Angelli de Civ. Austrie ibidem
presentes et hoc mandatum in se sponte suscipientes ac Nobilem et
Egregium Militem D. Venzeslaum de Spegnimbergo absentem tam-
quam presentem et quemlibet eorum insolidum, ita quod occupan-
tis condicio potior non existat, sed quod unus vel duo aut tres ipsorum
inceperit seu inceperint, alter seu alii mediare valeant, prosequi
et finire, suos et sue Aquilegensis Ecclesie veros et certos nuncios,
actores, factores, negociorum gestores, sindicos et procuratores
legittimos, specialiter ad comparendum et se presentandum coram
Inclyto et Excelso D.D. Antonio Venerio Dei gratia Duce Veneciarum
etc., nec non egregiis et sapientibus viris Dominis Consiliariis eius ac
quibuscumque aliis per eiusdem Duc. Dominii Magnificenciam
deputatis et deputandis et ipsorum quolibet, pro tractatu et ad
tractandum et faciendum purum et verum concordium et com-
posicionem, nec non conveniendum, concordandum, paciscendum et

./.

toritate apostolica comutamus, scilicet quod quolibet anno ...
Nicolaus vestiat duos pa...
tuorum
pauperes, seu duas vestes det et tradat duabus pauperibus, et miserabilibus persone...

componendum, ac tractatus, convenciones, paciones, concordias et pacta faciendum, iurandum et firmandum de omnibus et singulis litibus, differenciis, questionibus, rancoribus, iniuriis, damnis et dissidiis, vertentibus et que verti possent quacumque causa vel occasione quacumque inter suprascriptum Rev.mum D. Patriarcham ex una parte et Comunitatem seu Universitatem suam Terre Utini, eiusque cives et habitatores ex altera, sub quibuscumque modis, formis, pactis, promissionibus, condicionibus, cautelis et clausulis oportunis, de quibus idem D. Patriarcha facere posset si personaliter interesset et ad iurandum ac quidlibet licitum iuramentum et oportunum in animam ipsius constituentis prestandum; cartas et instrumenta rogandum, faciendum, dandum et recipiendum cum stipulacionibus, obligationibus, promissionibus, terminis, condicionibus, pactis, convencionibus, penarum adiectionibus, iuramentorum promissionibus seu prestacionibus, renunciacionibus, cautelis, articulis et clausulis oportunis. Supra quibus omnibus et singulis et aliis dependentibus et conexis ac prorsus extraneis, prefatus Dominus constituens eisdem sindicis et procuratoribus suis potestatem, facultatem, auctoritatem, libertatem et bayliam omnimodam contulit, concessit et dedit et generaliter ad omnia et singula alia faciendum, gerendum, procurandum, firmandum et promittendum que in predictis omnibus et singulis ac dependentibus et conexis ac prorsus extraneis fuerint procurandum, faciendum et promittendum et non contrafacere vel venire aliqua racione vel causa, de iure vel de facto, sub ypotheca et obligacione

notary in suprascripto Instrumento, indicione, mense, die vero d, cuius tenor de verbo ad verbum in ipso Originali est insertus, ad infrascriptam Pacem, Concordium,

omnium bonorum suorum et sue Aquilegensis Ecclesie supradicte mobilium et immobilium, presentium et futurorum.

Et ego Johannes notarius quondam D. Odorici de Utino Aquil. Diocesis, publicus imp. aut. Notarius et Patriarchalis Scriba premissis omnibus et singulis presens fui et rogatus ac de mandato dicti Domini constituentis scripsi et fideliter publicavi meis hic signo et nomine appositis consuetis in fidem et testimonium omnium premissorum.

Tenor vero mandati Comunitatis Utini est in hac forma:

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo nonagesimo secundo, ind. XV, die VIII mensis Februarii, actum Utini in Cancellaria Comunis, presentibus providis et discretis viris M.° Dominico aurifice q. Venuti, et Galleotto q. Ser Galidessii de Andriottis de Utino, Antonio q. Ser Federici de Fagarea, M.° Nicolao notario q. Juliani de Plano Carnee, Francisco draperio q. Stephani de la Burgalina et Hermanno q. Hermanni scarparii de Utino omnibus Utini habitantibus testibus et aliis pluribus ad hec vocatis specialiter et rogatis.

Ibique convocato ad sonum campane more solito et congregato ibidem pro infrascriptis specialiter peragendis Generali Consilio Terre Utini coram discreto viro Odorico notario de Carnea Vicecapitaneo pro sapienti viro D. Lodovico de Biscoffis de Saulo in iure canonico licentiato
Rev.mi in Christo Patris et D.D. Johannis Dei gratia Sancte Sedis Aquilegensis Patriarche honorabili Capitaneo Terre Utini prelibate, in quo quidem

toritate apostolica comutamus; scilicet quod quolibet anno ...
Nicolaus vestiat duos pauperum
pares, seu duas vestes det et tradat duabus pauperibus, et miserabilibus personis

Consilio interfuerunt Nobiles, Sapientes et Honorabiles et discreti viri S. Andreas de Montealbis licentiatus in iure civili, Magi=
ster Jacobinus de Burgo eximius artium et medicine Doctore, Ser Hector Miulitta, Ser Nicolaus Manini, Ser Valentinus de Valentinis, Ser Chulussa de Bombeniis, Ser Franciscus de Cavalcantibus, Petrus de Belloniis, Ser Leonardus de S. Daniele, Tintinus de Artenea, Monachinus de Pangano, Johannes de Faganea, Nicolaus Candidi, Gerardus Ser Guilielmi, Manfredus draperius, Nicolussius Ser Zanni, Nicolaus de Toppo, Christoforus Zignotti, Masserdus de Andriottis, Johannes de Ottaginis, Franciscus de Percoto, Andreas de Paona, Candidus de Pricento, Nicolaus Baldane, Thebaldus de ..., Petrus barberius et Johannes Decanus de Burgo Aquilegie, Nicolaus de Soldaneriis et Nicolaus de Faganea Procuratores, Nanius de Mulariis Camerarius, Geronimus de Brunaciis et Raynerius de Cavalcantibus Cancellarii Communis Utini omnes Consiliarii prefate Terre Utini ultraque duas partes tocius Consilii dicte Terre Utini representantes, prefatus Nanius Camerarius et camerario nomine dicte Comunitatis Utini, ~~prefatique Consiliarii et Procuratores~~ cum consensu, volun=
tate et consiliaria deliberacione solempni dictorum Consiliariorum eiusdem Terre et specialiter suprascriptorum Nicolai de Soldaneriis et Nicolai de Faganea Procuratorum et procuratorio nomine dicte Comunitatis Utini, prefatique Consiliarii et Procuratores cum consensu et voluntate dicti Camerarii nomine camerario quo supra: ipsi=
que omnes et singuli, unanimiter et concorditer per se ac vice et nomine dicte Comunitatis et tocius Universitatis, omniumque civium et habitatorum Terre Utini predicte, omnibus modo, via et forma quibus melius et efficacius sciverunt et potuerunt, faciunt, constituunt,

Notary in suprascriptis Millesimo, Indictione, Mense, Die vero &, cuius tenor de verbo ad verbum in ipso Origi=
nali est insertus, ad infrascriptam Pacem, Accordium,

creant et ordinant suos et dicte Comunitatis et Universitatis Terre Utini, omniumque civium et habitatorum eiusdem veros et certos nuncios, actores, factores, negociorum gestores ac legittimos Sindicos et Procuratores Nobilem et Sapientem ac honorabiles et circumspectos viros D. Andream de Monticulis licentiatum in iure civili, Ser Nicolaum Mancini et Nicolaum Condoli suprascriptos ibidem presentes et hoc mandatum in se sponte suscipientes, specialiter ad comparendum et se presentandum coram Ser.mo Principe et DD. Antonio Venerio Dei gratia Inclyto Duce et Duc. Dominio Venetiarum etc. nec non egregiis et sapientibus viris Dominis Consiliariis eius et quibuscumque aliis per eiusdem Duc. Dominii Magnificentiam deputatis et deputandis et ipsorum quolibet pro tractatu et ad tractandum et faciendum purum et verum concordium et compositionem, nec non conveniendum, concordandum, paciscendum, et componendum ac tractatus, conventiones, pactiones, concordias et pacta faciendum, ineundum et firmandum, de omnibus et singulis litibus, differenciis, questionibus, rancoribus, iniuriis, damnis et dissidiis quacumque causa vel occasione que dici vel excogitari posset, vertentibus et que verti possent quomodocumque inter Rev.mum in Christo Patrem et DD. Johannem Dei gratia Sancte Sedis Aquilegensis Patriarcham ex una parte et dictam Comunitatem et Universitatem dicte Terre Utini eiusque cives et habitatores ex altera, sub quibuscumque modis, formis, pactis, promissionibus, condicionibus, cautelis et clausulis opportunis, de quibus et que dictis Sindicis et Procuratoribus

toritate apostolica comuramus; scilicet quod quolibet anno ...
Nicolaus vestiat duos pau-
peres, seu duas vestes det et tradat duabus pauperibus et miserabilibus personis

videbitur, sub quibus videlicet ipsi Domini constituentes possent si personaliter interessent et ad iurandum et quidlibet opportunum et licitum iuramentum in animas dictorum constituentium prestandum, cartas et instrumenta rogandum, faciendum, dandum et recipiendum, cum stipulacionibus, obligacionibus, promissionibus, terminis, condicionibus, pactis, convencionibus, penarum adieccionibus, iuramentorum in animas dictorum constituentium prestacionibus, renunciacionibus, cautelis, articulis et clausulis opportunis, supra quibus omnibus et singulis et aliis dependentibus et conexis et prorsus extraneis prefati Domini constituentes eisdem Sindicis et Procuratoribus suis potestatem, facultatem, auctoritatem, libertatem et bayliam omnimodam contulerunt, concesserunt atque dederunt et generaliter ad omnia alia et singula faciendum, gerendum, procurandum, firmandum et promittendum et in ipsis concludendum et conclusive conveniendum que in predictis omnibus et singulis ac dependentibus et conexis et prorsus extraneis necessaria et opportuna fuerint et que dictis Sindicis et Procuratoribus videbuntur etiam si talia forent que mandatum exigerent speciale et que dicti Domini constituentes facere, procurare, promittere et firmare possent si personaliter interessent, dantes et concedentes dictis Sindicis et Procuratoribus suis in predictis omnibus et singulis ac dependentibus et conexis et prorsus extraneis plenum, liberum mandatum ac etiam speciale ubi exigitur, cum plena, libera, speciali et generali administracione et potestate procurandi et faciendi omnia et singula supradicta et quidlibet eorundem: promittentes michi Notario infrascripto tanquam publice persone stipulanti et recipienti vice et nomine omnium et singulorum quorum

Notariy In suprascriptis Millesimo, Indictione, mense, Die vero &, cuius tenor de verbo ad verbum In ipso Originali est Insertus, ad Infrascriptam Pacem, accordium,

interest vel interesse poterit quomodolibet in futurum forma, rata et grata perpetuo habere et tenere, attendere et observare omnia et singula que dicti Sindici et Procuratores in predictis et quolibet predictorum ac dependentibus et conexis ac prorsus extraneis duxerint procurandum, faciendum et promittendum et non contrafacere vel venire aliqua ratione vel causa, de iure vel de facto, sub ypotheca et obligacione omnium bonorum dicte Comunitatis Utini mobilium et immobilium, presentium et futurorum, pro quibus quidem Sindicis et Procuratoribus eorum prefati Domini constituentes nominibus quibus supra se fideiussores constituerunt in omnibus capitulis et clausulis presentis mandati, sub ypotheca et obligacione predictis.

Et ego Nicolussius q. Dominici Chuchulussii de S. Maria la Longa Utini habitator publicus imperiali auctoritate Notarius suprascriptis omnibus et singulis presens fui et ea rogatus scribere scripsi et publicavi, signumque meum apposui consuetum in testimonium premissorum.

Actum Veneciis in Ducali Palacio, presentibus egregiis et sapientibus viris DD. Leonardo Dandulo Milite et Petro Mocenigo Procuratoribus Sancti Marci, Michaele Steno Procuratore Ecclesie S. Marci et Benedicto Superantio honorabilibus civibus Veneciarum ac sapienti et circumspecto viro D. Petro de Rubeis honorabili Cancellario Comunis Veneciarum nec non providis viris Ser Johanne Vido, Ser Johanne Plumacio notariis Comunis Veneciarum, Ser Johanne q. D. Odorici de Utino notario patriarchali et Nicolussio q. Dominici Chuchulussii de S. Maria la Longa habitantibus Utini testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis et aliis.

Ego Guillelmus q. Ser Thomasini de Venciis imp. auct. Notarius et Ducatus Veneciarum Scriba, predictis omnibus et singulis presens fui et rogatus scripsi, meorumque signi et nominis munimine roboravi in fidem et evidenciam omnium premissorum.

Ego Johannes de Anulo q. D. Petri de Veneciis publicus imper. auct. Notarius et Ducatus Veneciarum Scriba, predictis omnibus et singulis presens fui et rogatus scripsi meorumque signi et nominis munimine roboravi in fidem evidenciam omnium premissorum.

toritate apostolica commutamus; scilicet quod quolibet anno ...
Nicolaus vestiat duos pauperes
tuorum
nerves, seu duas vestes det et tradat duabus pauperibus, et miserabilibus personis

1392 21 Febbrajo.
Concordia fra el Pat. e la Com. di S. Daniele
e la com. di Udine.

In Nomine Domini, Amen. Hoc est Exemplum Cuiusdem Capituli per Inclytum ducale Dominium Venetorum Inter Infrascriptas Partes facti et Celebrati, et ex vero Originali transumptum per me Gerardum Notarium Infrascriptum, Cuius tenor talis est etc.

In Christi Nomine, Amen, Anno Nativitatis eiusdem Millesimo Trecentesimo Nonagesimosecundo, Indictione quintadecima, Die 21, February, Provida et Ineffabilis Dei Sapientia Pacem quam primorum Parentum Infectam de Coelis ad terrena descendens per Effusionem proprii Sanguinis Reformavit In Terris, suosque discipulos quoque solidam stabilitatem agnoverat quam discessit ab eis munifica largitione dotavit, quum dixit Pax Vobis, Verumtamen Serpentis antiqui Perfidia In humanum Genus Incunctabile venena diffundens e semitas tranquillitatis et Pacis Repellere non desinit Incessanter, Illos praesertim qui debent esse unanimes, et firma stabilitate conformes, Quum Igitur Inter Reverendissimum In Christo Patrem Do. Do. Johannem Dei Gratia Sanctae Sedis Aquileiensis Patriarcham, et Nobiles et Sapientes viros homines et Comunitatem suam Terrae Utini In tantum Invaluerit Seminator praefati Malignitas quod Inter eos Multa Scandala Infinitique Errores exorti sunt, et Maiores procul dubio orirentur, nisi forent per Concordii et Pacis Medium Reformati, Idcirco Serenissimus et Excellentissimus Do. Do. Antonius Venerio Dei Gratia Venetiarum etc. Dux Inclytus, Una cum suo Consilio Praedicta In sua Mentis Archivo solita Meditatione Revolvens, et timens Pericula quibus In eo Statu tota Patria subiacebat, Motus Zelo sincerissimae Charitatis quam semper habuit et habet ad Ipsam Patriam, et Aquileiensem Ecclesiam ut operibus clare patet, Ambassiatores praedictarum Partium ad suam Praesentiam quae cavit ut posset Animos Mulcere, Iras Compescere, et Rancores expellere de Mentibus eorundem, Et visis, et examinatis Partium Petitionibus, Demandis, quaestionibus, Rancoribus, et querelis, Nec non Responsionibus et Replicationibus subtiliter factis hinc inde, Tandem Ipsae Partes per Ipsius Serenissimi Principis Do. Antonii Venerio Ducis Venetiarum etc. suique Consilii Interpositionem Videlicet Reverendus In Christo Pater Do. Augustinus Dei Gratia Episcopus Concordiae, et Egregius Miles Do. Vincislaus de Spilimbergo, ac Nobiles et prudi viri Do. Johannes Paduanus quondam Do. Francisci de Colloreto, et Nicolaus Ancelli de Civitate Austriae Sindici, et Procuratores dicti Reverendissimi In Christo Patris Do. Do. Johannis Dei Gratia Sanctae Sedis Aquileiensis Patriarchae Sindicario et Procuratorio Nomine suo, et suae Aquileiensis Ecclesiae habentes ad omnia et singula Infrascripta plenum et sufficiens Mandatum, prout constat publico Instrumento Sindicatus et Procuratorii scripto Manu Johannis Nati quondam Do. Odorici de Utino Imperiali Auctoritate Notarii et Scribae Patriarchalis sub Anno Domini 1392, Indictione 15, Die 6. February cuius tenor In Originali est Insertus ex una Parte. Et Nobiles et Sapientes, ac Honorabiles et Circumspecti viri Do. Andreas de Monticulis licentiatus In Iure Civili, Ser Nicolaus Manini, et Ser Nicolaus Candidi, Sindici, et Procuratores Comunitatis et Universitatis terrae Utini, omniumque Civium et Habitatorum eiusdem, habentes similiter ad omnia et singula Infrascripta plenum et sufficiens Mandatum, ut patet publico Sindicatus et Procuratorii Instrumento scripto Manu Nicolussii quondam Dominici Cuculussii de Sancta Maria la longa publici Imperiali Auctoritate Notarii In suprascriptis Millesimo, Indictione, Mense, Die vero 8, Cuius tenor de verbo ad verbum In Ipso Originali est Insertus, ad Infrascriptam Pacem, Concordium,

62

... Vicario ... raccomand...
... Suoi procuratori
... a lui concessa d...
...riani de Civitate
...m vestrorum ami...
...ue antecessoribus
... vestram amicitiam
...do cum Sanctissimus
... divina providentia
...aria mox aeque gratiose
...osteritis contineri, pre...
...gratenus, eius Reve...
... Aquilegensis Patriar...
...ne consanguineis
...rum Monasterii et
...mnius Decano Civita...
... procuratoribus
...trique amicitia
...ctius obligatus, que
...rus

interest vel interesse ...
et grata perpetuo ha...
et singula que dicti ...
dictorum ac dependenti...
procurandum, faciendu...
aliqua ratione vel ca...
gatione omnium bonoru...
lium, presentium et fu...
ratoribus eorum prefa...
supra se fideiussores ...
presentis mandati, ...
Et ego Nicolussius q. D...
Utini habitator publica...
omnibus et singulis p...
publicavi, signumque ...
missorum.
Actum Veneciis in Du...
viris DD. Leonardo Dan...
cti Marci, Michaele ...
Superantio honorabili...
viro D. Petro de Rubeis ...
providis viris Ser Johanne...
ciarum, Ser Johanne ...
lussio q. Dominici Chuchi...
testibus ad premissa ...
Ego Guillelmus q. Ser T...
Veneciarum Scriba, pre...
scripsi, meorumque sig...
evidenciam omnium p...
Ego Johannes de Anadolo ...
et Ducatus Veneciarum Sc...
rogatus scripsi meorumque ...
evidenciam omnium p...

...toritate apostolica comutamus; scilicet q...
...servorum
...neres, seu duas vestes det et tradat...

Compositionem, Conventionem, et Pacta Solennibus Stipulationibus hinc inde mutuo et vicissim interpositis, Concedente Domino perpetuo Duraturam Concorditer devenerunt, Primo quidem quod Compositiones et Concordia alias facta inite et firmata inter ipsum Do. Reverendissimum Patriarcham etc. Et inter alia Capitula quae in ipso Vero et integro Originali Continetur, tale Capitulum Continetur his verbis expressis,

Item fuit Actum et Conventum inter ipsas Partes Nominibus quibus supra pro eo quia Ambasciatores Do. Patriarche dicebant quod Utinenses fecerant certas Constitutiones seu Statuta absque Do. Patriarcha de Patria quae vertebantur in Praeiudicium suum et Ecclesiae Aquileiensis etc. quod Statuta et Constitutiones praedicta per dictos Utinenses facta cum ipsos fecerint ut credendum est, pro bono et Conservatione terrae Utini, sint Valida et in sua permaneant firmitate, Sed et in occurrentibus per tempora possint facere Constitutiones et Statuta, servatis Antiquis Moribus et Consuetudinibus terrae Utini, et aliter non etc. Actum Venetijs in Ducali Palatio Praesentibus Egregijs et Sapientibus viris Do. Leonardo Dandolo Milite, et Petro Mocenico Procuratoribus Sancti Marci, Michaele Steno Procuratore Sancti Marci, et Benedicto Superantio honorabilibus Civibus Venetiarum, Ac Sapiente et Circumspecto viro Do. Petro de Rubeis ipsius Cancellario Generali Venetiarum, Nec non providis viris Ser Johanne Vido, Ser Johanne Plumacio Notarijs Communis Venetiarum, Ser Johanne q. Do. Odorici de Vano Notario Patriarchali, et Ser Nicolussio q. Dominici Cuculusij de Sancta Maria la Longa habitatore Utini Testibus ad Praemissa vocatis et specialiter Rogatis, et alijs etc.

Ego Johannes de Anadolo q. Do. Petri de Venetijs publicus Imperiali Auctoritate Notarius et Illustrissimi Ducatus Venetiarum Scriba his omnibus interfui, et Rogatus scripsi et publicavi etc.

Ego Guielmus q. Ser Thomasini de Vicentijs publicus Imperiali Auctoritate Notarius et Ducatus Venetiarum Scriba Praedictis omnibus et Singulis praesens fui, et Rogatus scribere in hanc publicam formam scripsi Meorumque Signi et Nominis munimine Roboravi

Ego Gerardus q. Magistri Antonij Apothecarij de Utino Imperiali publicus Auctoritate Notarius, Nec non Iudex ordinarius suprascriptum Exemplum Capituli prout supra praemittitur, Sumptum, Exemplatum, et Scriptum a suo vero Originali Instrumento, ut superius etc.

✝

Thulmetium,

Sacilum,

Portus Gruerius,

Maranum,

Mons Falco,

Sanctus Vitus,

Sanctus Daniel,

Ruianum,

Fagenea,

Campa,

Mossa,

62

...d Viath... recomand
... d suoi procuratori
...ppo a lui concessa d

...viani de Civitate

...um vestrorum ami=
...que antecessoribus
... vestram amicitiam
...d cum Sanctissimus
... divina providentia
...tia Roxacensis gratiose
...steritis contineri, pre=
... quatenus penes Reve=
... Aquileyensis Patriar
...ne consanguineis
...rum Monasterii et
...minis Decano Civita
...e procuratoribus
...trique amicitia
...itius obligatos, que

interesst vel interesse j
et grata perpetuo ha
et singula que dicti
dictorum ac dependenti
procurandum, faciendu
aliqua ratione vel ca
gacione omnium bonoru
lium, presentium et fu
ratoribus eorum prefa
supra se fideiussores
presentis mandati, su
Et ego Nicolussius q. D
Ultra habitator public
omnibus et singulis p
publicavi, signumque
missorum.
Actum Veneciis in Du
viris DD. Leonardo Dan
cti Marci, Michaele
Superantio honorabili
viro D. Petro de Rubeis
providis viris Ser Johanne
ciarum, Ser Johanne
lussio q. Dominici Auch
testibus ad premissa vo
Ego Guillelmus q. Ser
Veneciarum Scriba, pre
scripsi, meorumque sig
evidenciam omnium p
Ego Johannes de Anzalo
et Ducatus Veneciarum Sc
rogatus scripsi meorumque
evidenciam omnium p

toritate apostolica comutamus; sericeo
tuvorum
neves, seu duas vestes det et tradat

Inutile

13

1392, 22 febbrajo. Roma. Il Cardinale Pileo di Prata si raccomanda al cav. Corrado Bojani, perchè possano i suoi procuratori prender possesso dell'Abazia di Rosazzo a lui concessa di Pp. Bonifacio IX.

Nobili et egregio Militi D. Conrado de Boianis de Civitate Austrie affini et amico nostro carissimo.

Nobilis affinis et amice carissime. Progenitorum vestrorum amicitie et affinitatis vinculum nobiscum nostrisque antecessoribus indissolubile in opportunitatibus nostris ad vestram amicitiam recurrere confidenter inducit: hinc est quod cum Sanctissimus in Christo Pater et Dominus noster D. Bonifatius divina providentia Papa VIIII nuper nobis de Monasterio et Abbatia Rozacensis gratiose providerit prout in ipsius bullis plenius videre poteritis contineri, prefatam affinitatem vestram confidenter rogamus, quatenus penes Reverendum Patrem et DD. Johannem Sancte sedis Aquilegensis Patriarcham cum vestra Comunitate Civitatense vestrisque consanguineis et amicis intercedere taliter placeat, quod dictorum Monasterii et Abbatie possessio assignetur venerabilibus viris Dominis Decano Civitatensi et Pagano canonico Civitatensi nostris ad hoc procuratoribus specialiter ...... nam nos ipsius Comunitatis vestrique amicitia perpetuo habebit ad omnia eius beneplacita strictius obligatos, que Omnipotens ... ... feliciter et longeve.

Data Rome XXII Februarii

P[ileus] Episcopus Tusculanus
Cardinalis Ravenne

Originale nel Vol. XXVI, 127, Collez. Portis-Guerra.

toritate apostolica comutamus, scilicet q

tuorum
peres, seu duas vestes det; et tradat

2

[illegible]

Giovanni [illegible] not. [illegible] not. Udine

[illegible] 1392, ind. XV die XII mensis marcii [illegible]

[illegible] presentibus [illegible]

[illegible] Johannes [illegible] de [illegible]

[illegible] Stephani [illegible]

[illegible] de [illegible]

[illegible]

[illegible] de Padua [illegible]

[illegible] Stephani [illegible]

[illegible]

toritate apostolica comutamus; scilicet q

suorum

neves, seu duas vestes det; et tradat

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]atione pro [illegible] [illegible]

[illegible]

[illegible]

1392, 18 marzo. Roma. Il Provinciale dell'Ordine dei Celestini raccomanda al Priore dei Celestini di S. Gervasio e Protasio di Udine l'amministrazione spirituale e temporale dell'Abbazia della Belligna, unita a quell'Ordine. —

Notaio Ambrogio di Udine (Archivio generale di Graz)

Frater Jacobus de Ebulo humilis Provincialis Tuscie, Romandiole, Anconitane, Marchie ac partium Aquilegie, sacri Ordinis Celestinorum S. Benedicti, venerabili in Christo Fratri Fratri Johanni de Novelis de Aquila Priori Monasterii S. Johannis Baptiste de Bononia sacerdoti et monacho dicti sacri Ordinis expresse professo in Domino salutem. Provincialatus officii cura in merito nobis ad plenum commissa exigeret non dubitamus ut nostre provisionis oculus singula provincie monasteria et loca quoque videret, tunc cum in Domini grege tute cuncta quiescunt cum nullus ovilis angulus pastoris subterfugit aspectum, verum amplitudo provincie, senecta et nostri corporis modica valetudo que affectamus prohibent ne videamus. Eapropter in vestre sollicitudinis partes illos preelegimus et valde libenter assumimus cum quibus securi nostra possimus onera partiri, hinc de tua sollicitudine et vigilanti circumspectione quam non nunc experimur sed iam a diu plenam fiduciam optinentes te gubbatem et vicarium in temporalibus et spiritualibus sacri Monasterii Abbatie S. Martini Beliniensis prope Aquilegiam

uniti, annexi et indissolubiliter incorporati sacro Ordini nostro Cele=
stinorum Patris nostri Sanctissimi Benedicti et cum eodem unum
corpus effecti per sancte memorie Beatissimum D.D. Urbanum Papam
VI et per presentem Sanctissimum DD nostrum Bonifacium Papam
nonum confirmati et utrusque bullis plumbeis roborati ac Sanc=
ti Ieruasii et Prothasii de Utino nec non et sacri ac devoti
oratorii Corporis Christi prope imperialem civitatem Arene, tenore pre=
sentium duximus statuendum, mandantes tibi in virtute Spiritus
Sancti et obedientie salutaris, quatenus coabbatie et vicarie
officium humiliter et devote suscipias ac devocius exequaris et amotis
fratribus, officialibus et aliis quos harum auctoritate litterarum
possis instituere et destituere superiores et inferiores amovere
et eorum locis alios subrogare cum videris expedire pro tue libito
discretionis ac in casibus a privilegiis et iure communi nobis concessis absol=
vere, ut tibi tamquam nobis ymmo verius Christo et Reverendo DD. nostro
Patri Abbati in omnibus iustis, licitis et honestis que ad predictorum
coabbaciatus et vicariatus plenam administrationem pertinere noscuntur
debeant irrefragabiliter obedire. In cuius rei testimonium presentes tibi
litteras fecimus sigilli quo utimur impressione muniri. Datum Rome
Anno Domini MCCCLXXXXII, die XVIII marcii, XV indictione.

1391 [illegible] [illegible] [illegible] Pi[illegible] [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] Card[illegible] [illegible]

[illegible] 1392, ind. XV [illegible]

[illegible]

[illegible] [illegible] alli et

[illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] Sacilu Plebium [illegible]

[illegible] [illegible], Blaxio de [illegible] et

[illegible]

[illegible] longa et [illegible]

[illegible] [illegible]

[illegible]

[illegible] patriarchar[illegible] [illegible]

[illegible] excommunica-

tionis quam incurrant ipso facto, quod non [illegible]

[illegible] participantium sis, prout in ipsis processibus continetur, [illegible] de

[illegible] [illegible] lectis et vulgarizatis. [illegible] —

5

[illegible]

[illegible]

III. [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

68

1392 - 24 Giugno, Udine - Nicolò q. Tristano di Savorgnano notifica al Comune di Cividale l'uccisione del vescovo di Concordia Agostino.

Nobiles et prudentes viri Domini mei plurimum honorandi. Vestris nobilitatibus et prudentiis harum tenore indicandum duxi qualiter diem hesterna die s. Ulrici equitarem incidi in D. Episcopum Concordiensem quem dum clare inspexissem se una cum sua comitiva contra me malo modo et animo me offendendi dirigere, dubitans ne me trucidaret quemadmodum generosum militem D. consanguineum meum D. Federicum de Savorgnano trucidare fecit, qui Dominus meus sub securitate falsorum consiliariorum et proditoriorum persuasionum ipsius D. Episcopi in templo Dei existens fuit turpissime et crudelissime interfectus, in eundem Episcopum qui potuit sibi ministrare quod mihi ministrare parabat impetum feci, eumque tamquam in meum capitalem hostem tam pro securitate et conservatione mee persone quam pro parte vindicte et ultionis crudelissime mortis prefati consanguinei mei interemi et morti merito tradidi, quare cum justissima causa viscera mea ad hoc excitaverunt omnibus vobis apparere potest. Hinc est quod nobilitates et prudentias vestras instanter exoro quatenus me recomissum habere placeat. Enim si dictas causas recte inspexerint, arbitrabunt me fore penitus supportandum.

D. Utini die 24 Junii. Indic. 15.

Nicolaus q.m D. Tristani de Savorgnano
cum humili recomendatione ac ipsum

Nobilibus et prudentibus viris D. Gastaldioni, Consilio et Comunitati Civitatis Austrie Dominis meis singularissimis

1395

Antonius Dei gratia S. S. Aquil. Patha nobili Tristano de Savorgnan
nostro vassallo et fideli sincere dilecto salutem et gratiam nostram
Porrecta nobis nuper hactenus tua petitio continebat quod cum
nobilis et egregius miles Federicus pater tuus et tui progenitores
ac tu dictus ab longis temporibus retroactis recognoscendo te
nuerint et possederint, ac recognoverint, tenueris et possederis
teneasque, et possideas de presenti certa castra et bona pheuda
lia imposterum a nostris predecessoribus et nostra Aquilegensi
Ecclesia scilicet Castra Pinzani, Flagonee, Osoppi et de Ariis,
cum juribus et pertinentiis eorum omnibus et certa bona sub
castaldia Carnee posita, et nonnulla alia bona de quibus
adhuc claram non habes informationem, nec non castra turris
superioris et inferioris cum porrihs et muta et sedis jurisd
et jurisdictionibus quibuscumque et omnia alia bona que ha
bes et possides in villa de Themau in Carnia cum aliis ju
ribus et jurisdictionibus universis, ac omnia alia et singula bona
que tu et pater tuus eiusque progenitores a nostris Prede
cessoribus nostraque Aquil. Ecclesia predicta recognovisti et
recognoverunt per te ac tuo e nomine Francisci fratris
tui cum instantia humiliter supplicasti ut te pro te
et ipso fratre tuo de ipsis castris et bonis investire dignare
mur eo jure quo progenitores
tui et predecessores dignaremur eo jure quo progenitores
tui et tu ipsa bona a nostris Predecessoribus et ipsa nostra
Ecclesia hactenus tenuerunt et tenuisti, et de gratia speciali
nobiliter illa tenes. Nos vero tuis supplicationibus in hac
parte justis et rationabilibus inclinati te in nostra presentia
fluxis genibus existentem et pro te, ac vice et nomine fratris
nostre Aquil. Ecclesie de supradictis castris et bonis omnibus
cum eorum juribus et pertinentiis universis jure feudi, in
eo jure quo tu et progenitores tui a nostris predecessoribus
nostraque Aquil. Ecclesia supradicta illa recognoverunt, tenue
runt et possederunt ac recognovisti, tenuisti et possedisti per
fimbriam nostre tunice investimus, salvo semper jure nostro

nia et singula que ipsius vigore fuerint promissa conventa et obligata obser,
vare, habere grata et tenere firma sub obligatione suorum bonorum mo,
bilium et immobilium presentium et futurorum, habens videlicet dictus
Petrus procurator ad omnia et singula infrascripta plenum sufficiens speciale
et generale mandatum scriptum Utini infrascriptis millesimo indictione et men,
se, die vero secundo, manu suprascripti Geronimi magistri Dominici de Bruna,
cijs imperiali auctoritate notarii, ut idem Geronimus in presentia omnium testium
et contrahentium asseruit et constare dictum fuit de omnibus et singulis litibus
causis differencijs seu discordiis de quibus supra fit mentio et connexis vel
dependentibus ab eisdem, videlicet prefatus dominus patriarcha cum Commu,
tate Utini et omnibus supranominatis de Sanctodaniele et quolibet ipsorum
et e converso, et Comunitas Utini cum Comunitate Civitatis Austrie si oppor,
tunum est et e converso, et Communitas Civitatis austrie cum supranominatis
de Sanctodaniele et quolibet ipsorum et e converso: Christi nomine invocato
et eius matris Virginis gloriose ad infrascriptam venerunt concordiam et compo,
sitionem e sanctam pacem annuente Domino perpetuo duraturam, et inter
se convenerunt nominibus antedictis prout inferius per ordinem describetur.

Inprimis namque dicte partes dictis nominibus et dicti sindici et procuratores
dictis nominibus fecerunt sibi ad invicem dictis nominibus et modis recipi,
entes finem liberacionem remissionem et absolucionem pacem et concor,
diam de omnibus et singulis offensionibus molestiis violenciis derobacionibus
homicidiis rapinis extorsionibus taleis datis et acceptis inquietacionibus
invasionibus occupacionibus expulsionibus turbacionibus et quibuscunque
injuriis hincinde vel ab aliqua dictarum partium dicto vel facto illatis
usque in presentem diem, et de omnibus et singulis penis damnis et interesse
per dictas partes vel aliquam ipsarum incursis vel commissis occasione pre,
dicta vel aliqua earum et presertim occasione non observancie alicuius
contractus promissionis vel concordii factorum per ipsas partes vel aliquam ea,
rum a die publicationis presentis convencionis retro ac dependentibus ab eis,
dem et de omnibus et singulis ex predictis pro qualibet partium vel ipsarum
aliquam factis tam occasione dice questionis et discordie quam alia quacunque
occasione modo vel forma usque in presentem diem, non intelligendo quod per
hanc generalem remissionem intelligatur esse remissum aliquid delictum
perpetratum per aliquam specialem personam contra et in damprum alicuius
alie persone in specialitate et non occasione contenta in toto presenti con,
tractu et qualibet eius parte —

Item quod convenciones composiciones et concordia alias inita et facta et fir,
mata inter Reverendissimum dominum patriarcham predictum et pre,
dictam Comunitatem Utini primum in millesimo ccc° LXXX nono Indictione
XII, die X marcij, secundum in millesimo cccLXXXX primo mensis februarij
die XXI, Indicione XIIII^{a}, tertium in millesimo ccclxxxx secundo, Indiccione XV,
die XXI mensis februarii Veneciis sint firmate et validate et debeant a partibus
in quantum eas tangunt et spectant, inviolabiliter observari, in omnibus que
restarent mitti execucioni iuxta ipsorum concordiorum et composicionum
sententiam et tenorem, nisi per contenta in tota presenti compositione et pace
et qualibet eius parte foret super aliquo vel aliquibus ex contentis et specifica,
tis in instrumentis predictis aliquid diminutum additum vel correctum
quo casu debeat per partes secundum quod continebitur in presenti concordia
integraliter observari -

Item ~~actum~~ et conventum fuit inter dictas partes nominibus antedictis quod
nobilis vir dominus Conradus de Sanctodaniele libere relaxetur de carcere
per dictum dominum patriarcham vel alios eum tenentes, ita quod sit in
pristina libertate sua et loco securo: qui dominus Conradus et ser Guar,
nerius de Sanctodaniele et omnes alii qui per acceptionem et introytum
supradicti domini patriarche in Castrum Sanctidanielis extra sunt et exive,
runt dictum castrum et locum [duodecim] vel decem ad minus veniant simul
cum prefato ambaxiatore dicti domini ducis et Comunis Veneciarum, vel aliter
ut dicto ambaxiatori videbitur, ad presentiam prefati domini patriarche et
postulata venia, si aliqua commissa forent contra suam paternitatem per
ipsos vel aliquem ipsorum, promittant sibi et jurent per sacramentum de
essendo fideles et obedientes ut esse debent et sunt boni et perfecti servitores,
et versa vice dictus dominus patriarcha debeat ipsos et quemlibet ipsorum be,
nigne et generose recipere et tractare ac eis parcere ita quod ex toto remisse
sint omnes ranchores odia offensiones inimicicie et male voluntates, et inter
eos vigeat de cetero illa clementia illa obediencia illa fides et amor que debet

vigere inter bonum pastorem et gregem sibi commissum –

Item fuit actum et conventum inter dictas partes dictis nominibus et modis quod castrum et locus Manzani remaneat et remanere debeat in potestate et baylia et manibus prefati ser Guarnerij de Sanctodaniele [et] sociorum suorum qui nunc illud tenet, donec et usquequo sententiatum cognitum diffinitum vel concordatum fuerit per sex vel septem arbitratores deputandos per partes iuxta formam conpromissi fiendi ad quem vel ad quos spectat vel spectare debet palatium sive illa domus cum curia existens in castro Sanctidanielis que pro parte domini patriarche asseritur spectare Ecclesie Aquilegensi et per consequens sue paternitati, et pro parte Guarnerij predicti asseritur spectare sibi et consortibus suis: quo facto dictum castrum et locus Manzani restituatur et assignetur ac restitui et assignari debeat per dictum Guarnerium et socios suos, vel alios qui tenerent dictum castrum Manzani, illi vel illis nobilibus quibus spectat vel quibus acceptum fuit, ita quod possint illud integraliter habere tenere et possidere et gaudere possessione et bonis suis pacifice et quiete ut faciebant ante occupacionem et captionem ipsius castri et loci –

Item quod prefatus dominus patriarcha, Comune Civitatis Austrie, et nobiles vel alii ad quos dictum castrum et locus Manzani spectat vel spectaret vel aliquis eorum restituto dicto castro et loco et observato ut supra dictum est nullo unquam tempore possint vel debeant petere aliquid damnum vel refectionem damni vel interesse vel expense, vel aliquam novitatem damnum molestiam vindictam vel gravamen inferre nec petenti vel inferenti consentire occasione predicta vel aliqua eorum dicto Guarnerio vel sociis vel alicui eorum [aut illi vel illis vel alicui illorum qui fuerint causa vel acceperint vel tenerent vel occuparent dictum Castrum Manzani aut prestiterint vel prestant eis vel alicui ipsorum receptamen auxilium consilium vel favorem ymo per pactum expressum eis omnibus remittere et parcere ac eos omnes liberare et absolvere et exnunc liberi et absoluti esse intelligantur et sint –

Item actum et conventum fuit inter dictas partes dictis nominibus et modis quod castrum Sanctidanielis remaneat et remanere debeat in potestate baylia et manibus prefati domini patriarche qui nunc illud habet et tenet donec et usquequo sententiatum cognitum vel diffinitum vel compositum vel concordatum fuerit per sex vel septem arbitratores deputandos per partes iuxta formam compromissi fiendi ad quem vel ad quos spectat vel spectare et esse debet palacium sive illa domus cum curia existens in dicto castro Sanctidanielis de quo vel qua in secundo proxime precedenti capitulo mentio fit: quo facto prefatus dominus patriarcha vel deputandi ab eo sua clementia dignetur et mandet ac faciat cum effectu restitui et poni prefatum dominum Conradum et Guarnerium de Sanctodaniele ac quoslibet alios nobiles et populares et quemlibet ipsorum et illorum qui propter acceptionem et introitum prefati domini patriarche in dictum castrum sunt extra et exiverunt dictum castrum et locum Sanctidanielis in possessionem et tenutam omnium illorum bonorum immobilium que tenebant et possidebant ante acceptionem et introitum ipsius domini patriarche hac condicione et pacto quod predicti et quilibet ipsorum habeant et habere debeant illud ius jurisdicionem et libertatem quod et quas habebant ante predictam captionem et introitum domini patriarche, et possent gaudere possessionibus et bonis suis ac fructibus proventibus et redditibus ipsarum et de eis disponere et facere prout et sicut faciebant et facere poterant antequam prefatus dominus patriarcha intravisset dictum castrum et locum, in qua quidem generali restitutione bonorum immobilium non intelligatur dictum palacium sive domus salvo si fuerit ita sententiatum et diffinitum vel compositum vel concordatum per arbitratores eligendos vel deputandos per partes iuxta formam compromissi fiendi ut de aliis bonis immobilibus cautum et declaratum est supra; si vero aliter sententiatum et diffinitum vel concordatum fuerit, tunc prefatus dominus patriarcha et quelibet dictarum partium et contrahentium teneantur et debeant facere et observare et adimplere sicut per ipsos arbitratores deputandos ut supra sententiatum diffinitum vel concordatum [vel compositum] fuerit in omnibus et per omnia –

Item etiam Comune Utini et nobiles et alii de Sanctodaniele qui exiverunt et extra sunt dictum castrum et locum propter introitum domini patriarche in illud, et quilibet eorum observare et adimplere per dictum dominum patriarcham ea que continentur in proxime precedenti capitulo nullo unquam tempore possint vel debeant petere aliquid damnum vel refectionem damni vel interesse vel expense, vel aliquam novitatem damnum molestiam vindictam vel gravamen inferre nec petenti nec inferenti consentire occasione predicta vel aliqua earum prefato domino patriarche vel marescalcho vel familiaribus suis vel alicui eorum aut illi vel illis vel alicui illorum qui fuerint causa vel acceperunt vel tenent vel occupant dictum castrum Sanctidanielis aut preste

terunt vel prestant eis vel alicui ipsorum receptamen consilium auxilium
vel favorem ymo per pactum expressum eis omnibus remittere et parcere ac
eos omnes liberare et absolvere et exnunc liberi et absoluti esse intelligantur
et sint —

Item quod turris et ille domus ruynate per nobiles et Comune Sanctidanielis
quas prefatus dominus patriarcha asserit esse Ecclesie Aquilegensis et per
consequens sue paternitatis et ei spectare et pertinere prelibatis rationibus et
specialiter propter quamdam permutacionem factam cum ser Galvano de
Sanctodaniele &c. rehedificentur et reducantur in pristinum statum et
redificari et reduci debeant in illo esse et forma in qua erant antequam ruy-
narentur, omnibus expensis omnium nobilium et tocius Comunis Sanctidanielis
et per ipsos omnes nobiles et totum Comune Sanctidanielis fieri debeat intra tem-
pus trium annorum numerandorum a die publicacionis presentis contractus;
intra quod tempus si secundum mores et consuetudines Patrie Fori Julii cognitum
et diffinitum fuerit et cognosci et diffiniri possit quod dicta turris et ille do-
mus non essent nec spectarent vel non esse vel expectare possent prefato domino
patriarche vel Ecclesie Aquilegensi vel quod ipse dominus patriarcha dictam per-
mutacionem et jurisdicionem secundum consuetudines Patrie facere nequivisset,
tunc et eo casu dicta turris et dicte domus debeant esse illius vel illorum cu-
ius vel quorum esse vel adquem vel ad quos spectare et pertinere cognitum et
diffinitum fuerit intra dictum tempus trium annorum numerandorum a die
publicacionis presentis contractus secundum mores et consuetudines Patrie
omni lite et contradicione cessante —

Item quod per viam pacis sive treuge tractetur et fiat cum effectu quod prefa-
tus dominus Conradus et Guarnerius et omnes illi qui sunt extra Sanctumdanie-
lem et intrabunt vel intrare poterunt per formam huius pacis et concordii, et quili-
bet ipsorum cum omnibus illis qui remanserunt et sunt intra dictum castrum et
locum et quolibet eorum et e converso efficiantur amici ac promittant sub certa
pena et iurent per sacramentum non offendere nec dampnificare nec iniuriari ver-
bis vel factis vel alique quovis modo sibi alterutrum, sed tractare et vivere ac con-
versari simul fraterne et amicabiliter prout faciebant ante et facere debent opti-
mi viri fratres et boni vicini; verum in casu quo per sententiam vel concor-
dium dictum palacium et similiter dicta turris et domus que nunc sunt
ruynate vel aliqua dictarum rerum remanent domino patriarche, teneatur et
debeat idem patriarcha mareschalcus familiaris et quilibet officialis suus eun-
do recedendo vel stando in dicto palacio castro et loco ~~Cast~~ Sanctidanielis beni-
gne et amicabiliter videre tractare ac conversari cum prefatis nobilibus omnibus
et quibuscunque aliis predictis de Sanctodaniele et nullam novitatem molestiam
vel gravamen inferre nec inferenti consentire sed potius obviare et resistere toto
posse, et versa vice teneantur et debeant prefatus dominus Conradus et Guarnerius
et alii qui intrabunt dictum castrum per hoc concordium, humiliter videre pre-
fatum d. patriarcham et eum ac officiales et famulos suos amicabiliter et
fraterne tractare et secum conversari, et nullam novitatem vel molestiam in-
ferre nec inferenti consentire vel inferre volenti, sed pocius obviare et resistere toto
posse: et hoc fiat ut omnis error et scandalum cesset, et nutriatur ex parte dicti
domini patriarche et suorum clementia et amor, ex parte illorum de Sanctodaniele
fidelitas et obediencia cum pacis amenitate inter eos perpetuo duratura —

Preterea actum et conventum fuit inter dictas partes nominibus quibus supra
[quod] etiam dictus dominus Conradus et Guarnerius et omnes illi de Sanctoda-
niele et quicumque alius cuiuscumque generis vel nacionis existat exbanniti
vel condempnati occasione predicta vel aliqua earum vel quolibet dependentibus
ab eisdem vel aliqua earum, ac etiam nobilis vir ser Johannes de Zucco
de morte vel captivitate cuiusdam sacerdotis ratatus et exinde bannitus et con-
dempnatus intelligantur esse et sint ipso iure rebanniti aboliti et absoluti ab
omnibus et singulis bannis processibus vel condempnationibus contra eos vel ali-
quem eorum factis vel latis per quoscumque officiales vel quascumque personas,
et de ipsis bannis condempnacionibus et processibus cancellari et aboliri possint et
debeant per quoscunque notarios vel officiales ad talia vel ad similia deputatos
vel deputandos absque requisicione alterius solemnitatis, et nichilominus eorum
pro abolitis et cancellatis habeantur et sint et in integrum restituti intelligantur
esse et sint omnes et singuli supradicti et eorum quilibet, ac etiam ad omnia
eorum bona immobilia quomodocunque ablata vel confiscata predicta occasione
vel aliqua earum restituantur et in integrum restituti sint et esse intelligantur,
et quod de delictis maleficiis vel excessibus predictis occasione predicta vel quolibet
dependentibus ab eisdem quomodocunque commissis vel perpetratis non possit
de cetero cognosci vel aliqualiter procedi vel aliqua sententia ferri vel aliquod gra-
vamen imponi per aliquam dictarum partium vel suos officiales vel aliam quam-
cunque personam; et predicta intelligantur esse recepta et comunia cuilibet
partium predictarum.

Item quod omnes donationes rerum immobilium facte per Andream Pithiano vel aliquem alium vel alios de illis qui sunt extra et exiverunt castrum Sanctidanielis propter introitum domini patriarche predicti Ecclesie aquilegensi sive ipsi domino patriarche cessent et revocentur et pro revocatis cassis et annullatis esse intelligantur et restituantur ut superius dictum est –

Item quod Andreas Pithiano predictus a quadam pena mille ducatorum sub qua sibi per dictum dominum patriarcham seu quamvis aliam personam pro parte eiusdem domini patriarche fuit iniunctum ne recederet a Civitate Austrie et in quam penam mille ducatorum dictus dominus patriarcha asserit ipsum Andream incidisse ex contrafacione dicti precepti seu quavis alia causa et qualibet alia persona que pro eo fideiussisset vel se principaliter obligasset, sint exnunc et in perpetuum liberati exempti absoluti et quietati taliter quod nunquam ex dicta causa per ipsum dominum patriarcham nec aliquam aliam personam molestari possit nec debeat, nec unquam dicta pena nec aliqua sui pars ab ipso ser Andrea nec ab alia quacunque persona que pro eo fideiussisset vel se principaliter obligasset nec heredibus suis peti nec exigi possit vel debeat, intelligendo quod idem Andreas solvat et solvere debeat si aliquid restaret solvere de talea ducatorum millequingentorum sibi inposita –

Item quod Communitas Utini mittere debeat aliquos de civibus suis tot videlicet quot predicto domino ambaxiatori domini ducis et comunis Veneciarum videbuntur, simul cum ipso ambaxiatore ad inclinandum et jurandum fidelitatem et obedienciam dicto domino patriarche et faciendum et cetera prout et sicut continetur in capitulo Concordii facti in MCCCLXXXXII Indicione XV, die XXI mensis februarii de simili materia mentionem agente –

Item actum et conventum fuit inter dictas partes dictis nominibus et modis quod prefatus dominus patriarcha et dictus dominus Conradus et Guarnerius et omnes alii de Sanctodaniele de quibus supra fit mentio, teneantur et debeant subito post publicacionem presentis contractus eligere sex nobiles de Patria Fori Iulii videlicet tres pro parte qui super et de differenciis et litibus existentibus inter dictas partes occasione palacij sive domus cum curia site in castro Sanctidanielis de quibus fit mentio in capitulis antescriptis, habeant per ipsos omnes vel maiorem partem ipsorum liberam potestatem cognoscendi sententiandi et componendi de jure et de facto inter dictas partes, et si non forent concordes dicti sex ipsos, sint et debeant vel maior pars eorum eligere unum alium nobilem de Patria qui omnes septem vel maior pars eorum postea habeant similiter illam et libertatem; ~~et quidquid per eos vel maiorem partem~~ eorum cognitum sententiatum vel compositum fuerit quod dictus dominus patriarcha et dicti de Sanctodaniele teneantur et debeant observare et adimplere et parere ac obedire omni laudo sententie et arbitramento dictorum sex vel septem vel maioris partis et renunciare et promittere non impetrare remedium appellacionis vel reductionis ad arbitrium boni viri sub pena in hoc instrumento contenta; et quod fiat compromissum inter dictum dominum patriarcham pro se et Ecclesia Aquilegensi et illos ex dictis nobilibus de Sanctodaniele pro quorum parte asseritur dictum palacium sive domum cum curia ad eos vel ad aliquem eorum spectare vel pertinere subito post publicacionem presentis contractus in ipsos sex nobiles cum dicta libertate eligendi septimum casu occorrente tamquam in arbitrum et amicabilem compositorem cum pleno et generali mandato in qua efficaciori et ampliori forma fieri potest, statuendo terminum in compromisso usque terciumdecimum diem mensis instantis inclusive; et quod arbitratores qui eligerentur jurent intra dictum terminum videre cognoscere diffinire vel componere et se totaliter expedire secundum puram eorum conscientiam –

Item quod prefatus dominus patriarcha renunciet et renunciare debeat lige et unioni inite inter ipsum et aliquos de Patria in MCCCLXXXXII die ultimo junii, indictione XVª, et cuicunque alie lige quam haberet cum quacunque persona quovismodo; et similiter renunciari facere promittat omnes existentes in dicta liga vel ligis et quibuslibet ipsorum; et Communitas Civitatis Austrie casset et amoveat a vicinancia sua omnes illos castellanos et nobiles ac Comunitates Patrie Fori Iulii quos et quas recepisset in suam vicinanciam de novo, et quod qui vel que in ipsa fuissent antiquitus et eorum vicinancie in ligis et unioni predictis, ut de domino

./.

patriarcha dictum est, renunciet et renunciare debeat et promittat facere dictos tales castellanos nobiles et Communitates et quoslibet ipsorum similiter renunciare; et versa vice Communitas Utini casset cancellet et annullet a vicinancia sua omnes illos castellanos et nobiles ac Communitates Patrie Fori Iulii quos vel quas recepisset in vicinanciam suam de novo et qui vel que in ipsa non fuissent antiquitus et eorum vicinancie et cuilibet lige quam haberent et fecissent de novo ut supra, cum quacumque persona quovismodo renunciet et renunciare debeat et promittat facere dictos tales castellanos et nobiles et Communitates et quoslibet ipsorum similiter renunciare; et exnunc prefatus dominus patriarcha et Communitates predicte et ipsarum utraque renunciaverunt et cassaverunt ligas et vicinancias antedictas et promiserunt ut supra dictum est. Etiam de novo prefatus dominus patriarcha et Communitates predicte et ipsarum utraque seu earum sindici et procuratores necnon quilibet alius ex contrahentibus superius nominatis promiserunt sibi adinvicem solemni stipulacione inire intrare componere et facere de novo ligam unionem vicinanciam et sanctam fraternitatem in forma que publicabitur in generali Parlamento tocius Patrie Fori Iulii fiendo de proximo —

Item quod secundum capitulum convencionis facte et inite inter Reverendissimum dominum patriarcham prefatum et Communitatem Utini in millesimo CCCLXXXXI mensis februarii, die XXI, indictione XIIII, continens quod dominus patriarcha promittit facere cum effectu iuridice procedi et secundum mores et consuetudines Patrie iustitiam fieri contra et adversus omnes et singulos homicidas et alios quoscumque qui interfecerunt egregium militem dominum Federicum de Savorgnano et contra quoscumque in eorum societate existentes et capitulum sextum dicti Concordii continens quod dominus patriarcha promittit fieri facere iustitiam tam de Fratillo quam de ceteris aliis qui fuerunt in sua comitiva ad derobandum vicinos Terre Utini et reddi plenum ius cuilibet expoliatorum contra predictos etc. cassentur revocentur et annullentur et irritentur et pro cassis revocatis et annullatis et irritatis esse intelligantur et sint; et pro dictis omnes contra quos dicta capitula vel aliquid eorum fuerunt formata et de quibus faciant mencionem, et omnes illi et quilibet illorum qui prestitissent eis vel alicui eorum auxilium consilium favorem vel receptaculum vel prestant vel prestarent, intelligantur esse et sint ipso iure rebanniti liberi et absoluti ab omnibus et singulis bannis processibus vel condemnationibus contra eos vel aliquem eorum factis vel latis per aliquam partium predictarum vel eius officiales vel alias quascumque personas; et quod de maleficiis delictis vel excessibus predictis occasione predicta vel quomodolibet dependentibus ab eisdem quomodocumque commissis vel perpetratis non possit de cetero cognosci vel aliqualiter procedi vel aliqua sententia ferri, vel aliquod gravamen inponi per aliquam dictarum partium vel suos officiales vel aliam quamcumque personam, et versa vice etiam omnes et singuli et quilibet illorum qui fuerunt causa vel interfecerunt Reverendum patrem dominum Augustinum olim episcopum Concordiensem et alium vel alios existentes tunc in comitiva sua vel insultarunt vel gravarunt vel aliquam novitatem vel gravamen sive damnum intulerunt predictis vel alicui predictorum vel fuissent in societate aut prestitissent eis vel alicui eorum auxilium consilium favorem vel receptaculum vel prestant vel prestarent si forent exbanniti vel condemnati occasione predicta vel aliqua earum vel quomodolibet dependentibus ab eisdem, intelligantur esse et sint rebanniti liberi et absoluti ab omnibus et singulis bannis processibus vel condemnacionibus contra eos vel aliquos eorum factis vel latis per aliquam partium predictarum vel eius officiales aut alias quascumque personas; et quod de maleficiis delictis vel excessibus predictis occasione predicta vel quomodolibet dependentibus ab eisdem quomodocumque commissis vel perpetratis non possit de cetero cognosci vel aliqualiter procedi vel aliqua sententia ferri vel aliquod gravamen inponi per aliquam dictarum partium vel suos officiales vel

aliam quamcumque personam —

Que omnia et singula suprascripta et infrascripta promise-
runt et solemni stipulacione convenerunt prefati presentes et
dicti omnes contrahentes dictis nominibus et modis et quelibet eo-
rum sibi adinvicem et vicissim singula singulis referendo per-
petuo firma et rata habere tenere et observare et adimplere et
contra non facere vel venire per se vel alium de jure vel de facto
in iudicio vel extra nec contrafacienti vel volenti consentire sub
pena ducatorum quinque milium auri boni et iusti ponderis ac
cunei Veneciarum solemni stipulatione promissa cum refectione
omnium et singulorum damnorum et expensarum litium et exactio-
num. Que pena tociens committatur et debeatur et peti et exigi pos-
sit et valeat cum effectu per partem et contrahentem [et] observantem
predictam a parte non observante vel contraveniente quotiens in
capitulo presentis contractus contra factum fuerit vel ventum vel non
fuerint predicta et infrascripta omnia et singula integraliter observa-
ta. Qua pena soluta vel non exacta seu remissa, predicta omnia et
singula nichilominus firma perdurent et inviolabiliter observentur,
et ad maiorem firmitatem et pro firmiori observatione promissorum
voluerunt et convenerunt dicte partes et quelibet ipsarum per pa-
ctum expressum solemni stipulacione valatum quod si aliqua par-
tium reputaret se gravatam eo quod per aliquam ex altera non
observarentur predicta vel aliquid predictorum, quod illa pars
que reputaret se gravatam debeat et possit habere recursum
ad quinque deputandos per ligam et unionem fiendam. Et
exnunc prout extunc per pactum expressum dicte partes et que-
libet ipsarum subiciunt et obligant se ac subiecte et obligate
esse intelligantur et sint jugo arbitrio et baylie potestati et co-
gnicioni dandi et concedendi dictis quinque et toti lige et unioni
fiende ac cuilibet pacto et obligacioni ac promissioni que ponetur
fiet et continebitur in contractu dicte unionis et lige et quocumque
capitulo eiusdem in omnibus et per omnia. Pro quibus omnibus
et singulis firmiter observandis et adimplendis firmisque perpetuo
tenendis et pro pena solvenda si commissa fuerit obligaverunt
prefate partes et contrahentes dictis nominibus et modis sibi adinvi-
cem et vicissim, videlicet dictus dominus patriarcha omnia sua
bona et Ecclesie sue Aquilegensis mobilia et immobilia presentia
et futura, et dicti sindici et procuratores omnia bona illorum
quorum sunt procuratores et sindici mobilia et immobilia presen-
tia et futura; renunciantes per pactum expressum in predictis
omnibus et singulis omni exceptioni et condicioni, sine causa
vel ex iniusta causa, presentis contractus non celebrate, doli mali
et in factis, actioni ac beneficio restitutionis in integrum pacis
et concordij promissionis convencionis et aliorum predictorum
nomine sic factorum, et omni alii ~~af~~ defensioni exceptioni
juris legum et decretorum auxilio omnique privilegio literis
graciis et absolutionibus impetratis vel impetrandis, quibus con-
tra predicta vel aliquid predictorum posset se tueri aut dicere
vel venire —

Et ad maioris roboris firmitatem dicte partes, videlicet dictus do-
minus patriarcha in animam suam et alie partes in animas con-
stituencium corporaliter tactis scripturis juraverunt ad sancta
Dei evangelia predicta omnia et singula habere tenere firma et
attendere et observare et non contravenire ullo modo ingenio seu forma de
jure vel de facto. Promiserunt etiam et solemniter convenerunt partes predicte
et quelibet ipsarum modis et nominibus antedictis sub penis et obligacionibus su-
prascriptis simul cum dicto domino ambaxiatore mittere eorum ambaxiatores pro-
curatores et sindicos ad ratificandum approbandum et confirmandum omnia et
singula in presenti instrumento contenta in presentia et in manibus prelibati do-
mini ducis et Comunis Veneciarum; voluerunt insuper et rogaverunt prefatus
d. patriarcha et prefati sindici et procuratores cuiuslibet partium predictarum
nominibus suprascriptis quod per me Bernardum de Ardalo imperiali auctoritate
notarium infrascriptum fiant de predictis tot publica instrumenta eiusdem con-
sonancie et tenoris quot necessaria erunt, et quod detur cuilibet partium pre-
dictarum suum ad cautelam —

Actum in Civitate Austrie in orto palacii patriarchalis presentibus Magnifico milite domino Conrado Crayger capitaneo Corinthie, Reverendo patre domino Francisco abbate mosacensi, Egregio milite domino Federico Gleycevr capitaneo Goricie, venerabilibus viris dominis Johanne quondam domini Zerotti decano Civitatis, Antonio de Ronchono decano Utinensi, Coradino de Gulerate utriusque juris doctore vicario in [civilibus]

1393 – Aprile Cividale; Elezione di arbitri nelle differenze tra il Patriarca d'Aquileja coi Signori di San Daniele, per cagione di un palazzo e corte, posti nel castello di S. Daniele. – Segue elezione di un terzo arbitro per detta questione

8

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem MCCCLXXXXIII.

ind. ... die ... mensis Aprilis. Reverendissimus in Christo pater et D.D.

Iohannes Dei gratia sancte sedis Aquilegensis dignissimus presul Ecclesie sue

Aquilegensis ex una parte et providus vir Petrus q. Nicolai de sancto Daniele ~~et tamquam procurator~~ procurator

institutus et substitutus et procuratorio nomine nobilis viri ser Iohannis

q. d. Thomasutti de Sancto Daniele eius proprio nomine et tamquam procurator

nobilium virorum D. Nicolussitti q. d. Lisii et ser Bertoli..... de eodem loco

ac ser Flechi, Artichi, Danielis, Georgii et omnium et singulorum aliorum

de Sancto Daniele predicto damnificatorum qui sunt extra dictum locum sancti

Danielis propter acceptionem eiusdem loci factam per gentes prefati D. Patriarche

habentes ad infrascripta agenda ut ibidem asseritur fuit plenum

et sufficiens mandatum scriptum manu Alexandri notarii de Ceneta

Utini habitantem, ac procurator et procuratorio nomine nobilium viro-

rum ser Francisci q. ser Simonis et ser Nicolai q. ser Artichi de dicto loco

sancti Danielis eorum propriis nominibus et providi viri Andree Pittiani

eius proprio nomine nec non ipsorum trium nobilium infrascriptorum videlicet

ser Guarnerii, ser Francisci q. ser Simonis et ser Nicolai q. ser Artichi

... et nomine nobilium virorum ser Conradi et ser Nicolussii supra-

scriptis fratrum filiorum q. ser Lisii ac ... et nomine ... ser Bertoli pre-

... et omnium singulorum aliorum nobilium de dicto loco Sancti

Danielis et quorumcumque aliorum qui sunt extra dictum

locum propter acceptionem eiusdem supra factam, pro quibus omni-

bus et singulis suprascriptis et quolibet ipsorum dictus Petrus procurator

nomine dictorum ser Guarnerii, ser Francisci q. ser Simonis et ser Vitalis q. ser Artichi promisit de rato et ratihabitione, videlicet facturos et curaturos cum effectu quod supranominati nobiles et omnes et singuli et quilibet illorum quorum nomine dictum mandatum factum extitit ratificabunt, approbabunt et promittent ad omnem requisitionem illorum quorum interesset omnia et singula que ipsius nomine fuerunt promissa, conventa et obligata observare et habere grata et tenere firma sub obligatione omnium suorum bonorum mobilium et immobilium, presentium et futurorum; habens videlicet dictus procurator videlicet Petrus ad omnia et singula infrascripta plenum, sufficiens, speciale mandatum scriptum Utini in presenti millesimo, inditione, mense, die vero secundo, manu discreti viri ser Jeronimi magistri Dominici de Brunaciis de Utino imperiali auctoritate notarii, ut dictus Jeronimus in presentia omnium testium et contrahentium asseruit et constare dictum fuit pro dictis omnibus nobilibus et aliis et quolibet ipsorum et maxime pro illis ex dictis nobilibus de Sancto Daniele pro qua parte asseritur infrascriptum palatium sive domum cum curia ad eos vel aliquem ipsorum spectare vel pertinere ex altera parte.

Volentes adimplere ea que promiserunt et convenerunt in contractu pacis superius celebrato omni modo, via et forma potioribus quibus predicte partes et utraque ipsarum nominibus quibus supra valent,

sponte et ex certa scientia et non per errorem per stipulationem sollempnem promiserunt seque libere compromiserunt de iure et de facto in egregios et nobiles viros dd. Rizardum de Valvasono et Wenzeslaum de Spegninbergo milites ac Iohannem Paduanum de Colloreto pro parte d. Patriarche predicti et egregios et nobiles viros dd. Simonem de Colloreto militem, Dagmum de Castello et Bernardum de Strasolt iudicem electos pro parte dicti Petri procuratoris dictorum nobilium de Sancto Daniele nomine et in omnes ipsos sex et maiorem partem ipsorum ibidem presentium et acceptantium tamquam in suos arbitratores, amicabiles compositores, communes amicos et speciales ... mentatores et laudatores et diffinitores de omni et qualibet lite, causa, differentia et questione seu controversia aut discordia orta vel que oriri timeretur vel posset inter dictas partes occasione cuiusdam palatii sive domus cum curia sibi spectante existente in castro Sancti Danielis in Patria Foriiulii de quo vel qua fit mentio specialis in contractu pacis nuperrime facte salvo eo quod utraque dictarum partium vel earum altera asseret et quod predictum palatium sive domum quoquomodo vel iure ad se spectare et pertinere sive spectasse vel pertinuisse aut in .. ad ipsum ius aliquod pretenderat. Quibus arbitratoribus et amicabilibus compositoribus predicte partes et ipsorum utraque dederunt, contulerunt expressum arbitrium, plenam licentiam et liberam potestatem cum pleno, libero, expresso, generali et speciali mandato per ipsos omnes vel maiorem partem ipsorum in concordia, videndi, cognoscendi,

procedendi, finiendi, terminandi, laudandi seu arbitramentandi
sententiandi et amicabiliter componendi inter dictas partes de
omnibus et singulis supradictis de iure et de facto ad suum
placitum et videre quodcumque ac summarie, simpliciter et de
plano sine strepitu et figura iudicii, quocumque loco et hora, diebus
feriatis et non feriatis, sedendo sive stando, cum scriptura vel
sine, etiam iuris ordine non servato in toto vel in parte, partibus
presentibus vel absentibus, una parte presente et altera absente, citatis
vel non citatis seu requisitis et ex nunc requisitioni renuntiant expresse
dicte partes nulloque quoque pretermisso obstante. Et quod possint
dicti arbitratores et amicabiles compositores premissa omnia et singula
vel eorum aliqua terminare ac diffinire simul vel divisim, semel vel
pluries, dummodo omnes ipsi vel maior pars eorum sint in concordio
Et quod dicti arbitratores et amicabiles compositores et quilibet
eorum iurent ad sancta dei evangelia corporaliter tactis scripturis
in manibus et in presentia egregii et nobilis viri d. Iohannis
Alberto honorabilis ambaxiatoris in Patria Forijulii de mandato
Serenissimi et Excellentissimi d. Antonii Venerio dei gratia incliti
Ducis et Comunis Venetiarum legaliter et fideliter et secundum puram
conscientiam suam videre, cognoscere, procedere, finire, terminare,
laudare et sententiare et amicabiliter componere inter dictas partes
. . . . libertatem ac traditam et superius descript. infra
terminum inferius denotatum. ~~Ubi quidem~~ Et quod in casu quo ~~quod~~ omnes
prediti sex vel maior pars eorum non possent concordare vel esse concordes

tenearitur...... sub debito sacramento corporaliter per eos prestandum infra dictum et infrascriptum terminum elligere unum alium nobilem de Patria qui sit septimus vel per ipsos vel per maiorem partem in concordia qui septimus debeat iurare similiter ut et alii fecerint. Postea vero omnes dicti septem in concordia seu maior pars eorum habeant libertatem et licentiam ac potestatem supra et infrascriptam in omnibus et per omnia.

Insuper promiserunt partes sibi invicem supra omnia et singula suprascripta et infrascripta effectualiter adimplere et inviolabiliter observare ac stare et parere omnibus diffinitioni, pronunciationi seu arbitramento factis seu ferendis per dictos arbitratores et amicabiles compositores de iure et de facto inter supradictas partes in et supra omnibus et singulis premissis vel ipsorum aliquibus et in continenti eis prolatis ipsa approbare et emologare et in nullo contrafacere vel venire de iure vel de facto per se vel alia aliqua ratione vel causa. Et quod contra predictam pronunciationem, diffinitionem seu arbitramentum remedium appellationis, nullitatis, reclamationis, correctionis, reformationis, reductionis ad arbitrium boni viri seu restitutionis in integrum vel aliquod privilegium sive rescriptum vel aliud quodcumque remedium non intentabunt aut impetrabunt per se vel alios et intentatis seu impetratis non utentur neque aliquo alio beneficio seu remedio iuris vel facti per quod dicta pronunciatio, diffinitio arbitramentum supra premissis vel aliquod premissorum infringi posset vel quomodolibet viciare in totum vel in partem, expresse et specialiter. Promittentes per solempnem stipulationem sibi ad invicem dicte partes parere cuilibet laudo et diffinitioni predictorum arbitratorum . . . . dampnum, partium predictarum vel alicuius . . . . . . de omni lesione, ... , enormitate quantumcumque magna vel parva et ex nunc dicte partes . . . . . .

. . . . possent

renuntiare specialiter et expresse lige si societatem durare debeat

ad octavam

~~usque ad octavam~~ pasche resurrectionis . . . .

~~durabit durare debeat usque~~

Que omnia et singula suprascripta et infrascripta promiserunt solempni stipulatione predicte partes sibi ad invicem firma et rata perpetuo tenere, attendere et observare et adimplere et in nullum contrafacere vel venire et non contradicere laudo arbitrio, dicto, diffinitioni, dispositioni, pronuntiationi, decisioni, determinationi et sententie eorundem arbitratorum et amicabilium compositorum et communium amicorum aliqua ratione causa vel ingenio, de iure vel de facto, sub illa eadem pena continetur in contractu pacis, exigenda et cognoscenda et declaranda ut continetur in dicto contractu pacis in omnibus et per omnia et obligatione omnium et singulorum bonorum prefati d. Patriarche et sue Ecclesie Aquilegensis et illius vel illorum quorum est vel sunt procuratores. Que pena totiens committatur et exigi possit per alteram partium predictarum attendentem et observantem premissa et que laudata, pronuntiata et firmata fuerunt per prefatos arbitratores et amicabiles compositores a parte non attendente et non observante premissa, quotiens contrafactum fuerit vel contraventum premissis vel alicui premissorum vel cessatum aut obmissum fuerit attendere et observari. Et promiserunt dicte partes sibi ad invicem reficere et restituere omnia et singula dampna et expensas quas et que fecerant vel habuerint in causa et extra pro plenaria observatione omnium et singulorum que in predictis laudo et sententia [illegible] arbitramento prefatorum arbitratorum latius continebuntur.

Sub pena et obligatione predictis et ad maioris roboris firmitatem prefatus d. Patriarcha in animam suam et predictus procurator in eis illorum quorum est constitutus corporaliter tactis scripturis iuraverunt ad sancta dei evangelia predicta omnia et singula attendere et observare et adimplere et in nullo contrafacere vel venire ullo ingenio seu forma.

Actum in Civitate Austrie in orto palatii patriarchalis, presentibus magnifico milite d. Conrado Crayger Capitaneo Carinthie, reverendo patre d. Francisco abbate Mosacense, egregio milite d. Frederico Gleyncer Capitaneo Goricie, venerabilibus viris dominis Johanne q. d. Peroti decano Civitatensis, d. Antonio de Marconis Decano Utinensi, Conradino de Galerate utriusque iuris doctore vicario in spiritualibus, Sancto de Peregrinis licentiato in iure canonico vicario in temporalibus prefati d. Patriarche, sapientibus viris dominis Pagano de Civitate, Bartholomeo de Siliverigo canonicis Civitatensibus, et nobilibus viris ser Vidaso q. d. Andree de Attems et discretis viris ser Johanne de Susanna de Utino Cancellario prefati d. Patriarche et ser Jeronimo mag. Dominici de Brunaciis de Utino Cancellario Communitatis Utini testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis et aliis.

Ego Bernardus de Andalo filius ser Marci de Venetiis imperiali auctoritate notarius nec non scriba Ser.mi d. Ducis et ducalis dominii Venetiarum predictis omnibus presens fui et rogatus scripsi signumque meum apposui consuetum.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem, millesimo, indictione et mense suprascriptis, die vero septimo, in Villa de Remanzas, districtus Civitatis Austrie, in Eclesia dicte Ville. Convenerunt simul d. Bernardus de Valvasono et Venzeslaus de Spegnimbergo milites et d. Iohannes Paduanus de Colloreto pro parte d. Patriarche et d. Simon de Colloreto miles, d. Doynus de Castello et d. Bernardus de Strasolto iunior pro parte nobilium de Sancto Daniele, omnes sex electi arbitratores supra differentiam palatii sive domus cum curia de quo vel qua fit mentio in compromisso antescripto, qui in presentia et in manibus d. Iohannis Alberto ambasiatoris ducalis dominii Venetorum supra altari tactis corporaliter scripturis iuraverunt ad Dei evangelia infra terminum statutum per partes et notatum in compromisso, videre, cognoscere, laudare, sententiare, diffinire et amicabiliter componere de iure et de facto secundum eorum puram conscientiam de et supra differentia palatii sive domus cum curia predictis et se expedire infra dictum terminum sequendo formam compromissi et libertatem eis traditam in omnibus et per omnia; presentibus discretis viris ser Iohanne de [illegible] Ancillarum prefati d. Patriarche et Petro de Monasterio notario Civitatensi testibus ad hec vocatis specialiter et rogatis et aliis

[illegible] Bernardus etc.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem, millesimo, indictione et
mense prescriptis, die vero duodecimo, in Villa de Remanzas in Ecclesia
dicte Ville, districtus Civitatis Austrie. Convenerunt simul omnes predicti
sex arbitratores electi, qui tanquam avidi expedire se de lite eis com=
promissa, ymo astricti debito sacramenti; videntes et cognoscentes termi=
num compromissi expirare per diem sequentem et non valentes se nec maiorem
partem ipsorum concordari iuxta formam compromissi; ellegerunt et consti=
tuerunt omnes concordes in septimum arbitratorem egregium d. Artichum
comitem de Porciliis ibidem presentem, dantes vigore libertatis eis tradite
quam quilibet ipsorum habet
per formam compromissi ... libertatem ~~et baylium et arbitramen~~
... d. Artichus prius auditis ... in pace et forma compromissi ... bono d.
~~tum, potestatem ... supra altari dicte Ecclesie~~
Patriarche et Ecclesie Aquilegensis et totius Patrie Forijulii, accepto
... dictam libertatem et baylium et arbitramentum, potestatem nec
... in supra altari dicte Ecclesie tactis corporaliter scripturis, in manibus
dicti d. ambaxiatoris iuravit ad sancta dei evangelia infra terminum
... atum per partes et notatum in compromisso, videre, cognoscere, laudare,
sententiare etc., ut alii sex fecerant et superius continetur in omnibus et
per omnia; presentibus domino presbitero Johanne q. magistri Leonardi de Utino
et nobili viro d. Johanne q. d. Guarnerii de Cucanea testibus ad hec voc...
... ecialiter et rogatis et aliis.

Ego Bernardus etc.

Da perg. orig. mutila dell'Arch. Concina in S. Daniele del Fr. ...

Ac
Magn
pattie
rico
quon
Utin

N. di Ragogna not. in Fagagna Arch. not. Udine

A.D. 1393, ind. 1. die 8 M. Aprilis, actum sub logia Comunis Faganee presentibus Floreno q. ser Bernardi et Bernardo q. Curnatii de Chiavottacho etc. Ibique Nicolaus Burellus Gastaldio Faganee ac Lussius et Nicolaus q. Iohannis de consensu omnium hominum de Comunis Faganee fecerunt constituerunt et ordinaverunt eorum Nuntium ser Justum ibidem presentem etc. specialiter ad intrandum in ligam cum D. Patriarcha et cum Comunibus de Patria Foriiulii. —

Ac
Magr
patri
rico
quos
Utin

1393 . 23 maggio Portogruaro. Antonio Panciera vescovo di Concordia investe Tomaso q. d. Guecello di Polcenigo, procuratore di sua moglie Nicolotta q. d. Federico di Cucagna, del feudo di Margarij

10

in christi nomine amen. Anno ab eiusdem nativitate 1393 indictione prima die vero 23 maii. in Portugruario in Portunovo ante domum habitationis infrascripti ser [illegible], Presentibus ser Nicolusio q. ser Iacobi della Betta de Portugruario d. Aurelino dicto [illegible] familiare infrascripti ser [illegible]

[illegible] Thoma nuntio curie episcopalis palatii Portugruarii [illegible]

[illegible] vocatis et rogatis. Coram honorabilibus et circumspectis viris ser Andrea Panciera et ser Petrobono notario de Portugruario Reverendi in Christo patris et d. d. Antonii Dei et Apostolice sedis gratia episcopi Concordiensis procuratoribus generalibus [illegible] nobilis vir ser Thomasius quondam [illegible] d. Guecelli de Pulcinico tamquam procurator et procuratorio nomine d. Nicolotte uxoris sue ac filie q.m d. Federici de Cucana prout de procuratione docuit scripto manu Iohannis Francisci q.m Iacobi de [illegible] notarii publici sub anno d. 1384 indictione 7a die XX. mensis septembris, ac vice et nomine Pauli, Iohannis et Petri fratrum filiorum suorum ac filiorum dicte d. Nicolotte uxoris sue [illegible] quod feudum de Margariis antiquitus ab ecclesia concordiensi habuerunt et pacifice possederunt et ipsi ser Thomasio dictis nominibus [illegible] Reverendum Patrem et d. d. bone memorie Fratrem Augustinum episcopum Concordiensem [illegible] vestigia predecessorum suorum [illegible] prout de dicta investitura docuit scripta manu Nicolussii q.m Leonardi [illegible] de Ripis de Cordevado imperiali auctoritate notarii sub 1349 indictione 2a die vero nono mensis septembris, ipsis Procuratoribus humiliter supplicavit [illegible] de feudo predicto [illegible] prefati d. episcopi [illegible] investi[illegible] offerens se prestiturum quodcumque iuramentum [illegible] et ad quamcumque obligationem et [illegible] prefati [illegible] forma dicte [illegible] investiture [illegible] iuxta et secundum formam [illegible] ser Thomasio [illegible] tempora [illegible] et protestans quod idem ser Thomasio non stetit [illegible] cum per ipsum [illegible] investituram dicti feudi non [illegible] a prefato d. episcopo infra [illegible] dictam investituram [illegible] Qui d. d. Procuratores prefato ser Thomasio responderunt quod ipsius protestationem in quantum de iure tenebantur admittebant [illegible] insuper eidem quod ipsum de dicto feudo investire [illegible] gratia [illegible] ad hoc nullum sufficiens habebant mandatum, de quibus omnibus et singulis [illegible] dictus ser Thomasius rogavit me Guidonem notarium infrascriptum ut de predictis publicum conficerem instrumentum

75
6

450

A 11 B

De' Gismani della Carnia

Nota e Documento.

Vidonus q. Martini tamquam Gastaldio et Factor generalis Nobilium DD. D. Rizardi militis, D. Simonis q. D. Johannis et D. Odorici q. D. Ulrici de Valvasono in presentia dictorum testium et mei Melchioris notarii constitutus exposuit dicens quod prefati Domini sui de Valvasono fuerunt nuper requisiti et convocati per quendam nuncium pro parte D. Abbatis Sextensis ac hominum aliquarum Villarum circumstantium Abatie Sextensi, quod ipsi Domini venire aut mittere debeant in hodierna die ad Gruarium ad videndum fieri divisiones Comugnarum que spectant indivisim dicte Abatie dictis Villis circumstantibus ibi et Gruario et hoc pro parte dicti Gruarii que spectat et Dominis ipsis pertinet. Quapropter Vidonus ipse vice et nomine prefatorum Dominorum dixit et exposuit, quod Domini ipsi non volebant assentire de presenti ulli divisioni faciende ad presens supra predictis pro parte eorum Gruarii et sic protestatus fuit quod ulla divisio facienda supra predictis absque eorum voluntate seu

consensu non preiudicet eis. Item protestati sunt quod si aliqua persona contra eorum velle vel scire acceperit de iuribus et dominio suo quod et que Domini ipsi habent in Grecavii in villa vel pertinentiis Grecavii non preiudicet eis vel acquirat ~~eis~~ ei.

Cum omni etc. –

1394, 6 aprile Valvasone. Appalto di Dazj di Valvasone fatto da quei Nobili Consorti.

Melchiorre de Melchioribus not. di Valvasone. Arch. not. Udine.

A. D. 1394, ind. II die lune sexto aprilis, actum Valvesoni sub logeta burgi anterioris, presentibus Odorico q. Ser Antonii, Cumucio q. Iohannis, Rodulfo q. Iuste, Pirino q. Zanchini omnibus habitantibus Valvesoni testibus et aliis. 25

Egregius Miles D. Rigardus q. D. Henrici de Valvesono per se et suis Consortes de Valvesono pro quibus promisit et se obligavit de ratihabitione, dedit vendidit et tradidit Laurencio q. Georgii de Castilucto habitanti Valvesoni stipulanti per se etc. Datium totum panis, vini, olei et carnium que in Valvesono vendentur hinc et a die dominica proxime futura ad unum annum proxime subsequendum. Et hoc pro pretio et foro XXVIII marcarum soldorum parvorum. Supra quo quidem pretio prefatus D. Rigardus contentus et confessus fuit ibidem se habuisse e recepisse a dicto Laurentio libras centum soldorum parvorum et ducatum unum auri: residuum vero dicti pretii idem Laurentius per se etc promisit et stetit dare prefato D. Rigardo stipulanti pro se et dictis suis Consortibus hinc ad medium annum proxime futurum, obligans eidem D. Rigardo quo supra nomine stipulanti pro predictis sic attendendis omnia eius bona etc. — Cum omni etc.

1394, 22 aprile. Cividale: Nuovo giuramento di fedeltà prestato dal Comune di Cividale al Patriarca d'Aquileja Giovanni di Moravia.

26

Arch. Mun. di Cividale. (Coll. Coccina MSS. Font.)

Noverint Universi presentes literas inspecturi quod licet Nos Gastaldio, Provisores, Consilium et Commune Civitatis Austrie ex debito teneamur Sancte Aquilegensi Ecclesie matri totius Patrie Fori Julii atque nostre eiusque Patriarchis et Rectoribus debitas prestare reverentias et honores solemus ex quodam singularis devotionis affectu et pro honore et statu ipsius Aquilegensis Ecclesie ac Reverendissimi in Christo Patris et Domini nostri D. Johannis Dei gratia S. Sedis Aquilegensis Patriarche dignissimi conservatione per nos ac nostre Comunitatis nomine tenore presentium fideliter promittimus eundem Reverendissimum Dominum antedictum D. Johannem Patriarcham Aquilegensem dignissimum eiusque statum, ipsamque suam Aquilegensem Ecclesiam bona fide, sine fraude in eorum iuribus manutenere, totisque viribus et posse pravegere et defensare ac assistere eidem Domino nostro Patriarche contra quoscumque ipsum Dominum nostrum Patriarcham eiusque Aquilegensem Ecclesiam gravare seu molestare volentes. Quam quidem promissionem prevalere volumus non obstantibus aliquibus Ligis seu promissionibus contra presentes litteras si contigerit in posterum faciendis. Ipse namque Reverendissimus Dominus noster D. Patriarcha similiter promisit nos nostrosque districtuales, terrigenas et concives conservare, tueri et defensare contra quoscumque ipsamque Terram Civitatis Austrie pro posse in omnibus pravegere prout in suis litteris evidentius continetur. Harum sub prefati Reverendissimi nostri Patriarche de certa scientia atque nostri sigilli appensione testimonio litterarum. Data in Civitate Austrie, sub MCCCLXXXXIV, ind. II, die vero XXII mensis aprilis.

Signum Civitatis.

d

1374, 1 Maggio. Vienna? Alberto duca d'Austria commeda il Capitanato di Trieste a Rodolfo di Walsee.

27

Nos Albertus dei gracia dux Austrie, Stirie, Karinthie et Carniole, comes Tirolensis etc. recognoscimus ac notum facimus per presentes quod nos considerata maturitate, prudencia ac fidelitate nobilis viri fidelis nostri predilecti Rudolffi de Walsse marescalli provincialis ducatus nostri Austrie, sibi capitaneatum civitatis et districtus nostri Tergesti pro nobis ac illustribus nostris nepotibus carissimis commisimus et committimus per presentes, dantes sibi eciam quo supra nomine mandatum plenum et sufficiens omnia et singula que nostre potestatis ibidem fuerint aut esse possint vel debeant exercendi et statuentes vigore presencium quod omnia et singula que per ipsum agentur et gerentur inibi omnino valeant ac robur plenum obtineant eisque stetur per omnia cum effectu. Ea propter prudentibus viris fidelibus nostris dilectis ...... vicecapitaneo ...... potestati ...... iudicibus ...... consilio et ...... communi civitatis et districtus nostri Tergesti predicti omnibusque aliis quorum interest vel intererit firmiter committimus et mandamus quatenus predicto Rudolffo de Walsee tamquam suo capitaneo pro nostri parte pareant in omnibus

fideliter quousque nos vel nepotes nostri id duxerimus revocandum. Et in huius nostre commissionis evidentiam presentes nostri sigilli robore mandavimus communiri.

Datum Wienne die Veneris Kal. Maij anno domini MCCC nonagesimo quarto, indictione secunda.

Sotto la piegatura: Dominus Dux per dominum Anthonium prepositum Wiennensem.

Pergamena con sigillo. Arch. di Stato in Vienna. Repert. XXIV.

28

1394. 7 maggio. Cividale Proibizione di presentare lettere papali o bolle senza il permesso del patriarca.

1394 7 maggio Cividale

Conradinus de Sallecake iurisutriusque doctor, S. Columbani de Bonensia Vica_
rius Rev in X. patris et DD iohannis Dei gratia s. sede Aquil. dignissimi
Patre in spiritualibus Vicarius generalis universis et singulis Abbatibus, Prio-
ribus Decanis Archidiaconis, Prepositis, Plebanis, Vicariis et aliarum Ecclesiarum
Rectoribus Aquil. Diocesis salutem in Domino. Cum dudum per nostras patentes
litteras in forma publici edicti foribus Ecclesie civitatensis et inherentes de mandato
prefat. Rev. d. Patte affixas inter alia ex certis iustisque causis mandavimus
quatenus nullus Clericus aut laicus cuiuscumque conditionis, gradus seu preemi_
nentie existat, auderet aliquas literas seu processus d. Pape, Auditorum, seu
Delegatorum alicuius presentare alicui persone, Collegio aut universitati Eccle_
siastico seu seculari nisi primo et ante omnia eas presentaverit prefato d. Patte
aut eius Vicario sub pena centum ducatorum et excommunicationis ut sic et
aliter in dictis nostris litteris latius et plenius continebatur. Verum cum nu_
presbiter quidam ser Nicolaus Bandenda q. ser iohannini de Civitate Austria
qui se gerit pro Canonico civitatensi temerarie et scienter quasdam litteras
auctoritate cuiusdam Auditoris prefati d. Pape presentavit Canonicis et Capitulo Civita_
tensi propter quod non exhibit dubium eundem ser Nicolaum in dictas penas
incidisse. Quocirca nos tenore presentium declarato penas eundem ser Nicolaum
dictas penas incidisse mandamus vobis omnibus et singulis prefatis ad quos
presentes advenerint quatenus sub pena excommunicationis et Interdicti
in ecclesiis prefatis debeatis dictum ser Nicolaum publice dupra vicarium

A.N.M.O.

1394.

Alessio notajo di Cividale. Arch. Not. Udine.

In Christi nomine amen. Anno a nativitate ejusdem MCCCLXXXXIV, ind. II, die tercio mensis septembris in patriarchali palacio Civitatense iuxta puteum, presentibus sapientibus, nobilibus et honorabilibus viris Domino Andrea de Utino q. Ser Johannis de Montichulis in iure civili licentiato, infrascripti D. nostri Patriarche in temporalibus vicario generali, Johanne Tonso q. Gabrii, Nicolao Angelli, Hermanno q. Leonarducii, Andalpreto notario q. Ser Meynardi et Johanne notario q. Ser Guillelmi Viri omnibus de dicta Civ. Austrie, Duracio q. Ser Durigussii de Attemps et Gerardo q. Ser Gabrielis dicti Bock de Conegliano testibus et aliis ad hec vocatis et rogatis.

Ibique Rev.mus in Christo Pater et Dominus noster gratiosissimus D. Johannes Dei gratia S. Sedis Aquilejensis Patriarcha dignissimus, considerans quod infrascripta permutacio fit de re simili ad similem, ceditque ad maximum comodum Ecclesie sue Aquilejensis pro palacio patriarchali Civitatensi augmentando, per se vice et nomine Ecclesie sue Aquilejensis et successorum suorum, dedit, tradidit, concessit et permutavit discreto viro Odorlico not. q. Petri de Civitate predicta per se suisque heredibus et cui dare voluerit recipienti quandam domum cum curtis eis pertinentibus seu adherentibus, salvo iure Capituli Civit. et Andree Mestroni de burgo S. Petri dicte Civitatis, sitis in dicta Civitate in parochia S. Petri, quarum hii sunt confines, ab una parte est domus Nicolai not. dicti Chulissi de Civitate, ab alia est domus Ser Antonii Galli de dicta Civitate, a tercia est murus antiquus terre Civitatis, a quarta est domus Johannis Futerli de Gagliano et a

quinta est via publica etc. solvendo annuatim Capitulo Civit. in festo S. Blasii, iure livelli denarios Aquil. monete XXXII et Andree Mestroni denarios quatuor, pro quibus quidem domibus, prefatus Odorlicus pro se et heredes dedit, permutavit, tradidit et in cambium concessit suprascripto R.mo in Christo Patri et D. D. Iohanni etc.

D

meas domos cum curia seu curiis, salvo iure Custodie Majoris Ecclesie Civit. et infrascripti livelli supradict. D. Patriarche, positas in Civ. Austrie in contrata Monasterii maioris Civitatensis, quarum domorum cum curiis hii sunt confines, a b una parte possidet D. Nicolussia relicta qm. Marinutti de Civ. Austrie, ab alia est Palatium Patriarchale, ab alia est via publica, ab alia est domus. ..... ville S. Georgii etc. solvendo annuatim in festo S. Blasii eidem D. Iohanni Patriarche successoribusque suis super curia posteriori libram piperis unam et Civit. Custodie maj. Ecclesie libras aliquas ... denarios ... de Iohanni q. Guillelmi, not. etc. ... valores ... parvulorum etc. – –

30

1394, 14 Settembre. Muggia. Lamenti del comune di Muggia vedendosi chiamato in giudizio per aver punito alcuni ribelli.

Strenuo et potenti militi D. Conrado De Boyanis de Civ. Austriae amico carissimo.

Strenue Miles et precordialis amice carissime. Iuvat vobiscum nostra miscere lamenta, nostrosque recensere labores cum prosperitatum et adversitatum nostrarum vos censeamus esse participem. Accepimus pridie quasdam litteras citatorias nobis porrectas ex parte sapientis et circumspecti viri D. Andree de Monticulis in temporalibus Vicarii generalis ac Iudicis Commissarii constituti per Reverendissimum in Christo Patrem et Dominum nostrum D. Patriarcham, in quibus inter cetera continetur quod nostrum Commune Mugle coram ipso comparere

debeat ad instantiam iniquissimorum proditorum Hermanni de Utino, Joannis Blancolini et Alexii

ad allegandum iura propter que dictos proditores in perpetuale posuerat exilio de Terra et Districtu Mugle et quare eorum bona confiscaverit et alia multa. Quapropter cum ex antiqua consuetudine nostra in cuius contrarium memoriam non existit late fuerint quamplures et innumerabiles sententie per Potestates, Capitaneos, Vicarios et Terre Mugle Rectores, que numquam per Rectorem seu Sancte Matris Ecclesie Pastorem Aquilegensem extitterunt revocate. Ideirco vestra prelibata amicitia deprecamur quatenus nos in nostris antiquis consuetudinibus conservare .... dictamque citationem revocare:

Data Mugle die XIV septembris, ind. II.

Lucas Viadro Capitaneus, Iudices, Consilium et Commune Terre Mugle

Collezione Bini = Guerra in Civid. copia =

Pubb. dal Dott. Vinc. Joppi nell'Archeografo Triestino 1877 Vol. 5.

1394. 1 Ottobre. [illegible]

[illegible]

Giovanni di Everardo di Cividale notaio. Arch. not. Udine.

A. D. 1394, ind. 2, die 1 octobris, in Civ. Austrie, in contrata S. Francisci, presentibus Ven.lis viris DD. Martino de Parma, Bartholomeo de Silivencha ac Stephano Noz canonicis Civitatensibus, provido ser Candido q. Tomasini de Utino testibus et aliis.

Honorabilis ser Adam q. ser Nicolai de Civitate tanquam nuncius ut ibidem asserebat ellectus datus et assignatus per Rev.mum in Christo Patrem et Dominum nostrum D. Johannem Patriarcham Aquilegiensem dignissimum ad ponendum et inducendum Rev.dum in Christo Patrem et D. D. Antonium Dei gratia Episcopum Concordiensem seu eius nuncium et procuratorem, posuit in tenuta et corporali possessione domus olim bone memorie D. Augustini predecessoris eiusdem D. Antonii Episcopi Concordiensis posite in Civitate in contrata S. Francisci iuxta domum D. Bartholomei predicti, curiam Guielmini Puppi et domum Bartholomei, Antonii Felicis et viam publicam, posuit et induxit D. Petrum de Pinano canonicum Civitatensem procuratorem asserentem dicti D. Episcopi et eius vice ac nomine recipientem in possessione eiusdem dando sibi rectum hostii in manu et inducendo eum in domum predictam [illegible] cuiuslibet persone, qui D. Petrus dicto nomine apparuit non solum corpore

[illegible]

nell
181

Littera missa per Com. Civit. Austrie Ducali Dominio Venetiarum. 1394. 14 8bre Cividale partecipa al Doge la morte del Pat.a Giovanni

Illustrissime ac Excellentissime Princeps et Domine.

Ad celsitudinis vestre notitiam heu dolentes presentium lacrymabili excitatione producimus, qualiter hesterna die xiii. currentis huius mensis Octobris Rev.mus in Christo Pater et Dominus noster D. Johannes Dei gratia S. Sedis Aquil.s Patriarcha in castro Utini fuit gladio interemptus, de cuius ab humanis recessu Serenitas vestra supplicamus velit in intimis condolere quia Excellentie vestre verus amator erat et amicus precipuus. Apud Beatitudinem SS.mi Domini nostri Pape interponendo omnimodas partes vestras ut dignetur Aquilegensi Sancte Sedi de Pastore idoneo Vestre dominationi grato et fructuoso providere, qui faciat et ita aptus pro hac Forijulii Patria, quam S. Aquilegensem Ecclesiam et specialiter nostram hanc Terram Civitatem Austrie habere dignetur et velit a celsitudine vestra gratissime recommissas. Oratorem nostrum in hoc facto idoneum ad presentiam Vestre Serenitatis propter evitandam suspitionem non misimus ut deceret quare supplicamus ut excusatos habeat vestra Dominatio benignius reputatos.

Date in Civ. Austrie die 14 Octobris, ind. II.a 1394. –

Littera missa Ser.mo D. Vencislao Reg. Romanorum et Boemie etc. 1394. 15 8bre Cividale al Rè de' Romani notifica la morte del Pat. Giovanni e degli Udinesi denegarono il suo cadavere.

Serenissime ac Invictissime Princeps. Ad regie maiestatis vestre notitiam heu dolentes velut orfani amisso Patre, Domino et Pastore nostro, presentium lacrymabili excitatione producimus, qualiter die martis 14 huius mensis Octobris circa XIV. horam Reverendissimus in Christo Pater et Dominus noster gratiosissimus D. Johannes Dei gratia S. Sedis Aquilegensis Patriarcha statim audita missa cum Utini fuit gladiis interfectus, et turpiter traditus, qualiter corpus eius venerabiles viri Domini Decanus et

canonici Majoris Ecclesie S. Marie hujus Civ. Austrie, in qua prope altare quod ibi construi fecit et dotavit infra dum [illegible] florida potentes ordinatam sepulturam, a Utinensibus eis dari ut illud possent corpus in ordinata sepultura honorifice tumulare instantius petiverunt et ipsius corpus illius prefati Utinenses dare firmiter denegarunt. Per nos et Comune fuit sue Paternitati quam sepenumero fideliter supplicatum, eidemque atque per nos continue dicebatur quod ad Terram illam Utini non deberet accedere. Dominus autem et Pater ipse noster, consilia nostra semper fidelia conspiciens, obviens in hac parte, omnino voluit sue prosequi arbitrium voluntatis ad illam Terre se transferens cum excidii damno suo et cum nostre fraternitatis dispendio hec maximo et dolore.

Iterum supplicamus ut Celsitudinis vestre serenitas recomissos dignetur misericorditer nos habere.

Scripta in Civ. Austrie Die XVII Octubris, ind. II. 1394.

1394, 14 novembre. Valvasone. I Consorti di Valvasone permettono il pascolo a 200 pecore nella loro giurisdizione fino al prossimo S. Giorgio. 33

Melchiorre de Melchioribus not. di Valvasone. Arch. Not. Udine.

A. D. 1394, ind. II, die XIV novembris, actum in burgo exteriori de Valvasono supra viam publicam prope castellum penes a medio, presentibus Nicolao q. Tonfolini, Andrea q. Cavuli, Georgio q. Bortolussij omnibus habitantibus Valvasone testibus et aliis.

Nobilis vir D. Odoricus de Valvasono q. nobilis viri D. Ulvini de Valvasono pro et suis Consortibus de Valvasono dedit et concessit Johanni dicto Taradura de Tasino plenam licentiam et auctoritatem possendi habitare et pasculare cum CC pecudibus supra dominio toto de Valvasono et pertinentiis Villarum suarum circum adherentium Valvasoni videlicet S. Martini, Postonzichi, Arzinutti, Arzini, S. Laurencii et Ulvinsii superioris, hinc ad festum S. Georgii proxime futuri et hoc pro CXX libris casei boni et totibus agnis, quem caseum et quos agnos idem Johannes pro se etc promisit et debet dare et solvere in Valvasono dicto D. Odorico stipulanti pro se et dictis suis Consortibus hinc ad festum proxime supradictum, obligans omnia eius bona etc. cum refectione dampnorum omnium etc. Cum omni meliorament etc. —

XV. ~~XIII.~~

1394, 4 Decembre. Udine. Il Consiglio ~~decide che~~ secondo i diritti e consuetudini della Terra di Udine, uno che avesse commesso ferimento od omicidio fuori di essa, ~~[illegible]~~ ricoverandosi nelle sue mura ~~[illegible]~~ non poteva essere arrestato nelle case ma solo ~~[illegible]~~ sulle strade e [illegible]

1394, 4 Dec. (In consilio) supra propositis per Macorem de Camino qualiter contra comunem consuetudinem terre, placuit Vicemareschallo capere quendam hominem de Marzano rationem de morte cuiusdam hominis, perventum in hac terra sub confidentia ipsius Vicemareschalli dicentis qualiter in domibus terre dictus homo erat securus sed non supra stratis. Quare rogat providere, quod non derogetur iuribus et consuetudinibus terre, ~~allegatis per cives terre quod ullus qui fecerit~~ Deliberatum fuit atque determinatum, consideratis iuribus et consuetudinibus terre et allegatis per cives terre quod ullus qui fecerit homicidium extra terram Utini possit capi in terra in domibus excepto quod supra stratis ac verbis dictis per D. Vicemareschallum, Tamburlino petente ipsum D. Vicemareschallum, si unus qui vulnerasset aliquem hominem vel interfecisset extra terram Utini, possit stare securus in terra Utini; qui D. Vicemareschallus respondit, quod sic, excepto quod supra strata et quod minime eum qui sic deliquisset caperet, quod dictus Vicemareschallus dimittere et libere relaxare debeat dictum ...... (sic) per ipsum captum in burgo Aquilegie in domo dicti Macoris et ipsum ponere in loco ubi ipsum ...... dictus Mareschallus capit. Cui deliberationi D. Capitaneus non consentit nec stetit. Ann. 12, 114 t.

nell
181

1395, 1 febbrajo. Roma. Zanobi Cattani da Diacceto scrive al Vicedomino del Patriarcato d'Aquileja, della nomina a Patriarca d'Aquileja di Antonio Caietano, facendone gli elogi.

Dai MSS. Fontanini, Coll. Concina (copia).

(tergo) Nobili et Magnifico Viro D. Michaeli de Rabatta Militi Vicedomino Patrie Forijulii Domino et Maiori suo singularissimo.

Nobilis et Magnifice Vir maior et Dominus mi singularissime: Venit, quantum humane cognitioni se extendere datur et ut certissime reor illa dies, qua mentis et cordis iubilo totiusque corporis alacritate cantandum sit Te Deum ac omnibus obsequiis et laudibus assurgendum; habemus nam Patriarcham et Dominum qualem licet prudentissimi fuistis, si adeo miraculose vobis concessum fuisset, puto nescivissetis effingere. Ille nam uno de clarissime Domus Caietane familia oriundo nemo iuvenilibus annis moribus gravior; nemo honestior, iustior, nemo liberalior, prudentiorve nostro seculo visus est. Puto Deum nunc tandem aspexisse de superis Forojulii Patriam admodum tot discordiis et bellicis tumultibus fatigatam, illique misertum de Rectore secundum cor suum statuisse provideri, ac Sanctissimum Dominum nostrum Papam inspirasse ut Magnificentissimum et Illustrem Dominum D. Antonium Caietanum illi prospiceret Patriarcham, ex quo una vobiscum gratulor, Deo quas possumus gratias ago, vosque in Domino hortor ut Largitori tam magnifici muneris mecum grato concurrentes assensu gratulemini, ac Dominum prelibatum adhuc absentem gratis animi ulnis amplectamini,

illumque colatis oretisque Creatorem ut Dominum talem ex sua mi-
sericordia gratis datum conservare nobis dignetur per tempora longiora.
Ulterius non me extendo in sermones, quia Johannes consanguineus meus
lator presentium, Vobis, que alias scripturus eram Illustrissimis, vobis
referet viva voce, cui fidem credulam adhibere placeat tanquam mihi.
Altissimus Vos conservet ad votum. Scriptum Rome die I mensis
februarii.
Per vestrum in omnibus siquidem J. B. de Fontanellis Domini nostri Pape
Scriptorem et Abbreviatorem

Zanobi de' Cattani de Diacceto.

1395, 14 marzo. Udine. Il card. Pileo di Prata legato apostolico accorda indulgenze alla Chiesa di S. Gallo presso Sesto [illegible] di riparazioni.

CLXXIII. [illegible] Fontanini; p. 361. Bibl. S. Daniele.

Pileus miseratione divina episcopus, [illegible] [illegible] Romane Ecclesie cardinalis nec non in Regno Boemie ac [illegible]; [illegible], [illegible], [illegible], Magdeburgensi, [illegible] et [illegible] provinciis et nonnullis aliis terris et locis apostolice sedis legatus, universis Christi fidelibus [illegible] in Domino sempiternam.

Licet is de cuius munere venit, ut sibi a fidelibus suis digne et laudabiliter serviatur de [illegible], que merita suppli-cum excedit et vota, bene servientibus multo maiora retribuit quam [illegible] ut promererei, nichilominus tamen [illegible] Domino reddere populum acceptabilem Christi fideles ad complacendum ei, quasi allectivis premiis, indulgentiis scilicet et remissionibus invitamus opportunis, ut exinde reddantur divine gratie ap-tiores. Cupientes igitur ut Ecclesia S. Galli que plurimum repa-ratione indiget, sita prope [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] diocesis, congruis honoribus frequentetur et ad eam Christi fideles libentius confluant omnibus vere penitentibus et confessis, qui Ecclesiam ipsam in nativitatis Domini, SS. Stephani prothomar-tyris, Iohannis Apostoli et Evangeliste, Innocentum et [illegible], Circumcisionis, Epiphanie, Resurrectionis Dominice cum septem precedentibus diebus et duobus sequentibus, Ascensionis cum tri-bus precedentibus, Pentecostes cum duobus sequentibus, Corporis Christi et eius octava, nec non omnium beate Virginis gloriose, S. Iohannis Baptiste ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli

univ.[s] Nobilibus et fidelibus [illegible] de [illegible]

et omnium XII Apostolorum et Evangelistarum, S. Lau-
rentii martyris, Benedicti abbatis, Gregorii Pape, S. Galli pa-
troni ipsius ecclesie et S. Marie Magdalene festivitatibus
in dedicatione B. Archangeli Michaelis et omnium sanctorum,
Quinquagesime atque in eiusdem ecclesie dedicatione ac singulis
diebus dominicis per totum annum devotionis fervore accensi
venerabiliter visitaverint et predicte ecclesie pro reparatione,
constructione [illegible] sustentatione seu augmentatione manus suas porre-
xerint adiutrices, singulis diebus predictis ac [illegible] centum dies
de iniunctis eis penitentiis misericorditer in Domino relaxamus. Nulli
ergo omnino hominum liceat hanc paginam huiusmodi nostre indul-
gentie seu relaxationis infringere aut ei ausu temerario contraire;
si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem
omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius
se noverit incursurum. In cuius rei testimonium presentes litte-
ras inde fecimus, quas nostri pontificalis sigilli appensione iussimus
communiri.

Datum Utini Aquilegensis Diocesis die XIIII Martii, III indictio-
ne, pontificatus Sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri
D. Bonifacii divina providentia Pape noni anno sexto.

P. manu propria

P. de Portugruario scripsit.

1395 13 julij

Antonius Dei grã S. E. Sedis Aquilegien. electus Sattrá fidelis D.ecti ex Con-
silij Nri gentis Colloquij noviter in Terra Nostra Glemonę
celebrati deliberatione vim ipsius Colloquij in hac parte plenarie
obtinentis pro nonnullis arduissimis et necessarijs causis decrevimus
die Domi.cæ 25.a presentis mensis julij in terra nostra Civitatis
Austrię generalem monstram totius taleę nostrę facere et celebrare
quare fidelitate vestra requirimus, et hortamur sub pęna consue-
ta et seriosé mandamus quatenus taleā vobis tangentē usque
ad dictū terminum preparetis, et ipsi monstrę dicto die in loco pre-
dicto eisdē studeatis causa cessante qualibet interesse vexil-
lum Ecclię Nrę sequentis ubi expediens fuerit atq. necessarium
Dat. in Castro Nro Glemonę die 13 mensis julij 1395 ind.e 3.ia

1395. 13 luglio.
Generale del Patr. d'Aq. Antonio Gaetano invita alla Mostra Generale in Cividale i Feudatarii per seguire il Vessillo della Ch. d'Aquileja ove fanno di [illegible]
[illegible] XVII

universis Nobilibus et fidelibus Nostris de Castello
Universis Consortibus et fidelibus Nris de Varmo infer.ri
universis Consort. et fidelib. Nris de Zegliaco
universis habitantibus et fidelib. Nris de Mossa
universis habitantibus et fidelib. Nris della Meduta
Universis ministerialibus et fidelibus Nris de Tricano
universis Nobilib. et fidelib. Nris de Fontanabona
Universis Consortibus et fid. N.ris de Castro Pagano
Universis Consortib. et fidelib. Nris della Frattina
Universis Nobilibus Consortib. fidelibus Nris de S. Daniele
Universis ministerialibus et fidelibus Nris de Prampergo
univ.is Nobilib. fidelib. Nris de Attemps
univ.is habitatoribus et fidelib. Nris de Maruttino
univ.is habitatoribus et fid. Nris de Buja
univ.is habitatorib. et fid. Nris de Artenea
univ.is habitatoribus et fid. N.ris de Aviano
Univ.is Consortib. et fid. N.is de Maniaco
univ.is Consortib. et fidel. N.is de Monteregali
univ.is Habitatoribus et fid. nris de S. Vito
univ.is Consortibus et fidelib. nris de Toppo
Univ.s Consortibus et fidel. nris de Salvarolo
univ.s Consortibus et fid. nris de Cucaño
univ.s Habitatorib. et fid. nris de Faganea
univ.s Nobilibus et fidelibus Nris de Melo

universis Consortibus et fidelib. Nris de Cavoriaco
joannino de fiuij fideli Nro
universis Consortibus et fidelib. Nris de Toppola
univ. Consortibus et fidel. Nris de Scelevo, Suart et Liuius
universis Consort. et fidel. Nris de Canipa
univ. Consortib. et fidel. Nris de Caureo
univ. Consort. et fidelib. Nris de Vamo super.
univ. Consort. et fid. Nris de Vendojo
univ. Consort. et fid. Nris de Brdrio
univ. Consort. et fid. Nris de Pers
univ. Consort. et fid. Nris de Cassaco
univ. Consort. et fid. Nris de Arrano
univ. Nobilibus et fid. Nris de Strassoldo
univ. Consortibus et fid. Nris de Villalta
univ. Consort. et fidelib. Nris de Brazzaco infer. et super.
univ. ministerialibus et fidel. Nris de Munitio
univ. Nobilibus et Consortibus de Colloreto
Potestati, Consilio, et Communi Civitatis Aquilejæ
Gastaldioni, Provisoribus et Communi Nro Civitatis Austriæ
Capitanio, Consilio, et Communi Terræ Utini
Potestati, Consilio, Communi Terræ Nræ Marani
Gastaldioni, Cons.o et Communi Terræ Nræ Tulmetij
Capit.o, Consilio, et Communi Terræ Loci Nri Montisfalconi
Capit.o Cons.o et Communi Portusgruarij
Capit.o Cons.o et Communi Terræ Nræ Slemon.
Capit.o Cons.o et Communi Terræ Nræ Sacili
universis Nobilibus et fid. Nris de Gorojavacha
universis Nobilibus et Consortibus de Porcileis
Abbati Rosacensi
universis ministerialibus et fidelibus Nris de Valvasono
Cucanea et Partistagno
universis Monialibus et Conventui Majoris Monasterij
Dnarum Aquilejensium

universis

universis Nobilibus et Consortibus de Pulcinico
Abbatissae, monialibus, et Conventui Majoris Monasterij Civitaten.
universis Nobilibus Consortibus de Prata
Nobili Tristano de Savorgnano fideli Nro dilectissimo
Abbati Sextensi
Decano, Canonicis, et Capitulo S. Mariae Utinensis
Abbati Belliniensi
Vicedno, Canonicis, et Capitulo Ecclie Nre Aquilejen.
Dno Episcopo Concordiensi
Preposito S. Felicis de Aquileja
Preposito S. Petri in Carnea
Decano, Canonicis, et Capitulo Ecclie S.tae Mariae Civit. Austriae
Preposito S.ti Stephani in Aquileja
Abbati Mosacensi.

Ego Nicolaus Fornacius q. Egr.i S.r Antonij a Fornace Not.o de Utino pub.a imper.i auth.e Not.s sumptas litteras ex reg.ro litterarum Cancellariae supranominati R.mi D. Patriae exist.e ejus Canc.o Egr.o S.r Joanne de Surano de Utino Not.o Scripturae cujus sunt mihi commissae et manu propria scripsi nil addendo vel minuendo quod sensum mutet aut alignat variet intellectum et in premissorum fi[dem] ac testimonium me subscripsi signum nomenq; meum solitum apponui rogatus et requisitus

Dalle note di Enrico di Nampulino not. di Gemona. Arch. not. Udine.

1395, 18 apr. la Gemona. Procura del Comune di Gemona a prestare il giuramento di fedeltà al nuovo Patriarca d'Aquileja Antonio II°

38

M° CCC° LXXXXV° Ind. iii^a
die XVIII^a Aprilis; actum Glemone sub lobia comunis presentibus Dominico dicto citario q. Petri de Aplia, mag^ro Iohanne q. Nicolai de Kimis et Leonardo filio Nicoleti a fabrica de Aurerea testibus et aliis.

Ibique providus Chavrerius q. Henrici tamquam massarius hominum et universitatis terre Glemone cum voluntate licentia et consensu providorum q. Mathei vicecapitanei pro Egregio milite D.no Conrado de Boyanis hon. capitaneo terre Glemone necnon Iantoni Lini, Iacobi ~~…~~ Iacobi paierii et Nicolai Rupilli provisorum dicte comunitatis et ipsi omnes ex comuni concordia habentes plenariam libertatem et auctoritatem a consilio maiori dicte terre Glemone hec et similia faciendi et constituendi omnibus modo via iure et forma quibus melius potuerunt constituerunt providos viros Leonardum della Villa et Quirinum de Bregnis absentes in solidum suos et dicte comunitatis certos nuntios sindicos et procuratores specialiter ad prestandum iuramentum et faciendum omne debitum et conveniens iuramentum fidelitatis Reverendissimo in Christo Patri et D.no D.no Anthonio Dei et apostolice sedis gratia sancte Aquilegensis Ecclesie dignissimo Patriarche prout alias eius predecessoribus dominis Patriarchis est fieri usitatum etiamque ad recipiendum ab eodem iuramentum de conservando nos in nostris

antiquis juribus prout alii eius predecessores facere
et iurare consueverunt & Et generaliter omnia, et sin-
gula alia faciendum et iurandum et promittendum
in premissis, et circa premissa dicti constituentes
facere possent, si personaliter interessent & Promit-
-tentesque dicti constituentes mihi Henrico Notario
infrascripto ut publice persone stipulanti mei loco et
nomine omnium quorum interest ac intererit et
nomine dicte communitatis firmum et gratum habi-
turos quidquid per eos factum juratum et promissum
fuerit, sub ypotheca et obligatione omnium et sin-
gulorum bonorum dicte communitatis et suorum pre-
sentium et futurorum - hic ad plenum.

MCCCLXXXXV. Ind^e III.

13.95 2 e 3 Maggio. Udine Atti del Capitolo di Udine relativi alla fondazione e dotazione della chiesa di S. Croce e S. Spirito nel borgo di Cussignaco (poi delle terziarie di S. Francesco) a cura di Agnese q^m Silvestro Musulo. (V. 1333. 6 Maggio)

Eisdem mill^o et indict^e die ij Maij. Congregato Capitulo ut moris est, in quo Capitulo interfuerunt ven Viri D. D. Gregorius, Nicolaus ??, Petrus Covas, Joannes, Iacug^s, Guglielmus de Pavona, et Ricardus de S. Vito omnes canonici facientes capitulum. Ven. Vir D. Nicolaus Caij presentavit predictis dnis Canonicis pro parte D Musuline (Donna Agnese q^m Silvestro Musulo) Presbiterum Dominicum de Batrio ad officiandum predictam capellam, (di S. Spirito di Ud^e) qui Dni prius habita inter eos deliberatione, ipsum receperunt et admiserunt his pactis expressis, videlicet quod dictus sacerdos teneatur presentare in festo nativita= tis Dnie in missa conventuali unum cereum ponderis trium librarum, et debeat in die Consecrationis et aliorum festorum conducere sacerdotes et facere eis honorem; et dictus Presbiter Dominicus debeat adiscere cantum ad tenendum tenorem, et ita promisit ma= maliter etc.

Item die iij Maij facta fuerunt pacta inter Capi= tulum et Dnam Gnesam q^m Silvestri dicti Musuli super facto constructionis Capelle S. Crucis et S. Spiritus, que Capella sita est in Porta Cussignaci, et de predictis constat manu Alexandri Not.^i de Ceneta, videlicet quod dicta Musulina debet emere fructus pro centum Mar= chis solidorum, et debet emere redditus pro centum

denariis pro illuminatione, et etiam usque ad vitam eius debet habere ius patronatus, post mortem vero dicte Mugiline ius patronatus spectat et spectare debet ad Capitulum.

Item di iij Maij. Consecrata fuit predicta capella de voluntate predicti Capituli per Rev.^m^ Prem Dnum ...... Episcopum Civitatis Nove.

(Ex lib. Deliberationum Capitularium)

Da msso del Pad. Filippino D'Agricola Agricola che era in casa Perosa a Villanova di S. Daniele,

NB: Agnesa qm ser Silvestro Maiolo di Ud.^e^ (originario di Codroipo) era vedova e senza figli; fu suo marito D. Odorico qm Ottobone di Savorgnano.

Joppi And.° 1891

~~1395~~ – 19 Luglio Udine

411

1395, 19 luglio. Udine. Discipline sulle meretrici;

(in consilio terre Utini)

MCCCXCV. Die XIX Julii. Super propositis per Marinium iterum instantem quod quedam Lucia sua vicina a sua vicina repellatur cum sit manifestissime inhonesta et etiam quamdam suam neptem conduxit extra hanc Terram, quare rogat provideri. Deliberatum fuit quod dicta Lucia exire debeat dictam vicinantiam et ire in aliquo loco publico ad habitandum et spacio trium dierum evacuare debeat domum in qua ad presens habitat sub pena portandi lapidem per totam terram et standi una die ad berlinam in casu quo in dicto termino non vacuasset dictam domum et exisset dictam vicinantiam.

Item deliberatum fuit quod omnes habentes domos extra portam Cividatis (1) prope stupam vel circum muniri (sic) debeant quod non audeant nec debeant locare dictas domos alicui meretrici sub pena unius marche denariorum exigenda et committenda quotiens contrafactum fuerit; cujus due partes Communi applicentur, reliqua tertia pars D. Capitaneo.

Item deliberatum fuit quod omnes meretrices publice absentare debeant a dictis domibus usque ad tres dies sub pena portandi bota (?) ficulum lapidis per totam Terram et standi una die ad berlinam.

(1) Ora detta di S. Bortolomeo, fuori della quale presso alla roja era la stufa o bagno caldo, della cui istituzione in Udine si hanno memorie fin dai primi di questo secolo.

Item deliberatum fuit quod nulla meretrix audeat sta-
re nec ire ad dictam stupam nisi in diebus ordinariis, vi-
delicet in diebus quibus dicta stupa calefit: sub pena
portandi dictum lapidem per totam terram ac standi
una die ad berlinam ut supra. Ann. 11, 247.

1395, 17 luglio. Colloredo. Il Cav. Simone ed Aspurino di Colloredo, rinunziano a favore de' Signori di S. Daniele, la parte del Castello di Varmo Superiore a loro donata dal fu S. Galvano di S. Daniele.

Federico notajo q. D. Gliezo di Colloredo. Arch. Not. Udine

cessio DD. de S. Daniele

A. D. 1395, ind. III, die XVII mensis julii; actum in Colloreto sub vinea, presentibus nobilibus viris Dominis Tomasio q. D. Francisci, Odorico q. D. Gliezoi, Enrico q. D. Nicolussii, Gliezio filio D. Odorici de Colloreto testibus et aliis.

Ibique nobilis et egregius Miles D. Simon de Colloreto per se et eius heredes dedit et cessit nobilibus viris DD. Nicolussio q. D. Lipi et Ser Bertulo q. D. Zaneti stipulantibus et recipientibus pro se et eorum heredibus ac vice et nomine nobilium virorum DD. Conradi, Varnerii et Nicolai q. Ser Artichi (de S. Daniele) omne ius et actionem quod et quam habet seu habere videtur in et supra parte Castri de Varmo de Supra virtute cuiusdam donacionis eidem facte per q.m Ser Galvanum de S. Daniele. —

Eidem millesimo, die, loco etc. Nobilis Ser Aspurinus q. D. Nicolussii (de Colloreto) per se et eius heredes dedit et cessit suprascriptis DD. Nicolussio et Ser Bertulo stipulantibus ut supra omne ius et actionem quod et quam habet seu habere videtur in et supra partem Castri de Varmo de Supra virtute cuiusdam donacionis eidem facte per q.m Ser Galvanum etc. Ad plenum cum meliuramento et emptio sapientum.

1139 ✝. 12 Agosto Firenze 42

a tergo: Magnificentissimo Militi domino Micheli de Rabatta honorabili maiori meo.

Magnificentissime miles amice karissime. Gaudio quod sepius audiam feliciter esse tibi. Feliciter quidem non allusione fortune, sed virtutibus et probitate. Peragrasti quidem tempore non parvo Germania, ubi multis experimentis tuis virtutibus claruisti. Redeunti fuit onus impositum gubernationis atque regiminis Aquileiensis ecclesie, quod quanta desiderantium animorum consolatione quantave tradideris, notum est patrie. Docet effectus, qui rem publicam Fori Iulii fluctuantem multisque prius contentionibus divisam et scissam reverendissimo domino et patri meo domino Patriarce nuper ad regimen illud assumpto, unitam et pacificatam tradidisti; que res quanti fuerit quicquid alii iudicent, ego maximam reputabo. Patuisti siquidem quod arduum est, feroces et pene barbaros homines quadam unanimitate componere, et ad tranquillitatem de contentionis inveterate turbine revocare. Hec hactenus. Nunc autem ad propria veniam. Obtinui pro Leonardo filio meo canonicatum et prebendam ecclesie Paduane quam olim Cardinalis S. Petri dum vivere possidebat. Hoc tempore pridem absente magnifico domino meo notum feci, nec tamen in animum induxi suum, ut exinde removeret intrusum, sic quod multis debitor est; sic quod multis indigeat; sic quod multis habeat servitores

inter quos fide et devotione non reputo meos pos.... Et si licet dominorum gesta disputare inter amicos debet esse . . . — — — — — — — — Velim

. Velim . .... hoc tibi notum fore. Tu communis ... mores, tu molles aditus et tempora nosti. Arrepto . . poteris multa perficere. Precor ut hoc onus assumas, ut tuo beneficio possim quod iustum est consequi et in substentatione gravissime familie mee hoc munus habere. Vale felix et mei memor. Florentie pridie ydus septembris (1395) (1)

Tuus Colucius Pyeri de Salutatis

Cancellarius Florentinus

(1) Morto il patriarca di Aquileja Giovanni marchese di Moravia, come di consueto il Capitolo di Aquileja elesse Vicedomino del Patriarcato il Cav. Michele di Rabatta ... il giorno Novembre 1394. Tale ufficio cessava coll'arrivo del nuovo patriarca Antonio Gaetani nell'aprile del 1395.

1395. 16 Agosto. Udine. Il Patr. investe il suo cancelliere Giovanni qm Odorico de Susannis di 2 mansi in Pavia commettendo al Vicario gente Sante de Peregrini la lite pendente con un Gerardo d'Udine il quale contro legge aveva venduto quei mansi di ragione feudale. (imperfetto da stampa ad litem)

Antonius Dei gratia sancte sedis Aquilegensis Patriarcha[1] tenore presentium notum facimus universis nostras presentes litteras inspecturis, quod cum contra lis, questio verteretur et esset coram honorabili et prudente viro Sancto de Peregrinis de Justinopolis iure canonico licentiato, nostro in temporalibus vicario generali commissario per nos in dicta causa specialiter delegato, inter dilectum Cancellarium nostrum Johannem q. Odorici de Susannis de Terra nostra Utini parte ex una et ~~Bernardinum~~ Gerardum[2] ...... in Terra Utini habitantem parte ex altera, nomine et occasione duorum mansorum sitorum in villa Pavie, rectorum per Candolum de dicta villa, nostrum et Ecclesie nostre rectum et legale feudum, existentium; dicta lite pendente idem Gerardus ius suum quod habebat seu pretendebat habere in bonis predictis nobis iure requisitis contra iura comunia et consuetudines antiquas laudabiles huius Patrie hoc dare vetantes, vendidit, alienavit, non advertens etiam quod rei litigiose prohibita est alienatio, ex quo tam idem Bernardus[4] quam emptor, qui rem litigiosam querit, ut clare ..... emit et ...... in magnam penam ..... nostro applicandam, quam dum tempus adfuerit ~~applicamus~~ repetimus, ipsoque facto idem Gerardus a iure suo quod habuit in dictis bonis cecidit et ..... existit. .... ut ..... nobis .... vendidit feudum et alienavit ......

Quare nos volentes nobis et Ecclesie prefate nostre salubriter providere et ut taliter quod hoc aliis transeatur in exemplum, ne aliquis nostri ipsiusque Ecclesie vassallus de cetero audeat prout nec potest feuda nostra vendere nec alienare, quamvismodo nobis .... eundem Gerardum de iure quod habebat in bonis predictis, si que habet quod nobis non patent neque hactenus patet ex causis supradictis .... rationabilibus et aliis quibus possent .... allegari .... fore privatum ~~allegavimus~~ declaravimus

1) Nella stampa il nome del Patriarca è detto Giovanni (di Moravia), che ~~comincio~~ morì al Ottobre 1394. L'indizione III conviene all'anno 1395.
2) Il nome qui stampato è Bernardinus e più sotto Bernardus.
3) Lo scrittore qui chiama Gerardus il venditore e così più sotto e credo sia questo il vero nome del compratore dei detti due mansi di Pavia.

tenore presentium omnibus modis quibus melius possumus declaramus Johannem tunc coram nobis flexis genibus existentem se investituram de ipsis feudis tamquam ad eum de iure spectantibus, humiliter supplicantem pro se suisque heredibus...... nostre tenute debemus de dictis bonis feudalibus antedictis dicto iure recti et legalis feudi tamquam ..... ipsius Ecclesie vassallum investivimus et tenore presentium investimus, non intendentes tamen, quod per hanc nostram investituram alicui concessioni eidemque Johanni et suis predecessoribus per predecessores nostros ...... seu ..... iure eidem Johanni ...... in dictis bonis vigore ipsarum concessionum in aliquo derogare.... imo ipsas concessiones iure .... modo quo possumus per presentes confirmamus et in omnibus et per omnia approbamus. Quibus denique sic ..... idem Johannes tunc..... ......manibus fidelitatis debite prestitit iuramentum quod fidelis vassallus cuilibet Domino suo prestare in talibus consuevit. Mandum subscriptione sigilli nostri testimonio....

Datum in castro nostro Utini anno Domini MCCCLXXXXV. ind. III. die sextodecimo Augusti

Franciscus de Paes (m.)

Da stampa di 1845 nozze Ispinor a pag. 6 Vol. LXVI Colleg. Mestica nella Civ. Biblioteca di Udine.

1395, 16 dicembre, Gemona. Convenzione del Comune di Gemona col costruttore della Fonte del Comune affinchè non spanda acqua, attorno a cui aveva lavorato Giovanni Pievano di Codroipo.

Enrico di Rampelino notajo. Arch. not. Udine.

A. D. 1395, ind. III, die 16 decembris, actum Glemone in te… [illegible] Fantoni Pini, presentibus ipso Fantoni, Francischo dicto Abat, Nicolao de Cravis et Michaele Vualterii et aliis.

Cum Magister Albertus habere deberet a Comuni occasione Fontis ~~[illegible]~~ ducatos circha sexaginta si et in quantum dictus fons fuisset bonus et tenuisset, sed quia dictus Fons minus bene esset factus, dictus M.r Albertus in presentia M.ri Anthonii eius socii ad tale pactum pervenit cum Vuarnerio Massario Comunis Glemone, videlicet quod dictus Massarius eidem daret prout dedit ducatos octo cum quibus idem M.r Albertus aptare et stagnare volebat dictum Fontem usque ad proximum futurum festum Nativitatis defalcatis primo omnibus ducatis habitis per Dominum Plebanum de Quadruvio pro aptatione dicti Fontis a dicto Comuni supra illis quos dictus M.r Albertus habere debebat a Comuni Glemone et si dictus Fons non esset sufficiens et bonus ad tenendum aquam, tunc dictum Comune aptare possit et valeat dictum Fontem cum omnibus pecuniis que restant eidem ex eis quas Comune sibi dare debebat si et in quantum dictus Fons fuisset sufficiens cum voluntate dicti M.ri Alberti et quod dictus M.r Albertus

numquam possit nec valeat ab eodem Comuni petere dictum

restum, prout inter eos sic pactum extitit et conventum. Et si

dictus Fons erit bonus et sufficiens fine ad Nativitatem ut supra

(fine de anno) et bene fuerit stagnus et bonus ac tenens aquam (1) ... usque ad

proximum carnisprivium, tunc Comune debeat et teneatur sibi

restum dare defalcatis dictis octo ducatis sibi ut supra datis et illis

qui dati fuerunt dicto Domino Plebano, prout sic actum extitit

inter eos, que pacta et conventiones promisit utraque pars firma

habere et non contrafacere etc. sub obligatione bonorum dicte Comu-

nitatis et dicti M.i Alberti presentium et futurorum

cum omni melliovamento.

Vincenzo Joppi trascrisse

1395. 7 Ottobre. Udine. Elezione della Priora del monastero di S. Nicolò di Udine.

45

In Christi nomine amen. Reverendissimo in Christo patri et domino d. Antonio dei gratia sancte sedis Aquilegensis dignissimo patriarche, dilecte filie nostre . . . Moniales monasterii Sancti Nicolai de Utino Aquilegensis diocesis reverentiam debitam et devotam. Vacante siquidem monasterio nostro per mortem bone memorie Sororis Helisabette de Venecijs, que die veneris primo Octubris de hoc seculo migravit ad dominum et eius corpore tradito sepulture, Nos omnes simul cum Sorore Martusia de Utino vicaria ipsius monasterii insimul congregate, certum terminum ad electionem faciendam future Priorisse duximus statuendum. Presentibus ipso die termini omnibus monialibus ipsius monasterii professis, tacite vel expresse, vocem in dictam electionem habentibus, in loco ubi solet celebrari capitulum in ipso monasterio ibidem ad sonum campane more solito congregatum, Christi nomine invocato, per viam scrutinii, ad dictam electionem procedere deliberavimus. Ideoque elegimus, cum non essemus nisi tres moniales, Sororem Martussiam de Utino vicariam sive locum tenentem in dicto monasterio et Sororem Zuaninam de Strasoldos ambas de gremio ipsius monasterii fidedignas ut secreto et sigillatim vota cunctarum, idest sua et nostra diligenter inquirerent et in scriptis redacta mox publicarent in comuni illamque eligerent in quam invenirent omnes vel maiorem partem et saniorem nostri capitali consensisse, ita quod una ipsarum scrutatricum vice sua et collegarum et aliarum omnium nostrarum electionem eandem pronunciaret in scriptis et solemniter celebraret. Que domine secedentes in partem, primo

vota sua ita quod altera alteram scrutabatur, secundo ambe simul nomen tertie sicut postea retulerunt, secrete et sigillatim diligenter inquisiverunt et iam scriptis redatum per Leonardum notarium infrascriptum, cum nos scribere ne sciamus, mox illa nota in comuni publicarunt et in presentia venerabilis viri domini presbiteri Petri plebani sancti Thome de Careva Aquilegensis diocesis capellani nostri, qui de consuetudine debet electioni nostre Priorisse interesse ac testium infrascriptorum, una ex scrutatricibus de voluntate, consensu et mandato aliarum, Sororem Mantussiam de Utino predictam, in qua repertum fuit omnes de dicto capitulo, preter ipsamet, in ipso scrutinio consensisse. auctoritate? intus sua et omnium aliarum, invocata Spiritus Sancti gratia, in nostram et monasterii nostri Priorissam elegit, mulierem utique plene et mature etatis utpote que iam annum trigesimum sue etatis exegit, professa expresse et magna honestate merito commendanda. Eadem vero electio = huiusmodi electe sibi presentata, licet ex humilitate se insufficientem et indignam asse= veret, nobis instantibus, timens divinis dispositionibus contraire, ulla iugo divine pietatis auxilio invocato, submisit, non tam timide quam devote onus impositum ut prodesse valeat suscipiens et acceptans, Vestre ergo Reverendissime Pater= nitati duximus unanimiter supplicando ut electionem predictam dignemini con= firmare, per quam speramus monasterium nostrum in spiritualibus et tem= poralibus augmentari. De quibus omnibus rogavimus Leonardum notarium in= frascriptum ut publicum conficeret instrumentum.

Actum Utini in dicto loco, presentibus nobilibus ac providis et discretissimis ser Bruneto de Partistagno, Laurencio notario q. Iohannini Arpucii, Hermano q. ser

Nissii de Remanzaco, Lande de Panzano, Johanne notario q. Tantussii no-
tarii de Utino, Antonio notario filio Francissi Zicole, Nalore notario q. Jo-
hannis Sove notario de Utino, magistro Nicolao tinctore, Petro q. Leonardi
Brede de Utino, omnes Utini habitantibus, testibus et aliis pluribus ad hec voca-
tis et rogatis, currentibus millesimo trecentesimo nonagesimo quinto, Indictione
tercia, die septimo mensis Octubris.

Dagli del notajo Leonardo q. Tealdo di Udine. Arch. Notarile d'Udine

1395, 28 Ottobre. Roma. Papa Bonifacio IX intima al Com. di Cividale di consegnare Rosazzo al Cardinale Pileo di Prata sotto pena di scomunica.

Bonifacius Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Populo et Comuni Civitatis Austrie Aquilegensis Diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Miramur quare tantum distulistis restituere et assignare fratri nostro Pileo Episcopo Tusculano Monasterii Rosacensis administratori fortilitium ipsius Monasterii. quocirca hortamur vos, vobisque in virtute sancte obedientie ab sub pena excommunicationis, quam singulos vestrum incurrere ac interdicti cui vos et ipsam Civitatem Austrie subjacere volumus ipso facto nisi huiusmodi nostris mandatis perveneritis cum effectum, districte precipiendo mandamus quatenus ipsum fortilitium infra octo dies post presentationem presentium vobis factam eodem Episcopo aut eius procuratori per eum ad hoc legitime constituto libere tradere et assignare curabitis.

Datum Rome apud Sanctum Petrum V Kal. Novembris Pontificatus nostri anno sexto

Dall'Arch. Comle di Cividale. Bolle V. 68.

1396. 1 febbrajo. Portogruaro. Il Patriarca d'Aquileja concede al cancelliere suo Giovanni de Susanna per l'ordinamento delle Archivio della Chiesa d'Aquileja cominciato da suo padre e da lui compito, l'entrate di due mansi ed altri beni.

(Dal Registro di Lettere Patriarcali originali, Museo Civ. Udine.)

Antonius Dei gratia S. Sedis Aquilegensis Patriarcha. dilecto nostro Johanni q.m Odorici de Susana de Terra nostra Utini nostro Cancellario salutem et sinceram dilectionem. Dignum et congruum immo necessarium arbitramur ut hys qui circa nostra et nostre Aquilegensis Ecclesie opportuna obsequia promptius atque fidelius se exercent et laborant digna remuneracionis commoda, ut melius agendi et fidelius serviendi materia tribuatur, gratiosius impendamus. Solum est quod attendentes promptam, evidentem atque perpetuo notabilem dicti tui patris diligenciam nec non labores multiplices et diversos quos alias qui... nacti continua fidelitatis servicia pro nostris predecessoribus et nostra Aquilegensi Ecclesia et consequenter pro nobis laborioso animo multiplicitos r... actualiter magno tempore insudavit ... Privilegia, Instrumenta, Jura et Scripturas omnes inordinatas totaliter et per loca diversa dispersas Ecclesie Aquilegensis colligendo in unum ... opportuna cura et solicitudine in capsa una in viginti armaria terminata et distincta diligentius collocando et ordinando nec non de privilegiis et iuribus omnibus huiusmodi in perpetuam memoriam librum nobis et nostre Aquilegensi Ecclesie evidenius atque plurimum fructuosum et utilem

compilando et conscribendo non tamen totaliter complendo quem morte
preventus tu enim ~~[illegible]~~ ad complendum terearios et ad faciendum inde
quinque libros, quorum unus penes nos et successores nostros, alter
penes Capitulum nostrum Aquilegensem, tercius penes Capitulum
Civitatensem, quartus penes Capitulum Utinensem et quintus penes
te remaneant, ad que facienda te obtulisti paro corde ut de hiis omni-
bus aliisque multiplicibus et solicitis dicti tui Patris et tuis
laboribus circa statum et comodum nostrorum predecessorum
p3 et nostra ac nostre Ecclesie utilitate evidenter. Et propterea
[illegible]dentes tibi per tam fructuosum in perpetuum atque fidelibus et
[illegible] nobis atque utilibus serviciis nostris predecessoribus, nobis et ipsi
nostre Ecclesie et premittitur per genitorem tuum et te impensis
et impendi speramus fidelius et utilius ac ferventius dante Domino in
futurum dignis et merito retribucionis reddere incompensas tibique
proinde graciam facere specialem duos mansos nostros et ipsius nostre
Ecclesie unum situm in Grazano dicte Terre nostre Utini, quem tu et
dictus Pater tuus a nobis nostrisque predecessoribus diucius ad beneplaci-
tum habuisti et habuit et tu possides de presenti, alium man-
sum situm in pertinentiis dicte nostre Terre Utini olim rectum per
Johannem Meum et deinde per Leonardum de Andriottis modo
regitur per Magistrum Stephanum Spadaricum de Utino et unam braydam
sitam prope S. Gotardum in loco qui dicitur Layga, quam Thomas

p. 46

57

... campiformis alias occupavit et postmodum possessa per Egidium teutonicum Utini habitantem ac pratum ipsi braydae contiguum cum suis bus et singulis bearzijs, pratis, campis, pertinencijs, affictibus, livellis, iuribus et iurisdictionibus quibuscumque adiacentes et braydam et pratum huiusmodi quocumque modo spectantibus et pertinentibus per nos et successores nostros ac vice et nomine nostre Capituli Ecclesie supradicte omnibus modis, iure et forma quibus melius et efficacius possimus tibi tuisque heredibus iure emphyteotico in perpetuum tenore presentium duximus plenarie concedendos ad habendum, tenendum, possidendum, dandum, donandum, vendendum, omnemque voluntatem et utilitatem tuam de ipsis bonis cum omnibus iuribus et pertinentijs ipsorum perpetuo faciendum, salvo semper iure et natura infrascripte emphiteotice concessionis ... innovacionis et salvo iure annualis responsionis census infrascripti solvendo annuatim in festo nativitatis Domini vel octo diebus post nobis nostrisque successoribus ac nostre Capituli ... Ecclesie in canipa nostra Utini sex libras parvis iure perpetualis census seu responsionis emphiteotice supradicte ac semper condicione adiecta, quod concessio emphiteotica huiusmodi non obstante quod sit perpetua in capite quorumlibet viginti novem annorum debeat innovari, quam innovacionem tu tuique heredes a nobis et successoribus nostris dictis temporibus de cetero modo requirere et petere perpetuo tenearis. ... per nos

et successores nostros ac vice et nomine nostre Aquilegensis Eccle
sie prelibate concessionem emphiteoticam huiusmodi omniaque
et singula nostris presentibus litteris inserta ~~perpetuo~~ firma et
rata habere et non contradicere, facere vel venire per nos vel alios
ratione aliqua sive causa sub obligatione bonorum omnium nostro
rum et nostre Ecclesie antedicte, committentes atque mandantes
Gastaldio nostro Utini harum tenore districte quatenus te vel
procuratorem tuum tuo nomine de bonis huiusmodi cum eorum pertinen
tiis et iuribus omnibus in tenutam et corporalem possessionem aucto
ritate nostra ponat et inducat, ordinetque tibi et heredibus tuis
ac ipsorum affictibus et iuribus plene et efficaciter de cetero respon
deri. Harum sub nostri appensione sigilli etc.
Data in nostra terra Portusgruarii anno domini MCCCLXXXXVI, die I
mensis februarii, IV indictione.

1397 1° giugno Aquileja Il capitolo di Aquileja conferma la donazione
d'alcuni mansi ~~fatta~~ a lui ~~dal~~ Patriarca Antonio per l'ordinamento
dell'archivio della Chiesa d'Aquileja.

1397 30 luglio Papa Bonifacio IX conferma la suddetta donazione del Patri
arca.

Di questi due atti esistono due copie inutili nel Processo
Frangipane di Castello contro Valentinis. Archiv. Not. Udine

1396. 9 Febbrajo. Cividale. Il Consiglio di Cividale approva l'arbitrato sulle questioni per la custodia del monastero e fortilizio di Rosazzo tra il Card. Pileo di Prata ed il Comune di Cividale.

48 57

Anno domini MCCCLXXXXVI. ind. die ix mensis Februarii. In Civitate Austria in Stupa Consilii presentibus honorabilibus viris Ingalpretto de Pulzinico, Gabriele q. Leonardini, Henrico q. ser Nafinguere, Donadino q. Brunonii, Johannino notario filio Everardi, Guillelmino q. Sancti Pupi omnibus habitantibus in Civitate Austria testibus ~~ad hec~~ ad hec habitis et rogatis.

Cum hoc sit quod de et supra quibus differentiis et obscuritatibus vertentibus ortis, motis et suscitatis seu que vertebantur, mote et orte erant inter reverendissimum in Christo patrem et dominum d. Pileum divina providentia Episcopum Tusculanum sancte romane ecclesie Cardinalem et administratorem legitimum monasterii sancti Petri de Rosaciis ordinis s. Benedicti, aquilegensis diocesis parte ex una et homines et Comunitatem Civitatis Austrie parte ex altera, nomine, causa et occasione vardie et custodie predicti monasterii, loci et fortilicii Rosacii, cum omnibus dependentibus, adherentibus et connexis, honorabiles et prudentes viri d. Paulus q. ser Marchi de Portugruario Propositus Concordiensis tanquam procurator et procuratorio nomine rev.^mi in Christo patris et DD. Pilei Episcopi Tusculani S. R. Ecclesie Cardinalis et administratoris predicti ex parte una et ser Odoricus notarius q. Petri de ipsa Civ. Austria tanquam procurator et sindicus Comunis et hominum Civ. Austrie predicte ex parte altera, consensissent et compromisissent de iure et de facto in magnificum et excelsum dominum d. Franciscum de Carrara Padue etc. et in venerabilem et egregium decretorum doctorem dominum fratrem Johannem priorem monasterii et loci Sancti Benedicti de Padua tanquam in arbitros, arbitratores, amicabiles compositores et comunes amicos. Cumque prefati magnificus et excelsus DD. Franciscus de Carrara Padue etc. et venerabilis egregiusque decretorum doctor d. frater Johannes prior etc. tanquam arbitri, arbitratores, amicabiles compositores et comunes amici electi ut supra, supra questionibus, differentiis et obscuritatibus supradictis difinivissent, declarassent, composuissent, determinassent, pronunciassent et eorum arbitrarias sententias

promulgassent sicut de huiusmodi eorum pronunciacionibus, compositionibus, declara=
tionibus et sententiis arbitrariis plene patet et ordinatius continetur duobus publicis
documentis scriptis manu providi viri Anthonii filii ser Trebaldi notarii de Mon=
tagnana habitantis Padue in contracta S. Blasii publici et imperialis notarii nec non iudicis
ordinarii et scribe prefati magnifici et excelsi DD. Francisci de Carrara Padue etc. sub
antescriptis anno domini MCCCLXXXXVI. ind. IV. die sabati XXIX mensis Januarii, in
quibus duobus sententiarum, definitionum, declarationum et compositionum huius=
modi documentis duorum compromissorum vigore quorum predicte sunt declarationes,
compositiones et sententie arbitrarie scripte manu ipsius Anthonii notarii, iudicis ordi=
narii et scribe sub eisdem anno domini MCCCLXXXXVI ind. IV. die iovis XXVII mensis
Januarii unius videlicet compromissi in uno documento alterius vero in altero documento tenores ordi=
natius sunt infrascripti . . . (sic). Nunc autem nobiles et prudentes viri domini Fran=
ciscus dictus Checo vicegastaldio pro d. Bernardo de burgo pontis gastaldione, Vidrandus q. ser
Meinardi et Bernardus q. Dominici provisores, Coradus Boianus miles egregius, Nicolaus de
Portis, Ulvinus de Canussio, Nicolaus Ancelli, Johannatonius, Laurentius de Canussio, Ottu[illegible]
q. Jacobi Subtilis, Thomadus de Pinzano, Odoricus notarius q. Petri, Hermannus Leonarducii,
Johannes notarius de Montefalcono, Andreas d. Marii, Johannes Egidii, Virgilius q. d. Stephani
olim Virgilii, Michael Lanfranchi, Nicolaus a Ponte, Henricus q. Folcherini, Johannes Ottat=
chi, Janus, Baldassarius q. Jacobi olim Principissi, Nicolaus notarius q. Anthonii et Nicolaus
omnes habitantes in Civ. Austria et Consiliarii predicte Terre Civ. Austrie in loco
predicto ad Consilium et in Consilio ad sonum campane ut moris est ad hec agenda
specialiter et solemniter congregati facientes quidem duas partes et ultra omnium Consi=
liariorum ipsius Terre Civ. Austrie et qui Consilium facere potuerunt et possunt, lectis quidem
coram eis in pleno Consilio et de verbo ad verbum ad intelligentiam vulgarizatis predicta=
rum compositionum et sententiarum arbitrariarum et compromissorum publicis documentis

predictis, volentes quoque ipsa compromissa, compositiones et sententias arbitrarias observare ac eis per totum et in omnibus et in qualibet parte sua fideliter obedire, via, iure et forma efficacioribus quibus potuerunt et possunt per eos et per eorum successores et nomine predicte Comunitatis Civ. Austrie, ipsa compromissa, compositiones, laudamenta, arbitria, arbitramenta et sententias arbitrarias, difinitiones, pronunciationes et declarationes per totum et in omnibus secundum sui continentias et tenores ex certa scientia emologavarent, firmaverunt, ratificaverunt et approbaverunt ipsisque compromissis, sententiis arbitrariis, compositionibus, declarationibus et pronunciationibus eis expressis declaratis et lectis, in omnibus et per omnia expresse atque solenniter consenserunt. Insuper antescriptus ser Odoricus notarius q. Petri de Civ. Austria tanquam sindicus et procurator Comunitatis Civ. Austrie, predicta compromissa, compositiones et sententias arbitrarias ratificavit, firmavit et approbavit expresse. De quibus autem omnibus supradictis prefati dd. Vicegastaldio et provisores et Consilium Civ. Austrie predicte imposuerunt michi Iohanni notario ut scriberem prout scripsi instrumentum. Cum omni melioramento etc.

Notaio Giovanni q. Guglielmo di Cividale. Bibl. Civ. Udine. Orig.

In ne
ind
xx
Terr
re
Con
cob
Ch
Ae
ad
ev
ni
De
do
Pa
in
de
el
me
in
et
Jo
pe
p
p

1396, 20 marzo. Udine. Investitura feudale di beni in Carpan a[d] Sig. Benedetto q. Francesco di Feltrone, già rifiutata al petente dal fu Patr. d'Aquil. Giovanni. — (Vedi altra investit. a Francesco di Feltrone 1337, 20 Feb. doc. Joppi).

49

50

In nomine Domini amen. ~~Anno a Dom. Nativitate~~ MCCCLXXXXVI, ind. IV, tempore D. Bonifacii divina providentia pape noni, die XX mensis marcii; actum in camera infrascripti D. Vicarii site in castro Terre Utini presentibus Jacobo Paliano de Arsino et Henrico Praighrenter de Dic.. testibus ad infrascripta vocatis et rogatis.

Constitutus in presentia venerabilis et egregii decretorum doctoris D. Jacobi de Gilardis de Arsino vicarii in spiritualibus generalis Rev.mi in Christo Patris Principisque illustris et DD. Antonii Dei gratia sancte sedis aquilegensis Patriarche habentis specialem commissionem ad omnia et singula infrascripta a prefato D. Patriarcha, ut de dicta commissione patet manu providi Ser Johannis de Susanna cancellarii ipsius D. Patriarche eiusque notarii, Benedictus q. Ser Francisci Dedavantii de Feltrono pro se et illis de domo sua tamquam maior domus sue, vasallus et habitator aquilegensis ecclesie et dicti D. Patriarche eidem D. Jacobo vicario et commissario antedicto cum instantia supplicavit ut ipsum tamquam maiorem domus sue de bonis suis feudalibus que dictus olim Ser Franciscus eius pater et q. Ser Nicolaus eius patruus et alii antiquiores de domo sua obtinuerunt a predecessoribus dicti D. Patriarche et ecclesia antedicta investire benignius dignaretur, non obstante quod dicti sui pater, et patruus non fuerint investiti per bone memorie D. Patriarcham Johannem ultimum predecessorem prefati D. Patriarche, dicens quod per eos non stetit cum loco et tempore debitis supplicatum esset per ipsum Benedictum missum ad dictum Patriarcham Johannem per ipsos suos patrem et patruum ut maiores tunc domus sue ipsi Domino

Johanni, ut eundem Benedictum investiret nomine prefatorum cum ipsis pater et patruus ipsius Benedicti seu alter eorum ire non possent ad ipsum D. Patriarcham quoniam erant infirmitate gravati et quod ipse D. Patriarcha Johannes dignari noluit ipsum investire: quapropter ipse protestatus fuit cum omni debita reverentia nominibus quibus supra, lapsum alicuius temporis circa investituras suorum bonorum pheudalium dictis sui patri et patruo et aliis de domo sua non debere nocere, de qua protestatione patet manu Danielis q. Carlevarii de Ovaro publici notarii sub millesimo CCCLXXXIX, ind. XII, die VII septembris etiam protestationem produxit coram vicario predicto. Prefatus igitur D. Vicarius et commissarius antedictus sperans et considerans quod ipse Benedictus et alii de domo sua perpetuo sancte aquilegensis ecclesie, prefato Patriarche et successoribus suis fideles et legales erunt vassalli et habitatores prout pater et patruus sui et alii de domo sua fuere inspectaque protestatione prefata eiusdem tamquam iustis supplicationibus inclinatus nomine dicte aquilegensis ecclesie et dicti D. Patriarche sue, utriusque suorum, ex commissione sibi facta ut prefertur, dictum Benedictum ut maiorem domus sue pro se et heredibus suis ac dictis de domo sua et heredibus eorum recipientem et coram dicto commissario flexis genibus existentem de pheudis eorum antiquis et habitantiis infrascriptis per fimbriam sue tunice investivit prout a predecessoribus ipsius D. Patriarche alii de domo sua habuerunt et possiderunt, non obstante quod investituram ultimi predecessoris ~~ipsius~~ non habeat(?) ~~Patriarche~~, ut prefertur, salvo iure aquilegensis ecclesie et alterius cuiuscumque persone. Quibus peractis dictus Benedictus suo et suprascripto nomine fidelitatis debite prestitit iuramentum quod fidelis vassallus et habitator domino suo prestare in similibus consuevit. Bona autem de quibus se petiit investiri et extitit investitus sunt hec, videlicet unus mansus situs in Canali de Gorto de Carnea rectus per heredes q. Francisci; item duo mansi siti in Ninta(?) de Carnea recti per Giardum; item [illegible] ville [illegible] Canalis Socchieve(?) de Carnea. Mandans sub appensione sigilli ipsius D. Patriarche ad maiorem roboris firmitatem (cum bulla pendente).

Ego Franciscus q. Francisci de Perusio publicus apostolica et imperiali auctoritate notarius, iudex ordinarius, cancellariusque prefati Rev.mi Domini nostri Patriarche predictis omnibus interfui eaque rogatus de mandato ipsius Vicarii scripsi et publicavi.

Producta die XVIII novembris 1474 ... in actis ... [illegible]

1376. 22 maggio. Portogruaro. Il vescovo di Concordia ... Pietro q. Antonio ... della ... del Castello di Fratta e ...

In [Christi] nomine amen: Anno a nativitate eiusdem millesimo trecentesimo septuagesimo sexto: indictione [illegible] die XXII mensis madii in Portugruario in lobia episcopalis palatii Concordiensis [illegible] Gierini [illegible] domino Philippo de [illegible] [illegible] presbitero Nicolao [illegible] testibus [illegible] nobili et egregio viro domino [illegible] nobilibus viris [illegible] [illegible] comitis [illegible] [illegible] viro [illegible] [illegible] [illegible] domino [illegible] [illegible] Concordiensi [illegible] [illegible] [illegible] episcopi [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Concordiensis nobilem et egregium militem [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Squarcio [illegible] de [illegible] quod [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Concordiensis [illegible] de Castro [illegible] Fratte [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Concordiensis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] cum omnibus iuribus et iurisdictionibus

Suis: visis pactis investiturarum antiquarum: et
specialiter pacto investiture facte in nobilem virum
d. Squaram de Pramperchio pro se et suis heredibus
masculis et feminis in millesimo ducentesimo sexa-
gesimo primo: per R(everendissi)mum in Christo patrem d. Albertum
tunc Concordien(sem) episcopum cum omnibus sollemnitatibus requi-
sitis, et recognitione alterius facte in Christo patri
et domino d. Gregorii tunc aquileien(sis) patriarche:
et visis investituris et renovationibus subsequen-
tibus factis in illos de progenie de Squara: et
visa devolutione dicti feudi facta in dictum d.
Rizardum ex persona nobilis d. Nicolai filii q(uondam)
no. q. Henrici de Curagna prius dicti d(omi)ni Rizar-
di, cui in dotem datum fuit dictum feudum:
ut patet in dicto pacto, et visis per dictum d.
Rizardum in hoc feudo successive: et visis
fidelibus obsequiis impensis per dictum d. Rizar(dum)
cum ecclesie Concordiensi, et sua devotione
quibus erga dictam ecclesiam: per quod speratur
indubie in futurum ipsam ecclesiam consequuturam
meliora obsequia ab ipso d. Rizardo et a suis
dicto feudo, et a suis de ipso castro facto,
cum omnibus iuribus et pertinentiis suis.
Salvis tamen et reservatis infrascriptis, Coram

-iis genuflectentes et humiliter pro ipso: et successo
ribus, et eorum heredibus masculis et feminis ac
representantibus et recipientes legiptimo investitur per an
nuli sui impositionem tradit, et in possessionem seu quasi
dicti d. Rinaldi comitem. Dicens et asserens primum
et predictus tamen Cassandrus d. episcopus predecessor
suorum investituram non prendebat. neque faceret
aliquod seu novum ipsi d. Rinaldo seu dicto
[c]omiti attribuere aut conferre et per hoc presentem
investituram non intendebat derogare iuri et
iurisdictionibus suae ecclesiae Concordiensis. De quibus
ipsi d. episcopus et ecclesia sua fuit et est in pos
sessione pacifica et quieta, maxime facto
et custodia festi de rileo quod per ipsos d. episcopum
debet custodiri et custodiatur: Sed ipsum Castri
[...] cum omnibus iuribus et iurisdictionibus et
aquas ipsi d. Rinaldus et dicti comites et
predecessores ipsorum. Soliti sunt iure et h[...]
eidem d. Rinaldo suo proprio nomine, dicti comitis ac
ipsorum unica plenissima confirmavit. Qui d.
Rinaldus modo et forma predictis recepta sunt
stirpis [...] dicto: promisit ipsi d. episcopo pro se et suc
cessoribus suis canonicis intervenientibus [...] et ecclesie
ipsius [...] nomine [...] Sacramenti et fidelitatis ac
vassallum ipsius d. episcopi et successorum suorum. et

ontis Concordien. et res, bona et honores suos pro posse fideliter conservare. Et quicquid sibi sub secreto impositum fuit, secreto retinere. Consilium et suas sermones suum ~~prava~~ puram et utrum conscium dare, cum ab ipso d. epo et successoribus suis seu eius officialibus fuit requisitus. Et generaliter omnia alia et singula facere adimplere et observare, que quilibet verus et fidelis ~~vassall~~ vassallus facere adimplere et observare tenetur et debet. Sub pena privationis dicti feudi, refectione damnorum, et expensarum et interesse litis et de quibus etc. Pro quibus omnibus et singulis supra attendendis et firmiter observandis obligavit dictus d. Riccardus vice et nomine supradicto quo supra d. epo omnia sua et dicti quo supra bona mobilia et immobilia presentia et futura.

Et ego Petrus Bonus filius q. Amarici de Pomagna pu.co apostolica et imperiali auctoritate notarius predictis omnibus et singulis dum sic agerentur, et fierent interfui. Et rogatus scribere scripsi et in hanc publicam formam redegi.

Ego Gulielmus Laurentius q. d. Gregorii de Campo S. Petri imperiali auctoritate notarius et R.mi d. d. episcopi Concordiensis et eius curie scriba et cancellarius suprascripta duo instrumenta producta mihi sumpsi, et transcripsi fideliter et legaliter, ex processu dicti

agitato inter nobilem . d. Jacobum Georgium de Valua
sono ex una : et pendente viam ex Antonium et fratres
de primis de Pomarzuario ex alia , prout notata et
Scripta fuerunt , nihil . addens vel minuens , quod
Sensum vel intellectum mutet vel variet . et in
fidem me cum signo et nomine meis solitis subscripsi.

Ego Dominicus q. Petri de Lura de Pomarzuario publicus
Imperiali auctoritate notarius Interim pro suprascripto ex quodam
processu olim agitato inter nobilem . d. Jacobum
Georgium de Valuasono ex una : et egregium
virum ex Antonium et fratres de primis de Pomarzuario
ex alia prout in eo apparet : una cum . d. In
Vicelmo Januario nono publico et cancellario R.mi . d. episcopi
Concordien. primo suprascripto fideliter auscultavi .
et cum ipso cum dicto processu et exemplo concordare
inveni : adeo quod nihil est additum , vel diminutum ,
quod sensum mutet vel variet intellectum ideo
me subscripsi signo nomineque meis consuetis in fi-
dem et testimonium omnium premissorum :

Ego hieronymus de hieronymis notarius et
ad presens Canc. in Camera R.mi . D. Concordie
suprascriptum exemplum fideliter extraxi manu
propria , ex libro extraordinariorum Ro-
gitionis olim M.ri . d. Marini marquardo Coran
ad cart. 449 . et in fidem me cum signo
meo subscripsi.

R I

A
Vali
prese
Mar
habi
Greg
mo
feu
cap
in
raij
pro
ad
D.
vo
gra
Cap
pa
ch
eid

1396, 7 aprile. Valvasone. Procura del Cav. Rizzardo di Valvasone in Ser Ulrico Squarra di Portogruaro perchè prometta al Patriarca d'Aquileja Antonio che quando consegnerà al Nob. Tomasuto di Spilimbergo, il Castello superiore di Ragogna, questi lo avrà per restituirlo secondo i patti stabiliti tra esso ed il detto Patriarca.

Nelchione de Melchioribus not. di Valvasone. Arch. Not. Udine

A. D. 1396, ind. IV, die VII mensis aprilis, actum in Castro Valvasoni in chamino inferiori infrascripti Domini constituentis presentibus providis viris Laurencio q. Georgii de Castiluto, Udorico q. Martini de Rivis, Janzilo q. D. Marquardi de Castronovo omnibus habitantibus in Valvasono testibus et aliis.

Egregius Miles D. Rizardus q. Egregii viri D. Folcherii de Valvasono omnibus modo, iure et forma quibus melius et efficatius sivit et potuit, fecit, constituit et ordinavit providum virum Squarinum q. sapientis viri Ser Ulrici Square de Portugruario nunc habitantem in Valvasono ibidem presentem et hoc mandatum in se sponte recipientem, suum certum nuncium, actorem, factorem et legitimum procuratorem et quicquid melius et efficatius esse potest, specialiter ad promittendum et standum Rev.^mo in Christo Patri et Domino nostro D. Antonio Dei gratia sancte sedis Aquilegensis dignissimo Patriarche quod quandocumque ipse Rev.^mus Dominus noster deposuerit seu consignaverit in manibus egregii viri D. Tomasii de Spegnimbergo Castrum superius de Ragonea vocatum domum grandem cum certis pactis et conventionibus inter ipsum Dominum nostrum D. Patriarcham parte ex una et inter ipsum D. Tomasium ex altera contrahendis, eidem Domino nostro D. Patriarche ipse D. Tomasius bene et fideliter restituet

et resignabit Castrum ipsum iuxta formam predictorum pactorum et conventionum inter eos contrahendorum et contrahendarum et quod omnes et singulas promissiones quas prelibato Domino nostro D. Patriarche faciet, D. Tomaxius supradictus super restitutione et resignatione Castri prediti, ipse D. Tomaxius attendet et adimplebit. Item ad constituendum ipsum Dominum constituentem tam fideiussorem quam principalem debitorem et obligandum prefato Domino nostro D. Patriarche bona ipsius Domini constituentis mobilia et immobilia presentia atque futura usque ad summam seu pro summa duorum mille ducatorum boni et puri auri et iusti ponderis pro predictis promissionibus attendendis, quas prelibato Domino nostro D. Patriarche ipse D. Tomaxius duxerit promittendum de dicta restitutione prout premittitur facienda. Item ad faciendum prelibato Domino nostro D. Patriarche de supradictis promissionibus et obligationibus ac omnibus supradictis manu cuiuslibet publici et autentici notarii confici instrumentum cum promissionibus et obligationibus bonorum ipsius Domini constituentis mobilium et immobilium, presentium et futurorum et cum reffectione damprorum omnium et expensarum etc, atque cum renunciationibus et clausulis necessariis et oportunis: sub penis et cum capitulis in similibus instrumentis apponi consuetis.

Et generaliter ad omnia alia et singula faciendum et exercendum in predictis et circa predicta tam in iudicio quam extra, que dicto procuratori videbuntur utilia vel opportuna et que in similibus contractibus solent apponi et que ipsemet Dominus constituens in predictis et quolibet predictorum facere, negociari et exercere posset si personaliter interesset et que merita earum exigant et requirunt; promittens quoque dictus Dominus constituens mihi Notario infrascripto uti publice persone stipulanti vice et nomine omnium quorum interest vel interesse poterit se perpetuo firmum, ratum et gratum habebitur id totum et omne ac quicquid per dictum eius procuratorem, actorem gestum, factum, negociatum et procuratum fuerit in predictis et quolibet predictorum tam in lucro quam in damno. Relevans ex nunc dictum eius procuratorem ab omni onere satisdandi. Promisit insuper mihi notario infrascripto quo supra nomine stipulanti de iudicio sisti et iudicatum solvendo in omnibus suis clausulis conpetentis et oportunis. Sub ypotecha et obligatione omnium suorum bonorum etc. Cum omni melioramento etc.

situm in dicta villa iectu [illegible] Ianuini cataluni pro quo solui frumenti starium unum, milei totidem, sicvgi totidem, uini urna una.

1396, 14 maggio. Udine. Il Patr. d'Aquileja Antonio Caetano ordina al Maresciallo patriarcale Cav. Corrado Bojani d'arrestare i ceretani e i falsi cercatori d'elemosina e di sequestrarne i beni.

52

~~Nobili militi~~ Corrado Boyano

Antonius Dei gratia sancte sedis Aquilegensis Patriarcha Egregio Militi Conrado Boyano de nostra Civitate Austria nostro Generali Marschallo fideli dilecto salutem et gratiam nostram. Noveris qualiter ad nostri noticiam noviter est deductum, quod in hac nostra Patria et Diocesi nonnulli sunt ceretani qui cum falsis litteris sub velamine boni questus animas christicolarum simplicium et libenter elemosinas facientium, decipiant, multasque extorsiones pecuniarum et ribaldarias faciant, hoc cooperante humani generis inimico in animarum suarum periculum et detrimentum. Quare volentes ut ex suscepti pastoralis officii precurremus premissis tam enormibus obviare, tibi harum tenore seriose precipimus et mandamus quatenus ubicumque tales questores seu ceretanos inveneris, nostras litteras habentes vel non habentes .... personaliter capias et bona ipsorum omnia arrestes et per inventarium conscribere facias et demum eosdem cum eorum bonis omnibus nobis studeas bona fide ...... Datum in Castro nostro Utini sub impressione nostri sigilli die XIIII maii, indictione IV (1396).

(L.S.)

Da copia nel Vol. XXVI, 94, Colleg. Portis. Querard

l'epo[illegible]
d[illegible]
il Ve[illegible]
[illegible]

copia autentica

1396. 27 Maggio – Portogruaro.

Donazione cospicua de' fratelli Ricchieri di Pordenone per l'Ospitale di S.ta Maria di Pordenone con l'obbligo di 3 messe per settimana e salve le onoranze dei 13 mansi che donano, onoranze che ritengono in se onde apparisca in perpetuo che i mansi provengono dai Richieri. Not. Zampolino q. Francesco

N.B. l'originale presso di casa Pan il Vescovo ... per Patr. di Aquileia

... nomine & Domenici eius fris, Ant. et Christophori fratrum eius nepotum q. Benevenuti de Richerijs, pro quibus promisit de rato habendo et obligavit bona sua dictis facere et curare omni exceptione remota quod dicti S. Daniel Ant. et Christophorus ratificabunt approbabunt omnia et singula in presenti instro contenta ... dicto nomine ambo suis in hoc mundo manualiter providere in remissione ... peccatorum suorum et predecessorum suorum, ad honorem Dei omnipotentis, et ... Gloriosissime ex causa donationis irrevocabilis que dicitur inter vivos, ... mortis, prout melius valere et tenere potest dedit ... Simoni Cerdone q. Joannis ... de Portunao ... camerario Hospitalis S.ta Maria de Por:na. stipulanti, et recipienti nomine, et vice dicti Hospitalis, et tanquam procuratori, et sindico Comunitatis, et Consilij Por:na: ad ... recipienda specialiter constituto prout constat manu mei Not. ... die octavo Maij ducatos boni ... centum, cum quibus edificare seu facere debeant procuratores seu camerarij dicti Hospitalis unam cameram cum uno ... recipiendum pauperes. Item bona infrascripta reddentia annuatim de redditu staria frumenti triginta totidem milij, totidem surgi, totidem vini ... ad Sacilum mensuram. In primis unum mansum situm in Boriso rectum per Joannem Andream de dicta villa pro quo annuatim solvit staria frumenti duo, vini urnas duas, milei starium unum, surgi star. unum. Item unum mansum situm in dicta villa rectum per Marcum Pelegrini de dicta villa pro quo annuatim solvit staria frumenti duo, totidem milei, totidem surgi, totidem urnas vini. Item unum mansum situm in ... rectum per Bortolussium Dentuvini pro quo annuatim solvit star. frumenti duo, urnas vini tres. Item unum mansum situm in ... rectum per Matheum pro quo annuatim solvit star. frumenti tria totidem milei, totidem surgi, urnas vini tres. Item unum mansum situm in Flumine rectum per Brisotum pro quo solvit star. frumenti quartas tres, totidem milei totidem surgi, urnas vini duas. Item unum mansum situm in Zopola rectum per Franc.m q. Nicolai textoris pro quo annuatim solvit frumenti star. unum milei totidem, surgi totidem, vini urnam unam cum dimidia. Item unum mansum situm in dicta villa rectum per ... Cabarum pro quo solvit frumenti starium unum milei totidem, surgi totidem, vini urnam unam.

1396

C.

N.B: Si trova a precetti d' casa Panciera, il Vescovo poi fatto d' Aquileia

Christi nomine Amen Anno Dni M. CCC. Nonag.mo sexto [illegible] 4.ta die xxvij. Mai. Actum in Portus. [illegible] Palatio [illegible], sub pergula [illegible] [illegible] D. [illegible] de [illegible] in [illegible] infrascti D. [illegible] Vicario, frē Severino [illegible] Priore [illegible] in Portug. presbr. [illegible] [illegible] [illegible] in [illegible] loco, S. Ocorico de [illegible] [illegible] in Portus. S. Andrea [illegible] infrasti D. [illegible] Nat. [illegible] filia de Portug. testibus et alys [illegible] vocatis, et [illegible] R.do in Christo Pre, et D.D. [illegible] dei gratia Concordiensi, [illegible] [illegible] Ivani q. S. Nic. de Ricchierijs de Por. nau: [illegible] se suosq. [illegible], [illegible] et [illegible] domini eius fris Ant. et Christophori [illegible] eius nepotum q. Benevenuti de Ricchierijs, pro quibus promisit de rato [illegible] obligavit bona sua [illegible] facere, et curare [illegible] [illegible] quod dicti S. Daniel Ant. et Christophorus ratificabunt approbabunt omnia et singula in presenti instro contenta [illegible] [illegible] suis in hoc mundo manualiter providere [illegible] [illegible] [illegible] peccatorum suor. et praecessorum suorum, ad honorem Dei omnipotentis, et [illegible] Gloriosissimae [illegible] causa donationis irrevocabilis quae dr inter vivos, seu causa mortis, prout melius valere et tenere potest dedit, [illegible] [illegible] Simoni cerdoni q. Joannis [illegible] de Portunao [illegible] camerario Hospitalis S.tae Mariae de Por: nao: stipoi, et recipienti [illegible] et nomine dicti hospitalis, et tanq. procuratori, et sindico coitatis, et Consilij Por: nao: ad [illegible] recipienda specialiter constituto prout constat manu mei Not. [illegible] [illegible] die octavo Maij ducatos boni [illegible], et [illegible] [illegible] centum, cum quibus edificare seu facere debeant procuratores seu camerarij dicti hospitalis unam camera cum uno [illegible] [illegible] recipiendum pauperes. Itē bona infrascta reddentia annuatim [illegible] [illegible] staria frumenti triginta totidem milij, totidem surgi, [illegible] [illegible] ad [illegible] mensuram. In primis unum mansum situm in Borgo rectum p. Joanem And.m de dicta Villa pro quo annuatim solvit staria frumenti duo, vini urnas duas, milei starium unum, surgi star. unum. Itē unum mansum situm in dicta Villa rectum p. Marcum Pelegrini de dicta Villa pro quo annuatim solvit staria frumenti duo, totidem milei, totidem surgi, totidem urnas vini. Itē unum mansum situm in [illegible] [illegible] p. Bortolussium Venturini p. quo annuatim solvit star. frūti [illegible] urnas vini tres, Itē unum mansum situm in [illegible] rectum p. Matheum pro quo annuatim solvit star. frūti [illegible] totidem milei, totidem surgi, urnas vini tres. Itē unum mansum situm in flumine rectum p. Brisotum pro quo solvit star. fru. quatuor [illegible], totidem milei totidem surgi, urnas vini duas. Itē unum mansum situm in Zopola rectum p. Ivanem q. Nicolai [illegible] pro quo annuatim solvit frut. star. unum milei totidem surgi totidem, vini urnam unam cum dimidia. Itē unum mansum situm in dicta Villa rectum p. [illegible] [illegible] pro quo solvit frumenti starium unum milei totidem, surgi totidem, vini urnā unā.

Itē unum mansū situm in Castiono rectum p Guidum pro quo soluit ánuatim frumenti star. duo, totidem milei, totidem surgi, totidem uini urnas. Itē unū mansum situm in dicta Villa rectum p Cumucium And.ᵉ pro quo soluit staria frumenti unum cum dimidio, totidem milei totidem surgi uini urnam unam. Itē unum mansum situm in Villa S.ᵗⁱ Ioanis de Casarsa rectum p Comitem Nic. pro quo soluit star. frut. [illegible] cū dimidio, totidem milei, totidem surgi urnas uini sex. Itē unum mansum situm in circha Auiani rectum p Ant.ᵐ et Beneuenutum fres pro quo soluit star. frut. unū quartam unam star. surgi item; urnam unā ad mensuram magnam. Itē unū mansū in Pasiano rectū p Danielem [illegible] p quo soluit frut. star. unum, totidem milei, totidem surgi. totidem urnas uini, ad mensuram Prata. Itē unum mansum situm in [illegible] rectum p [illegible] pro quo soluit star. frut. duo urnam uini unam [illegible] libras soldorum 28. pro emēdatione bladi deficientis ad sumā dictorum triginta stariorum, computatis uino cum blado in ratione marcharum octuaginta soldorum p marcha de reditu ad usū curie in se dicto noie. reseruans dictus donator honorabilis dictorum mansorum, ut in pretorum appareant bona p dicta eo ipsis puenisse cū domibus, pratis campis siluis, nemoribus, uenationibus, piscationibus [illegible], aquis, aquarum decursibus, uijs, semitis, fossatis, omni dio iure, actione, usu, seu requisitione, dnio, honore, cōmodo, utilitati ad ipsos [illegible], Danielem et Ant.ᵐ et Christoforum spectantibus et ptinentibus tam, de iure, q de facto ad habendū, tenēdū possidendum, utendum, fruendum et quicquid dicto Simoni dicto noie [illegible] deinceps placuerit ope faciēdu, sine contradictione ipsius Francisci, uel ipsorum Danielis, Ant. et Christofori [illegible] heredum aut alterius cuiuscumque persone constituens dictus Franc. suo proprio noie [illegible] suorum heredes ac uice, et noie dictorum Danielis Ant. et Christofori dictum Simonem stipulante, et recipiente uice et noie dicti hospitalis ac noie quo supra procuratorem tam [illegible] et ponens ipsum dicto noie in locum suum, ita qd amodo [illegible] Simon dicto noie seu Camerarii ptempore existentis dicti hospitalis possit et ualeant dicta bona tenere possidere, gaudere, [illegible] nem autem propria accipere corporalem [illegible] accipiendi, et in se retinendi. Eidem Simoni dicto noie autem pprio contulit atque dedit ut de [illegible] bonis [illegible] [illegible] possit experire replicare, et sequi et se tueri oes impedientes dicta bona, ad iudicium trahere, et conuocare et generaliter oia et singula [illegible] et contra p dicta facere que ipsemet Franc. seu ipsi Daniel. Ant. Christoforus facere posset, si personaliter interessent confitens et affirmans dictus Franc. [illegible] erat dns dictorum Bonorum tempore huius contractus, et qd nemini donauit p dicta bona preterque ipsi Simoni dicto noie [illegible] condictione ipsi donationi addita et adiecte [illegible] qd nunquam Camerarius dicti hospitalis seu [illegible] seu alia quecumque persona nulla necessitate uel causa possint uel ualeant modo aliquo uendere, alienare uel obligare dicta bona seu parte ipsorum sed semper dicta bona

et fructus sint, et esse debeant in auxilio alendi pauperes et in
augumento hospitalis S.^ta^ Mariae de [illegible]; item quod omnes camerarij dictae
ecclesiae S.^ta^ Mariae seu hospitalis teneantur, et sint obligati in perpetuum
et debeant facere celebrare omni hebdomada tres missas videlicet die martis
missa pro defunctis summissa voce die Iovis missa de Trinitate die
sabbati missa de S.^ta^ Maria cantando solemniter cum suobus [illegible]
tribus presbiteris. hoc tamen addito quod ipse due tali hora cantantur quod
non habeant impedire missam in ecclesia magnam S.^ti^ Mar[illegible]
nisi et talis dies solemnis in [illegible] condecenter dicte misse non possent
celebrari quo casu dicte misse ad alios dies trasferantur quas missas
tres ut supra dictum est idem Simon in dicto camerariatus
officio dicti hospitalis pro se suosque successores ac nomine quo supra
promisit curare facere, et solemniter celebrare dictas missas in
perpetuum executioni mandanda dicto nomine obligavit bona dicti
hospitalis et ecclesia bona mobilia et immobilia presentia, et futura
sub pena infrascripta ducatorum decemorum, et refectione damnorum et
expensarum litis et extra promittens quoque dictus Francus pro se suosque
heredes, ac vice, ac nomine dictorum S. Damianis [illegible] et Christophori
cum obligatione dictum suorum bonorum mobilium, et immobilium pre-
sentium et futurorum ac refactionem damnorum, et expensarum litis
et extra dicto Simoni stipulanti et recipienti vice, ac nomine dicti
hospitalis [illegible] donationem dationem, et omnia,
et singula in hoc presenti instrumento contenta semper, firma, grata,
rata habere, tenere, et plenius observare item de predictis non
movere nec moveri consentire, et non contrafacere, vel venire
per se vel per alium, seu alios aliqua ratione dolo ingenio seu
tam de iure quam de facto sub pena ducatorum [illegible] aur[i]
et iusti ponderis in singulis capitulis huius contractus etiam commissa
qua soluta vel non presens instrumentum obtineat plenam [illegible]
perpetuam firmitatem volens dictus Francus dicto nomine ex nunc
dictam donationem optinere [illegible] plenariam donationem [illegible]
non excedant summam ducatorum quingentorum, et faciens se dictis
bonis tot donationes, quot sunt bona ita quod quolibet [illegible]
excedat summa predictam, renuntians iuribus legibus dicentibus
donationem ultra summam quingentorum [illegible] non valere sine
insinuationem iudicis, et legibus dicentibus generalem renuntiationem
non valere, et omni alio legum iuris auxilio tam canonico quam Civili, quibus
omnibus et singulis suprascriptis supradictus Dominus Antonius Episcopus Concu-
diensis coram quo omnia predicta et singula nota insinuata fuerunt: videlicet
tamquam utilia et condecentia, et utilitatem dicti hospitalis ipsis donationi, promissioni
obligationi et omnibus predictis de voluntate ipsius Domini Episcopi et consensu precedentibus
suam interposuit auctoritatem pariter et decretum. In quarum rerum testimonium
presens instrumento sigilli sui pontificali iussit appositione muniri.

Ego Lampedinus q. Franci [illegible] [illegible] sacris in [illegible]

imperiali auctoritate iud[ex] predictis donationi, promissioni, obligationi, et interpositioni, interfui, et rogatus scribere scripsi signumque meum apponens in testimonium premissorum

Donatio d[omi]ni fra[n]cisci Ricchierii 1396.

1396, 20 Giugno, Udine.

